BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2 E
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

44! 1.18*

44
8
18*

Digitized by Google

Digitized by Google

. 68. 2. E. 11.

Argyrop. et Leon. Aretin. in Mor. Arist.

I.
.F.

col. Rom. Soc. Jesu

5

ABSOLVTA EST IN OFFICINA HENRICI STEPHANI E REGIONE SCHOLAE DECRETORVM HEC QVARTA RECOGNITIO TYPIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM. II

H S

Decem li/brorum Moralium Ariſtotelis/ tres con/uerſiones: Prima Argyro/pyli Byzantij/ ſecunda Leonardi Aretini/ tertia vero Antiqua per capita et numeros conciliate: cōmuni/ fa/miliariq́ȝ commēta/rio ad Argy/ropylum ad/iecto

Venale habetur predictū moraliū Ariſtotelis opus apud eundē Henricū ſtephanum chalcographū e regione ſchole decretorū cōmorantē.

B. S.

¶Jacobus Stapulenſis: Reuerendo patri Joanni Rellico/ Epiſcopo Andegauenſi/ Confeſſori Regio.

PLatonis in Protagora ſententia videtur eſſe/ eas artes que ad victū pertinēt humanum: prouidentiā humanā reperiſſe. que autem ad bene/ beateqꝫ viuendū: ſummi dei munere mentibꝰ mortaliū infuſas eſſe. Et non eſt dubium ſapientiſſime preſul/ diuinā bonitatē mentibus humanis ſingulari quadā claritate illuxiſſe/ vt diſciplinas emitterent/ que vitā noſtram cū priuatam/ tum publicā: diuinorū conformi quadam bonitate formarēt que morales appellantur. Cogitaui itaqꝫ diutius/ ſi cōmentarij luce redderentur clariores/ et pſertim ee quas Ariſtoteles benefico munere reliquit: tam honeſtū laborem tibi non placere nō poſſe. et michi honeſtius viſum eſt in re tam honeſta ingeniū periclitari: q̃ remiſſa/ ignauaqꝫ mente/ id nō attentare. Quapropter preſul optime/ paratos tuo nomini de moribus cōmentarios: ſerena fronte ſuſcipias/ qui ſemꝑ fuiſti virtutis vere cuſtos/ rigiduſqꝫ ſatelles. In hac litteraria expoſitione quante potui breuitati ſtudui: ꝙ Ariſtoteles ſimilis ſit peritiſſimo architecto qui ita ſua edificia parat: vt nichil deſit addendū/ nichilqꝫ ſine vicio ſe offerat demendū. Queſtionum ⁊ argumentationū (niſi doctrinaliū que in littera continent) viā non tenui: ꝙ mores nō longa verborū diſceptatione/ ſed ſana intelligentia ⁊ recta educatione (vt vult Plato: pariter et Ariſtoteles) parentur. et ꝙ plerūqꝫ contra agendorū ꝓpoſitiones/ ac regulas cōtentioſos excogitare nodos: plus obeſſe q̃ ꝓdeſſe ſoleat auditoribus. Sunt eni he regule eoruꝫ que ſemper aut plurimū fieri nata ſunt/ ⁊ ſolū de talibus diſciplinarū precepta feruntur. contra autē/ plerūqꝫ texuntur caſuū monſtra earum rerū/ que nunq̃ contingunt/ neqꝫ contingere nata ſunt/ et falſo diſcipline calumniantur. nullius enim diſcipline: officium eſt ad talia reſpōdere/ vt neqꝫ ad caſualia. verū cū talium nuſq̃ meminerint diſcipline: ſuo ſane ſilentio ſatis talia damnant. In vnaquaqꝫ virtute adhortationes adiunxi/ ꝙ ad beate viuendū animos flectendi: pondus aliquod habeant. Socrateꝫ enim/ hortādo/ Lyſidem moralē feciſſe: Laertius author eſt. Ad quod faciendū exēpla ex Plutarcho/ Plinio/ Herodoto/ Halicarnaſeo/ Q. Curſio/ C. Tacito/ Juſtino/ Laertioqꝫ deprompta ſunt. Frequenter carmina ex Virgilio/ Ouidio/ Horatio/ Juuenale/ Heſiodo/ alijſqꝫ poetis interſerui. et ſi quis cauſā requirat. Horatius interroganti reſpondeat. quoniam

Dicte per carmina ſortes:
Et vite monſtrata via eſt/ ⁊ gratia regum
Pierijs tentata modis.

Obſcenitatē verborū etiam in fulminandis vicijs deuitaui: ꝙ huic diſcipline maxime accōmoda ſit verborū/ ſententiarūqꝫ honeſtas. Eſt enim honeſtatis magiſtra. et ꝓinde ſi preſente Lucretia timeremus eius impudenti verbo offendere pudicitiam: tanto magis id nobis cauendū eſt/ cū ſermonem de temperantia agitamus/ vt de ipſa virginitate atqꝫ pudicitia. quapropter de his diſputātes: turpes caſus effugiant / alioqui rem facient hac caſta philoſophia plurimū indignam. Tres litteras/ Argyropyli/ Leonardi/ ⁊ Antiquā cōciliaui/ ⁊ capitibus ⁊ numeris: vt ſemper ad conſimiles numeros/ conſimilis littera reſpondeat. et cōmentarium familiarē ad Argyropylum adiunxi: ꝙ in vertendo Ariſtotele magne diligentie fuiſſe cōmendetur. in paucis tamen et raro diſſenſionis phantaſia apparet: que facile legētibus ſe ingerit. et cōmentarium concluſionibus/ diuiſionibus/ diffinitionibus/ correlarijs/ et conſimilibus diſtinxi: quo Pariſienſes ſuum philoſophandi modum recognoſcāt. ad quorum vtilitatem hec euigilata/ nō qualia dignum eſſet: ſed qualia potui dignitatis tue nomine tranſmiſſa ſunt ad ſtudioſos. faueant ergo virtutum amatores/ memineritqꝫ frequenter a Lyrico Poeta edocti/ ꝙ morum ſtudium:

Eque pauperibus prodeſt/ locupletibus eque.
Eque neglectum pueris/ ſenibuſqꝫ nocebit.

Uale.

¶ Opus Ariſtotelis de Moribus ad Nicomachum: Joanne Argyropylo Byzantio traductore/ adiecto familiari Jacobi Stapulenſis commentario. Cap. I.

1 Omnis ars/ omniſq; doctrina atq; actus/ itidẽ ⁊ electio: bonũ
quoddã appetere videtur. Quapropter bene veteres bonũ ipſũ
2 id eſſe dixerũt: qđ omnia appetũt. ¶ Finiũ autẽ differẽtia que-
dã eſſe videtur. Quidã eñi ſũt operationes: q̃dã preter has ipſas
3 opera quedam. ¶ Atque in quibus preter operationes alij qui-
dã ſunt fines: in ijs ipſa opera ſunt operationibus preſtabilio-
4 ra. ¶ Cũ vero cõplures ſint act9/ ⁊ artes atq; ſciẽtie: fit vt mul
ti ſint etiã fines. Medicine nãq; finis eſt ſanitas/ artis extru-
endarum nauium nauis/ facultatis rei militaris victoria/ ⁊ fa-
5 miliaris rei gubernande diuitie. ¶ Que autem taliũ/ ſub ali-
qua vna potentia ſunt/ vt ars conficiendorum frenorum/ ceterǫ; omnes inſtrumentorum equeſtrium effectrices: ſeſe habent ad facultatem equeſtrem/ ⁊ hec cum illis/ omniſq; actio bellica ad militarem facultatem/ ⁊ ad alias alie ſimili modo: in ijs omnibus fines earum q̃ rationẽ architecture ſubeunt: magis ſunt expetibiles q̃ omnes fines inferiorum. ⁊ illi enim horum gratia expetuntur. Atq; nichil intereſt ſiue fines actuum ipſe ſint operationes/ ſiue preter ipſas aliquid aliud; vt in dictis facultatibus intueri licet.

¶ Primi capitis note. ¶ Primũ: argumentũ decẽ librorũ ſe offert cognoſcendum.
¶ Primus diſcutit de bono: q̃ ipſũ oĩa appetãt. de diuerſitate finiũ. de fine agẽdorũ. q̃ ciuilis ſit facultatis. I
de auditore morali. de ſũmo bono. q̃ bene educatũ eſſe oportet hui9 diſciplie auditorẽ. q̃ felicitas nõ ſit volu
ptas. q̃ nõ ſit honor. q̃ nõ ſit virt9. q̃ nõ ſit diuitie. q̃ nõ ſit idea. de fine perfecto. de felicitate: ⁊ q̃d ſit. de pre-
ceptis que decet ĩ oĩ diſciplina obſeruari. de cõcordia dictorũ antiq̃rũ cũ vera felicitate. de triplici bono: ex-
trario corporis ⁊ animi. de externis bonis q̃ felicitati cõducãt. de modo quo acquirit̃ felicitas. q̃ quis ĩ vita
dici queat felix. de fortuna. de ipſo felice. de proſperitatib9 et aduerſitatibus amicorũ: ⁊ qualit̃ pertineãt ad
defũctos. q̃ felicitas bonũ nõ ſit laudabile. de anima ⁊ de duplici parte anime.
¶ Secundus hec. de virtute intellectiua ⁊ morali. de exceſſu/ ⁊ defectu. de voluptate ⁊ dolore. de affectu/ II
potentia/ ⁊ habitu. de mediocritate. de virtute morali quid ſit. de mediocritatũ diſpoſitione. de verecundo/
ſtupido/ impudorato. de indignante/ inuido/ maliuolo. de oppoſitione tum extremorũ inter ſe/ tũ ipſorum ad
mediũ. de preceptis que ad ipſum medium ducunt.
¶ Tertius hec. de voluntario ⁊ inuolũtario. de ijs que fiũt maiorũ malorũ metu: an ſint volũtaria. de circũ- III
ſtantijs ⁊ regulis prudentie. Quid volũtariũ ⁊ quid inuolũtariũ. de electiõe: ⁊ quid ſit. de cõſultatione. de vo
lũtate ⁊ volũtate affectabili. de ijs que ĩ nr̃a ſũt poteſtate. de fortitudine. de forti. de iſano. de audace. de ti-
mido. de quiq; modis fortitudinis nõ vere. de tẽperãtia. de cupiditate. de tẽperãte. de itẽperãte. ⁊ iſenſibili.
¶ Quartus hec. de liberalitate liberali ⁊ prodigo. de magnificentia/ magnifico circa decorum rudi ac ſor- IIII
dido ⁊ puſillo. de magnanimitate/ magnanimo/ lento/ ⁊ puſillanimo. de modeſtia modeſto ambitioſo ⁊ ho
noris appetitione vacante. de manſuetudine manſueto iracundo/ ⁊ ira vacuo. de affabilitate de affabili/ de
placido de adulatore/ ⁊ contentioſo. de veritate. de verace. de arrogante/ diſſimulatore/ delicato ⁊ malicio-
ſo. de comitate. de comi. de ſcurra ⁊ ruſtico. de verecundia.
¶ Quintus hec. de iuſtitia. de iniuſtitia. q̃d iuſtitia. q̃d iniuſtitia. de modis iniuſti. de proportiõalitate. de iuſto V
diſtributiuo. de iuſto commutatiuo. de lucro. de repaſſione. de numo. de indigentia. de iniuria. de iuſto ci-
uili. de iuſto herili. de iuſto economico. de iuſto naturali. de iuſto legitimo. de triplici nocumẽto: qđ alijs ir
rogatur. de pati iniuriã. de equitate ⁊ bonitate. de equo ⁊ bono ⁊ quid equus ⁊ bonus. ⁊ de eo quod eſt iniu-
riam facere.
¶ Sextus hec. de recta ratione. de duplici virtute. de partibus anime. ⁊ de principijs agendi. de electione. VI
de quincuplici habitu intellectiua. de ſcientia. de arte. de prudentia: ⁊ quid ſit. de intellectu. de ſapientia. de
partibus prudentie. de bona conſultatione. de ſagacitate. de ſententia. ad quid ſapientia ⁊ prudentia pro-
ſint. de inſita virtute. de cõnexione virtutum ⁊ prudentie.
¶ Septimus hec. de heroica virtute. de continentia. de incontinentia fera. de incontinentia ire. de differen VII
tijs voluptatum. de vicio humano. de incontinente. de continente. de molli. de conſtante. de ſpeciebus incõ-
tinentie. de pertinace. de voluptate.
¶ Octauus hec. de amicitia. de ſpeciebus amicitie. de amicitia ĩ excellẽtia. de ſpeciebus reipublice. de ami- VIII
citia regia. de paterna. de economica. de fraterna. de ſodalitia. de filiali: ⁊ duplici iuſto. de compenſanda ami
citia. de abdicatione.
¶ Nonus hec. quid amicis debetur. de ſoluenda amicitia. quo modo ſe ſit habendum ad amicum. de operi- IX
bus amicitie. de prauis. de beniuolentia. de cõcordia. de beneficentia. de amatore ſui. de felicis amicis/ de nu
mero de fortunis/ de precipuo munere amicorum: ⁊ fugienda amicitia malorum.
¶ Decimus hec. de voluptate. de felicitate contẽplatiua. de felicitate actiua. q̃ operatio precipuũ ſit. de ope- X
ris peroratione. Sed hec oĩa ex ſubiecta formula melius deprehẽduntur. Et in adiecta formula precedẽtes
nũeri libros deſignãt: ſequẽtes vero in vnoquoq; librorũ moralium Ariſtotelis deſignatos numeros.

I	¶ Bonũ	1	Auditor mora.	11	Educatio	16	Honor	19	Diuitie	21
	Finis	2							Idea	22
	Cuius facultas	9	Sũmũ bonũ	13	Voluptas	17	Virtus	20	Finis	25

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tunt oĩa bonũ eſt. Nã indignũ nefaſq; putet: virtutũ diſciplinã ſophiſmate violari verũ ⁊ quãcũq; aliã ſeriã grauẽq; doctrinã. Sec hec logicalia miſſa faciam⁹. ℂ Et quia de expoſitione littere quapropť bene veteres bonũ ipſũ id eſſe dixerũt qḋ oĩa appetũt iter Argyropylũ ⁊ Leonardũ cõtrouerſia eſt: nã Leonard⁹ propť articulũ grecũ qḋ Ariſtoteles ad bonũ adiecit: altiorẽ itelligẽtiã manifeſte ſẽſit. iccirco Leonard⁹ hoc pacto litterã iterpretat⁹ eſt quapropť bene oſtẽderũt ſũmũ bonũ qḋ oĩa appetũt. ⁊ Argyropylus articulũ exprimens: per pronomẽ ipſũ expreſſit: vt primo i loco poſitũ eſt. quãuis ⁊ pronomẽ ipſũ ſactis litteris nõnũq; diuina ſit particula: vt tu aũt idẽ ipſe es. ⁊ in ſexto capite hui⁹ libri eã ob rẽ hic aliquãtulũ illi⁹ diuinioris ſẽſus gřa lõgius euagari. Moralis certe vita nichil aliḋ eſt ꝙ̃ q̃dã i hominib⁹ diuinorũ imitatio: ⁊ quãtũ nobis cõceditur/ ad diuina cõformatio. ⁊ cõtra malũ: nichil aliḋ eſt ꝙ̃ ab huiuſmodi diuinorũ imitatione abceſſus diſſimulatioq;. ⁊ oĩa q̃cũq; ordinata ſũt: ſũmo bono ſũmoq; appetibili (quãtũ ſua natura fert) aſſimilari nitũtur. vt homines: per artes aſſimilãtur (quãtũ ipſis cõcedit) oĩm rerũ artifici. ⁊ per virtutes morales q̃bus res moderãtur hũane: aſſimilãtur ipſi bono reb⁹ oĩb⁹ prouidẽti. ⁊ per ſciẽtias: aſſimilãtur ipſi oĩa ſciẽti. per itellect⁹: omnia itelligẽti. ⁊ per ſapiẽtiã: ipſi ſũme ſapiẽti. ⁊ hec ſue ſũme bonitatis veſtigia ipſi placere putãt ipſaq; accepitare: haud aliť ꝙ̃ pricipi numiſmata ſua quidẽ effigie iſignita placere ſolẽt. Et iter oĩa que de⁹ oĩm rerum parẽs ſũmaq; bonitas in hoc ſẽſibili mũdo clauſit nichil vſq;adeo i tot ⁊ tãtis natũ eſt ipſũ imitari/ ⁊ i tam pulchris ſue bonitatis dotibus atq; veſtigiis ipſi aſſimilari: atq; ipſe homo q̃ diuinitatis ſibi cõceſſa forte nõ abutiť q̃q; finẽ ad quẽ ipſe nat⁹ eſt ſeq̃tur. Jcceirco ſol⁹ i hoc inferiori mũdo: felicitatis, quã pauloppoſt Ariſtoteles iueſtigabit, capax eſt. Et re vera propť huiuſmodi ad ipſũ bonũ toto nature conatu aſſimilationẽ: ipſuz bonũ ſũmũq; bonũ oĩa appetere dicitur. Si eni oĩa a ſole orta videres/ ⁊ ea diutius cõtẽplatus videres vnũquodq; (quãtũ poſſet quãtũq; ſue vires valerẽt) niti aſſimilari ipſi ſoli/ ⁊ quãto q̃d ipſi ſoli ſimilius euaderet tãto id meli⁹ ee cognoſceres, atq; felici⁹: q̃d rũ i illo pulchro rerũ certamie ad aſſimilãdũ ſoli exiſtiares. q̃d cogitares niſi res ões maxie ſolẽ deſiderare cui⁹ tãto ſtudio aſſimilationẽ querũt veſtigiaq; req̃rũt/ ⁊ ſi poſſet nũq̃ deſererẽt paruſq; ipſũ ſolẽ eſſet aſſecuter ſed de illo diuiniore ſẽſu hacten⁹. Jn quo patet: neq; Leonardũ neq; Argyropylũ in ſua trãſlatione eſſe calũniandũ. nunc autẽ ad littere declarationẽ procedamus.

ℂ Primum caput quinq; concluſionibus partitum eſt.

Primi capitis Cõmẽtari⁹ ad litterã. ℂ Pria ꝯcluſio. Oĩa bonũ appetũt. Nã oĩs ars/ oĩs doctrina oĩs
1 actus/ idẽtidẽ ⁊ electio: bonũ q̃ddã appetere videtur. appetũt igť oĩa bonũ. Quo fit vt veteres bonũ ipſũ diffinierit: id ipſũ eſſe qḋ oĩa appetũt. ℂ Scḋa ꝯcluſio. Quedã iter ſe finiũ diuerſitas ꝓpetiť. Nã finiũ q̃dã
2 eſt operatio. vt artis citharizãdi finis: operatio eſt ſcilicet pulſatio ⁊ q̃dã op⁹ ipſũ. vt domificatoris finis: eſt
3 ipſa dom⁹ q̃ q̃dẽ nõ operatio ſz op⁹ eſt. finiũ igť iter ſe quedã diuerſitas varietas differẽtiaq; eſt. ℂ Tertia ꝯcluſio. Quorũ opera ſũt fines: opera ipſa ipſis operationib⁹ preſtãt/ preſtabilioraq; ſũt. Nã quorũ opera ſũt fines: operationes ipſe ipſorũ operũ gřa ſuſcipiũtur. ſũt igť talia opera: ipſis operatiõib⁹ preſtabiliora. finis eni: ijs que i ipſũ ordinãtur preſtabilior eſt. ℂ Quarta ꝯcluſio. Multarũ ſciẽtiarũ ⁊ artiũ: multi fines exiſtũt. Sciẽtiarũ q̃dẽ. nã arithmetice finis: eſt numer⁹ numeriq; cognitio. geometrie: magnitudo. ⁊ medicine finis: eſt ſanitas. ⁊ reliquarũ ſciẽtiarũ finis aliq;s ali⁹ eſt. Artiũ vero: nã artis nauifactiue/ finis eſt ipſa nauis. ⁊ artis militaris: victoria. artis vero rei familiaris domuſq; curãde: finis eſt diuitie. notũ igť eſt: multarũ ſciẽ-
5 tiarũ atq; artiũ multos eſſe fines. ⁊ de actib⁹ vt de ſciẽtijs ⁊ artib⁹ idẽ eſt iudiciũ. ℂ Quita ꝯcluſio. Quãdo varie artes ſub vna architectonica/ precipuaq; arte cõtinẽtur: ipſi⁹ architectonice atq; precipue artis finis finib⁹ aliarũ artiũ pricipalior eſt. Ut artes quarũ hec frenorũ factiua eſt/ hec ephippiorũ hec ſalerarũ: ſub arte cõtinẽtur eq̃ſtri. he autẽ/ ⁊ ars eq̃ſtris oĩſq; ſua operatio: ſub arte militari vt ſub architectõica precipuaq; cõtinẽtur. ideo artis equeſtris finis: pricipalior eſt finib⁹ artiũ frenorũ factiuarũ/ ephippiorũ atq; ſalerarũ. ⁊ artis militaris finis: pricipalior ac expetibilior finibus artis equeſtris ⁊ artiũ frenorũ factiuarũ reliquorũq; apparatuũ equorũ. Nã artiũ effectiuarũ huiuſmodi apparamẽtorũ: gřa finis ipſi⁹ artis equeſtris exiſtunt. et ruſ⁹ earũ artiũ/ ⁊ artis equeſtris fines: ipſi⁹ artis militaris gřa ſuiq; finis cõſimiliter exiſtũt. igť finis equeſtris: finib⁹ frenorũ factiue ⁊ reliquarũ predictarũ artiũ expetibilior. ⁊ finis artis militaris: ipſi⁹ artis equeſtris fine finibuſq; iferiorũ artiũ itidẽ pricipalior expetibiliorq;. ⁊ eque i oĩb⁹ ꝓptũ eſt cognoſcere/ cũ varie artes ſub vna architectonica precipuaq; cõtinebũtur: ipſi⁹ architectonice finẽ finib⁹ ſub ſe cõtẽtarũ artiũ pricipaliorẽ ac expetibiliorẽ eſſe. Et i hoc ars ipſa imitať naturã. ſiq̃dẽ i tali proceſſu min⁹ pricipales artes/ minuſq; perfecte: perfectiorũ ſũt gřa. id eni natura ipſa facit. Et nichil hic refert: an finis architectonice artis/ operatio ſit an ſit op⁹. nã ſẽper finib⁹ iferiorũ (cõtẽtarũq; artiũ pricipalior/ expetibiliorq; habebiť. Et id nõ modo i artib⁹ verũ eſt: ſz et i ſciẽtijs ⁊ virtutib⁹ idẽ q̃q; reperiť. vt ſi plures ſciẽtie vni⁹ gřa ſuapte natura ſũt petite: earũ fines illi⁹ fine min⁹ precipui minuſq; expetibiles ſũt. ⁊ ſi plures virtutes vni⁹ gřa expetite ſũt: illarũ q̃q; fines illi⁹ principalis virtutis fine minus ſunt expetibiles. Sed de his hactenus.

6 SI igiť quiſpiã rerũ agẽdarũ eſt finis quẽ nos ꝓpter ſeipſũ — Cap. II.
ceteraautẽ propter hũc volumus/ neq; ſit vt omnia propter aliud expectam⁹ (eſſet enim hoc modo ſine vllo fine ſemper abitio/ atq; hinc noſter appetitus inanis vanuſq; reſultaret) conſtat hunc talem finem/ ſũmum bonuz ipſũq;
7 optimum eſſe. ℂ Et ad humanã igitur vitam: magnaz huiuſce cognitio opem affert.
8 Nã vt ſagittarij/ ſignum habẽtes: magis id quod oportet attingere poſſumus. ℂ Qḋ ſi ita ſit: entẽdũ eſt hunc ipſum figura quidnam ſit cõprehendere/ ⁊ cuius ſit ſcientie
9 vel facultatis percipere. ℂ Videbitur aũt eius eſſe: que maxime dominať/ maxieq; ratione ſubit architecture. Talẽ autẽ ſeſe offert ipſa ciuilis facultas. hec eni ⁊ quas ſciẽtias in ciuitatibus eſſe/ ⁊ quales quẽq; diſcere/ ⁊ quouſq; opꝫ: iſtituere ſolet. ℂ Eas preterea facultates: que ſummis afficiuntur honoribus vt rei militaris reiq; familiaris facultatẽ ac oratoriam artem: huic ſubeſſe facultati videmus. cũ igitur ceteris actiuis ſcientijs hec vtatur/ ⁊ leges ferat/ atq; inſtituat quid quiſq; agere/ ⁊ a quibus ab-

ſtinere debeat: huius finis/ceterarũ omniũ facultatũ continet fines. Quo fit: vt hic
finis ſit bonũ ipſũ humanũ. ¶ Quãq̃ eni vnius hominis idẽ ⁊ ciuitatis eſt bonũ: ci-
uitatis tamẽ cõparare cõſeruareq3 bonũ/ maiusatq3 perfectius eſſe videtur. Nã ama
bile eſt: et ſi vni ſoli. maius autẽ atq3 diuinius eſt: ſi gẽti ciuitatibuſve ſit acq̃ſitũ/ par-
tũq3 cõſeruetur. hec igitur appetit hec doctrina: cum ſit facultas quedam ciuilis.

Tres reipublice gradus in quibus relucere debet ciuilis facultas.

¶ Secũdi capitis note. ¶ Virtutũ operatiões/ ⁊ q̃ ad ipſas perducũt: actiones nũcupamus. ¶ Agẽda ⁊ agi 6
bilia: ſũt operationes ex virtute aut ad parãdã virtutẽ ſuſceptibiles itẽ ⁊ ipſe ex operationibus acquiſibiles 8
virtutes. ¶ Ciuilis facultas: eſt que circa ãminiſtrationẽ legũ iuſtitieq3 legitĩe tota deſudat. ⁊ cũ tres ſint
reipublice ſpecies/ regia/ optiatũ/ ⁊ cẽſupotẽtũ: hec ciuilis facultas vniuerſe diſpẽſatiua iuſtitie cũcta i reb⁹
mortalib⁹ in imagine primi diſponẽs/ gubernãs cũctiſq3 ſolicite prouidẽs/ maxime debet i rege lucere: poſt
quẽ in optimatib⁹ ⁊ vltimo loco i cẽſupotẽtib⁹ in ceteris aũt particulariter. vt hãc prouidẽtie legẽ/ tãq3 diui
ne gubernatiõis ſimilitudinẽ reuerẽter admittẽtib⁹/ obſequẽtib⁹/ oẽm vite honeſtatẽ proſequẽtib⁹ ⁊ õne vi-
ciũ tãq3 labẽ diuine aſſimilatiõi cõtrariã euitãdũq3 afflatũ fugiẽtib⁹. Lex eni ⁊ iuſtitia: eſt adminiſtrato-
rie dei prouidẽtie quoddã ſignaculũ ac imago. ⁊ tãta lux: de celo nobis effulſit ⁊ (vt inquit Eurypides) etiã
heſpero luciferoq3 ſplẽdidior. ſua vero oppoſita: e profundis emerſere tenebris. Et hec moralis diſciplina q̃
ethicen/ polyticen/ ⁊ domeſticã cõplectitur diſciplinã: õnia cõtinet que ſacra ciuilis facultas auguſta quadã
maieſtate exeq̃ curare debet. Quo fit: vt hac morali diſciplina nulla ſit accõmodatior regib⁹ optimatibus
⁊ oino rerũ gerẽdarũ ãminiſtratorib⁹ nulla itẽ ſubditis vtilior. ⁊ de huiuſmodi iuſtitia ⁊ iuſtitie ãminiſtra-
tiua facultate: quintus ⁊ octau⁹ hui⁹ nõnulla differẽt vberi⁹. Fit etiã recte vt ciuilis facultatis noie/ moralis
philoſophia audiat̃ itelligat̃q3: vt ab ipſis poſſidet̃/ q̃ rẽ publicã gerere gubernareq3 habẽt. Nã hec diſciplina
i illis gubernãdi/ atq3 ad beatã vitã dirigẽdi habet auctoritatẽ. i inferiorib⁹ aũt: obſequẽdi legẽ. Quo ſit ite
rũ: vt cũ õmb⁹ tũ ſingulis proſit plurimũ hec diſciplina/ tũ ſuperiorib⁹ tũ inferiorib⁹ ⁊ ſubditis. preſertĩ tamẽ
i ipſis rerũ agẽdarũ ãminiſtratorib⁹ lucet: cõſeqturq3 pricipaliter ſuũ finẽ. ⁊ nomẽ ſibi aſciſcit: vt in illis ciui
lis appellet̃ facultas. ¶ Vt cõcludit̃ agẽdorũ vnũ finẽ eſſe q̃ agibiliũ ſũmũ bonũ eſt: ita quoq3 ⁊ cõtẽplabiliũ
vnũ finẽ corũ ſũmũ bonũ cõcludere liceret. et id q̃dẽ ſapiẽtie cõtẽplatio eſt. Et ſẽſibiliũ vnũ finẽ corũq3 opti-
mũ: id autẽ homo eſt. Et cũ duplex ſit vita hec actiua illa vero cõtẽplatiua: actiue vite ſũmũ bonũ hoc in lo
co proponit Ariſtoteles/ q̃ finis agibiliũ. ⁊ in decimo hui⁹ moralis inſtitutionis: vite cõtẽplatiue ſũmũ bonũ
proſeqtur. Et quoniã iã diximus moralẽ vitã nichil aliud eẽ q̃ diuinorũ quãdã imitatiõnẽ/ aſſimilatiõnẽq3: priũ
eſt vnde he due vite pẽdeãt itẽtiõnẽ philoſophorũ agnoſcere. De⁹ el q̃ idẽ vniuerſorũ ſũmũ bonũ eſt: bifariã
cõſiderat̃. vno modo: vt in ſe manẽs diuinitate pleniſſim⁹ ſapiẽtiſſim⁹ per ſe ſufficiẽtiſſim⁹/ feliciſſim⁹ ⁊ ſe
ipſũ ſol⁹ vt eſt cognoſcẽs. alio vero mõ quaſi ſeipſũ extra propagãs ⁊ ſue bonitatis exuberãtiã late diffũdẽs/
cũcta diſponẽs gubernãs oia cũctiſq3 prouidẽs ſufficiẽtiſſime. Per vitã itaq3 cõtẽplatiuã: nos hui⁹ vite bo-
ni ſũmitatẽ (quãtũ mortalib⁹ cõcedit̃) adepti ipſũ imitamur in ſua diuinitate manẽtẽ/ ſeipſũ vt eſt cõtẽplãtẽ/
ſapiẽtiſſimũ/ optimũq3 rerũ õniũ finẽ. Per vitã vero actiuã (ſi in ea recte viuam⁹) ipſũ imitamur vt reb⁹ om
nib⁹ ſuã bonitatẽ cõmunicãtẽ oia ſuauiter diſponẽtẽ ſapiẽter gubernãtẽ oia/ õnibuſq3 ſolicite prouidẽtẽ et
vt optimũ atq3 feliciſſimũ rerũ oim patrẽ atq3 regẽ. Et quẽadmodũ per hec ſẽſibilia ad inuiſibilia dei rite aſpi
ramus: ita quoq3 ex agibiliũ vita: ad cõtẽplatiuã recto ordie aſſurgẽdũ eſt. eſt eni actiua ãminiſtratiuaq3 vi-
ta: vt terrena ⁊ ſẽſibilis. cõtẽplatiua vero: vt diuina atq3 inuiſibilis. Et cũ Ariſtotelic⁹ philoſophandi mos
ſit ſẽper ex ſẽſibilib⁹ nos ad diuina traducere: nichil mirũ hic videri debet ſi primo de felicitate actiua proſe-
qtur ⁊ ſi primo ſũmi boni vite actiue nobis proponat exemplũ: ad quod vt ad ſignum/ totam actiue mentis
aciem intendamus ⁊ omnes noſtras dirigamus actiones.

¶ Secundum cap. tribus concluſionibus et vno correlario partitum eſt.

Secũdi capitis cõmẽtarius ad litterã. ¶ Prima cõcluſio. Rerũ agẽdarũ vn⁹ eſt finis: q̃ agibiliũ ſũmum 6
bonũ eſt. Nã ſi vllus eſt rerũ agẽdarũ finis quẽ propt̃ ſeipſũ/ ⁊ reliqua agibiliũ õnia propt̃ eũdẽ velim⁹/ neq3
ipſe iterũ iter agibilia alteri⁹ gr̃a petẽdus ſit: is profecto agibiliũ ſũmũ bonũ eſt. atq̃ rerũ agẽdarũ talis vn⁹
finis eſt: q̃ propt̃ ſeipſũ eſt/ ⁊ propt̃ quẽ reliqua oia expetim⁹ agibilia ⁊ q̃ rurſũ iter agibilia nõ alteri⁹ expetit̃
gr̃a. alioqn ſi iter agibilia ſẽper alteri⁹ expeteret̃ gr̃a: hic proceſſ⁹ euaderet iſinit⁹. ⁊ noſter naturalis apetit⁹
irritus vanuſq3 haberet̃. id aũt ita eſſe nõ poteſt. nã nichil in natura fruſtra vanũ/ ocioſũq3 ſit vnq̃. in rebus
igr̃ agẽdis vn⁹ eſt finis: qui agibiliũ ſũmũ bonũ eſt. ¶ Secũda cõcluſio. Plurimũ ad nr̃am vitã cõducit: hui⁹ 7
ſũmi boni cognitio. Nã ad ipſũ cognitũ õnes actiões operationeſq3 nr̃as dirigemus: haud ſecus ac ſagittarij
õnes/ ſagittas dirigũt ad ſignũ. atq̃ hoc faciẽtes: facilius nr̃m finẽ adipiſcemur. cõducit igr̃ ad noſtrã vitam
nõ parũ: hui⁹ ſũmi boni cognitio. ¶ Correlariũ. Quapropt̃ quid huiuſmodi bonũ ſit/ ⁊ cui⁹ facultatis: anni 8
tẽdũ eſt rudi mineruа cõprehẽdere. Nã vt dictũ eſt/ id cognoſcere: ad nr̃am vitã cõducit/ momẽtũq3 habet plu-
rimũ. ¶ Tertia cõcluſio. Id ſũmum agibiliũ bonũ/ optimuſq3 finis: ciuilis facultatis eẽ videt̃. Nec ab re qui- 9
dẽ. ¶ Primo. nã merito ei⁹ facultatis exiſtit: que maxie dominat̃ preſidetq3/ ⁊ q̃ maxie õniũ vt architectoni
ca pricipaliſſimaq3 eſt. talis autẽ eſt ipſa ciuilis facultas: vtpote que oia in ciuitatib⁹ inſtituat vt que diſcipli
ne ſequẽde quid diſcere oporteat ⁊ quãtũ ⁊ quid ſugere. igr̃ ei⁹ eſt ſũmus agibiliũ finis. ¶ Scdo. huic fa-
cultati ſũmũ agẽdorũ bonũ iure tribuẽdũ eſt: que actiuas facultates honoratiſſimas ſub ſe cõtinet ⁊ que illis
vtit̃. nã perfectio ei⁹ finis: aliarũ fines facultatũ merito cõtinebit. atqui ciuilis facultas talis eſſe videt̃. cõti-
net eni ſub ſe facultates rei militaris ⁊ oratoriã que honoratiſſime ſũt/ ⁊ domeſticã/ ⁊ reliquas oẽs actiuas
diſciplinas. illiſq3 vtit̃ quotiẽs earũ operã deſiderat: aut vt leges ferat/ aut vt quid agẽdũ ſit inſtituat a quo
ve ſit abhorrẽdũ abſtinẽdũq3. id igr̃ ſũmum bonũ: ciuili facultati tribuẽdum eſt. ¶ Tertio huic facultati id ſũ-
mum bonum aſciſcẽdũ eſt: que plurium bonum itẽdit: vt que magis ſit diuini boni/ ſummeq3 emula prouidẽ-
tie. Quis eni ſimile ſit vni⁹ bonum/ ⁊ ciuitatis bonum: maius tamẽ/ perfecti⁹ ac diuini⁹ ipſi ciuitati bonum cõpa-
rare cõparatumq3 cõſeruare q̃ vni ſoli. ⁊ ſi amabile ſit hoc pacto vnius bonum: amabilius tamẽ gẽtis/ ciuita
tũq3 bonum. nã id: pulchrius amplius diuiniuſq3 habet̃. ac ciuilis facultas: maxime õnium plurium atq3 cõ-
munius bonum itẽdit ac circa id ſua toto deſudat opera. igitur ſummum agibilium bonum optimuſq3 eorum
finis: ciuili facultati merito tribuendum eſt. Et de iuſtitia que huius facultatis robur exiſtit: quintus huius
diligentius diſcutiet. eritq3 eo in loco id notius: qđ iam hic rudi quaſi effigie pretractum eſt.

10 Dicetur autem ſatis: ſi declarabitur peride atq; ſubiecta materia poſtulat. ipſum enim exactum non eſt in omnib⁹ ſimili modo rationib⁹ flagitandū: ſicut nec in hiſce q̄ per artē cōficiūtur. ¶ Honeſta autē ⁊ iuſta de q̄bus ciuilis conſiderat / tātā differētiā erroreq; habēt: vt lege tantū eſſe videātur / ⁊ nō natura. talē etiā quēdā errorē habēt et ipſa bona: q: cōpluribus / ex ipſis accidūt detrimēta. iā eni quidā ob diuitias: q̄dā ob fortitudinē periere. amabile igit eſt de talib⁹ atq; ex talib⁹ dicētes / groſſo modo figuraq; verū ipſū oſtēdere: ⁊ de hys q̄ ſūt plerūq; / atq; ex talibus dicētes talia ⁊ cōcludere. eodē mō ⁊ vnūquēq; auditorē ea q̄ dicūtur acceptare op;. eſt eni eruditi exactū ipſū eatenus in vnoquoq; genere flagitare: quatenus fert ipſius rei natura. ¶ Simile nāq; videt eē / mathematicū ſuadētē pbare: ⁊ ab
11 oratore demōſtrationes exigere. ¶ Atqui bn̄ q̄ſq; iudicat ea q̄ cognoſcit: ⁊ ipſorū bonus eſt iudex. is ergo in vnaquaq; re bn̄ iudicat: q̄ i illa eſt eruditus. abſolute aūt: qui eſt in ōnibus erudit⁹. quapropter iuuenis: ciuilis diſcipline nō eſt idone⁹ auditor. Eſt eni rudis actuū vite. Ex his aūt / ⁊ de his ipſe rationes efficiūtur. ¶ Preterea. cū pturbationes ſequat: vane / ſineq; vtilitate audiet. q̄ppe cū finis nō cognitio ſit: ſ; actio. Intereſt aūt nichil: iuuenis ſit etate an morib⁹ iuuenis ſimilis. nō eni defectio eſt ob tempus: ſed quia viuit ⁊ pſequitur ſingula cū pturbatione. talib⁹ eni inutilis fit ip-
12 ſa cognitio: perinde atq; incontinentibus ipſis. ¶ Ijs aūt qui ſuas rationi ſubyciunt appetitiones / cum rationeq; agunt: magnam afferre poteſt vtilitatem. De auditore igit / ⁊ quonā modo rationes ſūt acceptāde / q̄dq; pponim⁹: tot exordij loco ſint dicta.

Tertij capitis note. ¶ Dicuntur pleraq; ⁊ honeſta et iuſta errorē diſcrepantiamq; habere: q: vno tempore
10 facta / ⁊ honeſta ⁊ iuſta ſunt. alio vero: inhoneſta atq; iniuſta. ⁊ vno loco facta ⁊ perſonis quibuſdā: honeſta ⁊ iuſta. alio vero loco alijſq; perſonis: inhoneſta atq; iniuſta. ¶ Ex his autē ⁊ de his. ex his dicit prope pricipia q̄ in ratiocinationib⁹ prudētie ſumūtur q̄ de agēdis actionibuſve humanis ſūt. Et de his dicit prope concluſiones q̄ ex illis principijs colligūtur que q̄dem etiā ſunt de actibus humanis. ¶ Defectio impedimentū conſequende vtilitatis ex auditione huius diſcipline. ¶ Quod notat Ariſtoteles multos iam propter diuitias ⁊ alia pleraq; ſimilia bona / periſſe: clamat hoc ⁊ Satyricus Iuuenalis

Nocitura toga: nocitura petuntur
Militia ⁊ torrens dicendi copia. multis
Et ſua mortifera eſt facundia. viribus ille
Confiſus perijt admirandiſq; lacertis.
Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat: et cuncta exuperans patrimonia cenſus.

Ergo ne in hec fortune bona ruatis precipitiores / ne tot curis / tot vigilijs totq; ſudorib⁹ veſtra querite detrimenta. ſed virtutem querite magiſtram: que vos mediocritate contentos eſſe oportere docebit. ſiquidem
11 rerum mediocritas (vt ſapienti Soloni placet) non rerum copia felicem facit. ¶ Iuuenis non tantum q: etate iuuenis ſit hic itelligitur: quantum qui iuueniles affectus voluptateſq; ac perturbationes ſequitur vt plerūq; ea in etate iuuenes facere ſolent. Quo fit vt qs ſtatim deprehendatur iuuenis / cui ſtudium de moribus non ſapit / ⁊ qui de voluptatum blandicijs ſermones libenter admittit: etſi etiam etate ſit caneſcens. Qualis autem ſit etate iuuenis ⁊ q̄ perturbationibus obnoxius: nos docet Horatius. Horatius

Geſtit paribus colludere / ⁊ iram
Colligit / ⁊ ponit temere ⁊ mutatur in horas
Imberbis iuuenis. tandem cuſtode remoto
Gaudet equis / canibuſq; / ⁊ aprici gramine campi.
Cereus in vicium flecti monitoribus aſper /
Vtilium tardus prouiſor / prodigus eris.

Sed o iuuenes preſertim quos ſtudiorū detinet amor / ſi virtutum ſtudia non ſequimini: viciū rete ſuum tetendit in quod protinus decidatis precipites ac miſeri. Due enim vie ſunt: hec virtutis illa vero viciorum. ⁊ vt in viā virtutis ambuletis aut in ampliſſima viciorū de uia oberretis: neceſſe eſt. Et proinde vos idem author ex Stoicorum preceptis ad virtutis ſtudia totis viribus totiſq; lacertis incumbere ammonet hunc in modum.

Et ni Idem.

Poſces ante diem librum cum lumine / ſi non
Intendas animum ſtudijs / et rebus honeſtis:
Inuidia vel amore vigil torquebere. nam cur
Que ledunt oculos feſtinas demere: ſi quod
Eſt animum / differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti qui cepit habet. ſapere aude.
Incipe. viuendi qui recte prorogat annum.
Ruſticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, ⁊ labetur in omne volubilis euum:

¶ Nomine ciuilis facultatis: hic moralem philoſophiam audi. ¶ Perturbationes affectiones: vt ire cu-piditates/odia inuidie ⁊ ſimilia. ¶ Incontinentes: ſunt qui ſanum iudicium habent ſed perturbationibus vincuntur. qualis apud poetas fingitur Medea. 7

¶ Tertium cap. tribus concluſionibus partitum eſt.

Tertij Capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. In hac tradenda diſciplina: non paſſim exacta/demoſtratiuaq; certitudo expetēda eſt. ¶ Primo. nā vt in artificū operibus non omnino ſimilibus rationibus certitudo querenda eſt vt in conſequendis diſciplinis: ſed in eis ipſis veritatem tantum indagare ſatis eſt: quantum earum natura poſtulat materiaq; ipſa requirit. igitur et in hac tradenda diſciplina ſatis eſſe putandum eſt: ſi perinde verum perquiretur atq; materia ipſa poſtulat ac requirit. ¶ Secundo. pleraq; honeſta ⁊ iuſta (de quibus moralis conſiderat) tantam differentiam ⁊ diſcrepantiam habent: vt lege tantū ⁊ nō natura conſtare videantur. itidem ⁊ pleraq; bona circa que verſatur: ob nonnulla detrimenta que frequenter ab illis contingūt. iam enim multi ob diuitias periere multi item ob fortitudinem. igitur in taliū perquiſitione non exacta certitudo querenda eſt: ſed ſatis erit in talibus rudi modo/⁊ figura quadam verū peruestigare. ⁊ ex hiis que vt plurimū ſunt: ſimilia/⁊ que vt plurimum contingunt/concludere. ſic ⁊ vnūquemq; auditorem que dicuntur omnia: ſecundum eorum materiam recipere oportet. eſt enim eruditi eatenus exacte verum in vnoquoq; docendi genere exigere: quatenus eius natura rei admittit. ¶ Tertio. ridiculum eſt mathematicum probare ſuadentem ⁊ ab oratore demonſtrationē exigere: ſimile enim id eſt. igitur ⁊ ridiculuz erit in hac diſciplina (verū et in reliquis omnibus alijs) rationibus quidem adhibitis vt materia ipſa poſtulabit: non abire contentū. ¶ Secunda concluſio. Iuuenis non eſt huius diſcipline conſentaneus idoneuſq; auditor. ¶ Primo. quia vnuſquiſq; bonus iudex eſt eorū q̄ nouit/⁊ ſingula recte iudicat qui in ſingulis eſt eruditus. vt eruditus grāmaticus: grāmatica/et eruditus rethor rethorica. ⁊ omnino omnia recte iudicat: qui in omnibus eruditus eſt. at iuuenis rudis eſt et ineruditus actuuz operationūq; vite: de quibus tamē in hac morali diſciplina omnis ratio ſermoq; habetur. nō igitur iuuenis recte iudicabit. quapropter neq; erit hui9 diſcipline aptus idoneuſq; auditor. ¶ Secundo. haudquaq̄ putabitur huius diſcipline conueniens auditor: qui ex hac diſciplina nullam ſuſcepturus eſt vtilitatem. atqui iuuenis ex huius diſcipline ſtudio: vtilitatem nullam ſuſcipiet. nam perturbationū ſequax eſt. et huius diſcipline finis: actio eſt non cognitio. nō erit igitur iuuenis: huius inſtitutionis cōueniens idoneuſq; auditor. Et nichil hic refert: an etate iuuenis ſit. an incompoſitis moribus iuueni ſimilis. neq; ob tempus iuuenem dicimus: ſed quia quis viuit vt iuuenis ſingula cū animi perturbatione proſequens. ⁊ reuera quicunq; ſūt tales hijs inutilis erit huius diſcipline cognitio: haud ſecus ac incōtinētib9 ſana conſilia. nec aliter q̄ egrotantibus: ſana medicorum conſilia audientib9 nichil quidem facientibus. ¶ Tertia concluſio. Qui ſuas cupiditates rationi ſubijciunt: apti ſunt huius diſcipline auditores. Nam huius diſcipline perceptio multam illis ac cōmoditatem affert: vt que eos ſecundum rectā rationem ⁊ abſq; perturbatione in vnaquaq; virtute ad operandum in vita ipſa dirigat. quēadmodū ex ſequētibus eluceſcet amplius. Sed circa quid hoc negocium/nam circa ſummum noſtrarum actionum bonū. et quo pacto rationes hui9 diſcipline ſint exquirende/qui eius idonei et qui inidonei futuri ſint auditores: hactenus ſatis ſit dictum. 8 10 11 12

Nunc autē repetētes dicamus (cū oīs cognitio atq; electio bonū quoddā affectet) q̇dnā ſit id qd̄ ciuilē appetere dicimus facultatē/⁊ q̇d oīm rerū agēdarū ſupremū ſit bonū. ¶ Nomine igitur: ōnes fere de ipſo cōſentiūt. Nā et vulgus ⁊ elegātes felicitatē inq̇unt eē. atq; bn̄ viuere/bn̄q; agere/et felicē eſſe: eadē eſſe putāt. De felicitate autē q̄nā ſit diſſentiūt: ⁊ nō ſimilit vulg9/ac ſapiētes eā aſſignāt. q̇dā eni vnū q̇d eorū q̄ clara manifeſtaq; ſūt/ipſā eſſe putāt: vt voluptatē/aut diuitias/aut honorē. Quidā aliquid aliud. ſepe etiā vnus idēq; diuerſū. nā cū egrotat: ſanitatē. cū paup̱ eſt: diuitias. ignorationis vero cōſcij ſue: eos admirātur qui magnū aliquid et vltra vires ipſorū dicūt. Quidā aūt preter hec plura bona/aliud quoddā p̱ ſe eſſe putabāt: qd̄ q̇dē ⁊ his vniuerſis vtſint bona cē ſuere cauſā eſſe. Omnes igitur opiniones ſcrutari: ſupuacaneū eſt fortaſſe. Satis aūt erit: ſi eas ſcrutabimur que maxime extāt/aut rationē aliquā habere vidētur. ¶ At eni ne lateat nos: eas inter ſeſe rationes differre q̄ a principijs p̱ficiſcūtur/⁊ q̄ ad principia pergūt. Recte eni ⁊ Plato dubitabat atq; q̇rebat: vtrū a principijs/an ad principia ſit ipſa via: vt in ſtadio/ad calcē ex hiſce qui premia ponūt/an cōtra? Enimuero ſēper eſt a notis incipiēdū. hec autē duobus modis talia ſunt. alia nāq; ſunt nobis: alia ſimpliciter nota. nobis igit̄ forſitā ex hijs incipiēdū eſt: q̄ nobis nota. ¶ Quocirca bn̄ inſtitutū moribus eū eſſe opz: q̄ de honeſtis et iuſtis/⁊ ōni ciuili ratione eſt ſufficiēter auditurus. Eſt eni p̱ncipiū ex ſe. atq; ſi hoc ſatis cōſtet: nō op9 erit ipſo cur eſt. talis autē aut habet principia: aut accipere facile poteſt. Cui vero neutrū horū ineſt: is Heſiodi ſententiam audiat hiſce carminibus explicatam. Cap. IIII. 13 14 15 16

Optimus ille quidem eſt: ex ſeſe qui omnia nouit:
Perceptis que poſt ⁊ ſemper ſunt meliora.
Is rurſus bonus eſt: paret qui recta monenti.
At qui ex ſe neſcit/cuiq; nec porrigit aures
Et bona percipiat: demens/et inutilis ille eſt.

Quarti capitis noté. ¶ Sedecim de felicitate opiniones. Nulla. voluptas. diuitie. honor. ſanitas. ſcientia. idea. pulchritudo. robur. genus. virtus. prudētia. ſapientia. aggregatū. bene agere. virtutis vſus. ¶ Prima eſt felicitatē tollentiū vt Pyrrhonis Helienſis/ Eurylochi/ xenophanis ⁊ ſimilium: nullū bonū aut malū eſſe aſtruētiū. ſed hec dudū ab ōni ſchola irriſa atq; exploſa eſt. ¶ Secūda: eſt ponētiū voluptatē vt Ariſtippi ⁊ Epicuri ⁊ Cirenaicorū/ ⁊ cocorum Epicuri ⁊ Eudoxi Gnidij. Sed qui voluptates corporeas q̄ momētanee ſunt tā perdite proſequūtur: eos pariter irridet ⁊ ammonet q̄ vane ſint cogitare poeta/ hūc i modū.

Anguſte/ miſereq; breuiſſime vite
Portio. dum bibimus dum ſerta vnguenta/ puellas
Poſcimus: obrepit non intellecta ſenectus

Pyrrho
Eurylochus
xenophanes
Ariſtippus.
Epicurus
Eudoxus
Cirenaici

Tertia eſt ponentiū diuitias felicitatē eē: vt Lydius Creſus/ Midas Phrygius ⁊ ſimiles fecere. ⁊ auarus ille qui iuſſit heredes ſuos ſuo ſepulchro inſculpere: quātū hereditatis quiſq; accepiſſet. quo quātū felix ipſe fuiſſet: agnoſceret poſteritas. de quo inquit Damaſippus Stoicus

Quoad vixit credidit ingens
Pauperiem vicium/ ⁊ cauit nil acrius. vt ſi
Forte minus locuples vno quadrante: periret.
Ipſe videretur ſibi nequior.

Creſus
Midas
Damaſippus
Horatius

Hec diuitum ſunt ſententie ⁊ hironie ſatyricorum.

Omnis enim res/
Virtus fama/ diuina humanaq; pulchris
Diuitijs parent. quas qui conſtruxerit: ille
Clarus erit fortis/ iuſtus ſapiens etiam rex.
Et quidquid volet: hoc veluti virtute paratum
Scilicet vxorem cum dote fidemq; ⁊ amicos
Et genus/ et formam regina pecunia donat.
Ac bene nummatum decorat ſuadella venuſq;.

Et vniuerſaliter omnes auaros/ huius eſſe perditiſſime ſecte: Satyricus hoc carmine taxat.

Qui mirantur opes: ij nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant. iuuenes hortantur: vt illam
Ire viam pergant ⁊ eidem incumbere ſecte.

Iuuenalis

¶ Quarta: eſt eorum qui ponunt felicitatē eſſe honorē: vt Periander Corinthius/ Lycophron: ⁊ ferme ambitioſi quiq;. Sed q̄ honores defluxa ſint bona: declarauit fortune Valeriani Auguſti inſtabilitas qui doctrina ⁊ eloquētia clarus ⁊ conſpicuus honoribus contra Perſas agens incaute/ in poteſtatem regis Perſarum incidit: ⁊ ignominioſa ſeruitute apud eū cōſenuit. vt ipſe ſenex acclinus humi: regem equū aſcenſurū/ nō manu ſed dorſo ſemper attolleret. ¶ Quinta: eſt ponentiū eſſe ſanitatē. vt qui aduerſa valitudine laborant. ¶ Sexta eſt ponentiū eſſe ſcientiā. vt Herilus Calcidonius opinatus eſt ⁊ Socrates/ Socratici diſcipuli/ et ignorantiū q̄plurimi. ¶ Septima: eſt ponentiū felicitatē eſſe ideā. ⁊ hanc Epicharmus Sphereus/ Plato/ ſuiq; ſequaces induxerunt. ¶ Octaua: eſt ponētiū eā eſſe pulchritudinē. ⁊ hanc Orpheus ſub Narciſi fabula velauit. huic ſuccumbūt opinioni molliculi quidā: qui ſe curioſiuſcule more mulierū ⁊ comunt ⁊ ornāt. ¶ Nona: eſt eorū qui eā corporis fortitudinē eſſe putant. vt Milo Crothonienſis/ ⁊ Athletarū pars plurima. ¶ Decima: eſt eorū qui credūt eſſe nobilitatē. vt quidā qui propter genus tumēt/ ⁊ faſtidioſi quidā homines a quibus nullo reſpectu ceteri cōtēnūtur (vt Satyricus inquit) ceu viles pulli/ nati infelicibus ouis. At de veris nobilibus nullus hic ſermo eſt: in quibus parentum hereditaria virtus elucet ⁊ qui viciſſim ſuis virtutibus ac officijs niteſcunt atq; micant. nam hi hominū generoſiſſimi modeſtiſſimi humaniſſimiq; ſunt: neq; ab auita probitate quicq̄ degenerant. ¶ Undecima: eſt ponentiū eſſe virtutē vt zenonis/ Cittiei Cleantis/ Poſſidonij/ Hecatonis Diogenis Babilonici ⁊ aliorum Stoicorū. Et ſummū felicē: ſapientē vocant. quem Horatius q̄ illi plus equo tribuunt immoderatiuſq;: hoc modo irridet.

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue: diues/
Liber honoratus/ pulcher/ rex deniq; regum/
Precipue ſanus: niſi cum pituita laboret.

Periander
Lycophron
Valerianus
Herilus
Socrates
Epicharmus
Sphereus
Plato
Orpheus
Narciſus
Milo
Athlete
Iuuenalis
zeno
Cleantes
Poſſidonius
Hecato
Antiſthenes
Diogenes
Horatius
Bion

¶ Duodecima: eſt ponentiū eſſe prudentiā. vt Bionis Boriſthenitis. ¶ Decimatertia eſt ponentiū eſſe ſapientiam vt Biantis Pirenei. ¶ Decimaquarta eſt ponentiū eſſe ex his aggregatum. vt Thaletis Mileſij. ¶ Decimaquinta: eſt ponentium idem eſſe felicē eſſe ⁊ bene agere. vt Pittaci Mytilenei. ¶ Decimaſexta: eſt ponentiū felicitatem eſſe virtutis vſum ac operationē immo optime virtutis. vt Ariſtoteles/ Ariſtotelici q; oēs ponunt. Sed hec longius proſequi nimiū eſſet. ¶ Stadium eſt octaua pars miliaris: centum vigintiquinq; paſſus cōtinens. ¶ Carmina Heſiodi in cōmētario adiecta: ſunt Nicolai Valenſis nobilis Romani. qui adoleſcens Georgicon traduxit Heſiodi: qui ⁊ in primaiuuenta tatis conceſſit.

Bias
Thales
Pittacus
Ariſtoteles
Heſiodus
Valenſis

¶ Quartum cap. tribus concluſionibus ⁊ vno correlario partitum eſt.

13 Quarti capitis Cōmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Expedit cognoſcere quid id ſupremū bo-
nū ſit: ad quod hec moralis facultas nos intendit perducere. Nam ſuperius dictū eſt ōnē doctrinā pariter et
electionē: bonū quoddā appetere. hec autē facultas: doctrina quedam eſt. bonum igitur quoddam affectat. et
id ſummū rerum agēdarū bonū iam eſſe dictū eſt. expedit igitur quid ſit huiuſmodi ſummū bonū cognoſce-
14 re. ¶ Secunda concluſio. De ſummo bono veteres in alio conſenſerunt: diſſenſeruntq; in aliquo. Nam ferme
omnes in nomine conſentiunt: q̄ ſummū humanū bonum vocetur felicitas. conſentiunt et bene viuere/ be-
ne agere ⁊ felicem eſſe: vnum idemq; eſſe. At vero diſſentiūt quenam res ca ſit felicitas. nec vulgus eodem
modo id aſſignat atq; ſapientes. nōnulli enim eorum in patentibus manifeſtiſq; bonis ipſam felicitatem col-
locant: hi in voluptatibus hi in diuitijs/ quidā vero vno tempore vnū ⁊ alio tempore aliud. vt egri. bonā va-
litudinem felicitatem putant. ijdem facti ſani ſed pauperes: diuitias tunc putant felicitatem. diuites autem
facti ſed ignari: ſententiā mutant felicitatemq; iudicant ſcientiā/ ſumme admirantes eos qui magnum aliqd
⁊ ſupra eorum captum ex ſcientiā memorantur/ atq; poſſunt. alij vero contendunt felicitatē eſſe bonū quod-
dā per ſe atq; ſeparatum: vt ideam/ quod cauſa ſit omnibus predictis vt bona exiſtant. ſed omnes recenſere
opiniones: ferme ſuperuacaneū eſſet. ⁊ ſatis hoc in loco fuerit: ſi ee que apparēt/ ⁊ aliquam perſuaſionis pre

ſe ferunt apparentiam/ diſcutiantur. ¶ Tertia concluſio. Rationes que a principiis proficiſcuntur: alie ſunt 15
ab iis que pergunt ad principia. Nam propter hoc recte Plato dubitabat querebatq́ an in diſciplinis a prin-
cipiis an ad principia via ſit. quēadmodum currentibus in ſtadio/ cum ad finē premia ponuntur aut contra
cum ponuntur ad principia: curſus eſt nunc a principio ⁊ nunc ad principium. Sed huic dubitationi Plato-
nis ſatiſfacere promptum eſt: ſemper eſſe a notioribus incipiendum. ⁊ biffariam notiora eſſe: ⁊ ſimpliciter/
⁊ quo ad nos. ⁊ cū nobis principia nota non ſunt: a notioribus nobis ad principia procedimus. cum vero ea
nota/ ⁊ reliqua ignota: ab ipſis procedimꝰ ad reliqua. Et ferme cum adhuc rudes/ ad aliquā doctrinarū pri-
mum iter arripimus: a notioribus nobis ad principia prima via nobis eſt. ¶ Corelarium. Quo fit: vt bene 16
moribus educatū eſſe oporteat eum qui in hac diſciplina de honeſtate/ iuſtitia/ omniq́ moralis virtutis ratio-
ne ſufficienter eſt auditurus. Nā principia: ex ſe ⁊ non per alia principia/ cognita eſſe debent. et cui hoc ſuffi-
cienter conſtiterit certumq́ habebitur: non queret cur principia vera ſint. at qui bene moribus educatus eſt:
Heſiodus aut iam huius doctrine principia tenet aut facile a recte docente recipiet. qui autem neq́ principia ipſa ha-
bet neq́ facile a docente recipiet: audiat Heſiodum.

Optimus hic ſeſe qui nouit cuncta magiſtro.
Proſpiciens rerum fines: meliora ſequutus.
Dignum laude virum parentem recta monenti:
Credimus. ille tamen ſibi qui non conſulit/ ⁊ qui
Alterius precepta fugit: vir inutilis ille eſt.

SEd nos eo redeamus vnde digreſſi ſumus. Summū enim bonū Cap. V. 17
felicitatemq́: non ſine ratione ex viuendi modo videntur exiſtimare. vul-
gus quidem et importuniſſimi/ voluptatem: quapropter ⁊ deditam volu-
ptatibus vitam amant. Tres enim ſunt maxime que precellunt: ea que nūc
dicta eſt/ ⁊ ciuilis/ ⁊ contemplatiua tertia. ¶ Vulgus igitur/ mancipiis ſimile penitꝰ 18
eſſe videtur: pecorum vitam diligendo. habet autem rationem. ꝙ complures eorum
qui ſunt in poteſtatibus conſtituti: perinde atq́ Sardanapalus viuunt. ¶ Elegātes 19
autē/ ⁊ ad agēdū idonei: honorē. Honos enim: finis fere ciuilis eſt vite. Videtur au-
tē: ab eo diſtare quod querimus. nā in iis potius qui afficiunt/ ꝙ̄ in iis qui afficiuntur
honoribus: eſſe videtur. ſummū autem bonū/ propriū quid taleq́ eſſe vaticinamur: vt
auferri facile nequeat. ¶ Preterea honorē perſequi vidētur: vt ſeipſos bonos eſſe ere
dant. itaq́ a prudentibꝰ/ ⁊ apud eos qui ipſos cognoſcunt: ⁊ ob virtutem honoribus
affici querunt. conſtat igitur ſecundum hos ipſos: honore preſtabiliorem eſſe virtutē.
¶ Atq́ forſitan ⁊ finem quiſpiam ciuilis vite magis hanc eſſe putauerit: verum et 20
ipſa videtur imperfectior eſſe. Videtur enim poſſe virtutem habentem: ⁊ dormire/
aut nō agere quicꝙ̄ per vitā/ ⁊ inſuper in maximis malis atq́ aduerſitatibus fortu-
ne poſitum eſſe. eum vero qui ita ſe habet: nemo felicem dixerit/ niſi qui poſitionē ob-
ſeruat. Sed hec hactenus. ſatis enim de his eſt ⁊ in conuerſionibꝰ dictum. De contē-
platrice autē vita/ quam tertiam diximus: in ſequentibus cōſiderationem faciemus.
¶ Ea vero que pecuniis incumbit: violenta quedā eſt vita. Ipſeq́ diuitie: nō ſunt id 21
quod querimus bonū. vtiles enim ſūt/ et ob aliud. quaproter ea que prius ſunt dicta/
potius quiſpiam fines eſſe exiſtimauerit: quippe cū propter ſe expetantur. at neq́ etiā
illa videntur: quāꝙ̄ ad ipſa cōplures iacte ſūt rationes. Hec igitur miſſa faciamus.

¶ Quinti capitis note. ¶ Mancipia: ſerui equi/ oues ⁊ ſimilia/ ꝙ empta manu caperentur. ¶ Qui pecori- 18
bus vitam ſimilem degunt felices ideo eſſe nequeunt: ꝙ vita felix diuinorum ſit emula non autem infirmo-
Sardanapa- rū/ atq́ nature viliſſimorū. ¶ Sardanapalus vltimus rex Aſſyriorum: qui omni deliciarum mollicie deflu-
lus. xit perditiſſimus. Ad quē (vt eum videret) venit Arbactus: vnus ſuorum prefectorum/ qui Medis preficie-
Juſtinus. batur. vix autem admiſſus: cum tandem inter pellicum greges reperit/ in habitu muliebri purpurā colonen-
Arbactus. tē ⁊ penſa inter virgūculas diſpenſantē/ oculorum laſciuia anteeuntē omnes. idignatus autē Arbactus hoc
effeminatū monſtrū viris preeſſe: bellum infert. Sardanapalus vero primū latibula querens: mox vecors ad
bella truditur/ ſuperatur. in regia receptus accenſam pyra cum ſuis diuitiis conſcēdit: ⁊ molliciem vindici-
bus flammis exuit. neq́ enim indignum fuit tantum facinus (ne aliis cederet in exemplū) iuſtis vltricibusq́
flammis expiari. ⁊ eius hoc circunfertur epigramma.

Cum te mortalem noris: preſentibus exple
Deliciis animum. poſt mortem nulla voluptas.

Horatius. Cuius ⁊ hec feruntur precepta: ede bibe/ lude. Sed timeāt qui vt Sardanapalus viuūt/ audire: ex iuſta dei
ſententia mortis preconem (quod et dicit Horatius) horribili tuba ſonantem.

Luſiſti ſatis edifti ſatis atq́ bibiſti.
Tempus abire tibi eſt.

Timeāt itē ⁊ vindices eternaſq́ flāmas mūdanū voluptatū amatoribus debitas.
¶ Inter opiniones de felicitate cōtēdentes: tres ſummopere excellūt. Prima: in voluptatibus felicitatē col-
locat. ⁊ hec: vulgaris vita nuncupatur. Secunda: in honoribus. et dicitur vita ciuilis. Tertia vero: in idea.
⁊ hec felicitas: ab ipſis contēplatiua vita nominatur. ¶ Corone: cōuentiones congreſſioneſq́ gymnaſtice lit-
teratorū ſimul qualibet de re differentium diſciplinarūq́ concertantium rationibus.
¶ Quintum caput quinq́ concluſionibus partitū eſt.
Quinti capitis Cōmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Qui felicitatem in voluptate collocant:

non ſine rõnis apparētia loquuntur. Nam hi ex vivēdi modo id aſtruunt: in quo nichil voluptate ſe reperire iudicāt preſtātius. & idcirco voluptatis vitā maxime diligūt. non igitur id abſqꝫ rationis apparentia faciunt. Et hi ſunt vulgus/ atqꝫ hominum procaciſſimi importuniſſimiqꝫ. Et tres maxime ex precedentibus felicitatis opinionibus precellunt. Prima in voluptatibus felicitatem collocat: & vulgaris vita nuncupatur. Scda/
18 in honoribus: & dicitur vita civilis. Tertia vero/ in idea: & hec vita contemplativa ab ipſis nominatur. ❡ Secunda concluſio. Huiuſmodi voluptas minime felicitas putanda eſt. Nam hoc pacto viventes: vitam maxie ſervilem & mancipiorum & pecorum vite ſimilem eligunt. non igitur in ea conſiſtit felicitas. attamen ſue vite magnum ſumunt argumentum: & ꝙplurimi preſtantiores atqꝫ in dignitate conſtituti/ hanc vite molliciem
16 ſequentes (vt Sardanapalus) vivunt. nā maiores: in agendis/ inferiorum duces ſunt ac exemplum. ❡ Tertia concluſio. Honor quem elegantiores viri/ & moderandis rebus accōmodatiores civilis vite finem preſtituunt: minime felicitas eſt. ❡ Primo quidem. nam honor: longe a felicitate quam querimus diſtat. eſt enim felicitas: bonum quoddam proprium internum & quod facile auferri nequeat. honor autem contra externum bonum eſt: & quod perfacile valeat auferri. nam in honorantibus magis ꝙ in eo qui honoratur: honor ipſe cōſiſtit. non eſt igitur ipſe honor aſtruendus felicitas. ❡ Secundo. qui hac honoris opinione tenentur: ipſimet honorari querunt vt boni videantur. hinc ſummopere a prudentibus & ijs qui eos cognoſcunt honoribus affici/ maximi ducunt: quo ſue virtutis opinionem inducant. igitur ita facientes: virtutem honore preſtantiorem efficiunt: vtpote cuius gratia venerari querunt. Sed hac forte ratione putabit aliquis virtutem eſſe fe-
20 licitatem: atqꝫ eam ipſam eſſe vite civilis finem. ❡ Quarta concluſio. Virtutis felicitas non eſt. Nam virtus felicitate videtur inferior. quandoquidem virtutem habens: dormire valet & nichil per vitam agere inſuper maximis duriſſimiſqꝫ calamitatibus premi. atqui tota vita ſic ocio torpentē/ & extremis adverſitatibus vallatum atqꝫ preſſum nullus ponet eſſe felicem: niſi pertinacis quadam curioſus poſitionem ſuā tueatur & defendat. virtus igitur felicitas non eſt. Et de his hactenus. nā de his abunde in Gymnaſticis congreſſionibus
21 indies diſcutitur. & de contemplatrice vita paulo poſt ſermo futurus eſt. ❡ Quinta cōcluſio. Summum rerum agendarum bonum: haudquaꝙ in divitijs collocandum eſt. Nam divitie: bonum vtile ſunt ſed violentū & propter alterum expetite. voluptas autem & honor: etiam propter ſe expetuntur. eſſet igitur voluptas aut honor potius felicitas: ꝙ ipſe divitie. non autem voluptas aut honor (vt iam quoqꝫ mōſtratum eſt) felicitas exiſtit. tanto minus igitur felicitas: in divitijs collocāda eſt. ſummū ergo rerum agendarum bonum: haudquaꝙ in divitijs eſt collocandum. Et quamuis multis rationibus nunc voluptatem/ nunc honorē nunc divitias: ſummum bonum eſſe contendant: illa tamē perperam apparēt. quapropter in tātū hec miſſa faciamus.

Cap. VI.

pia exercitio acquiri poſſit: an diuinum potius munus ſit/an fortune munus: ⁊ volūt videri felicitatem deo
rum eſſe munus. nam ſi quicꝙ aliud hominibus deorum munus eſt: par eſt/atqꝫ conſentaneum ⁊ felicitatem
a dijs ipſis preſtari/et eo maxime quo ceteris humanis bonis preſtabilior eſt. preſtantur autem a dijs
alia. igitur tanto magis ⁊ ipſa felicitas. ſed hec inquiſitio: alterius conſiderationis accommodatior eſt.
43 ¶ Prima concluſio. Etſi felicitas non celitus hominibus immittitur ſed diſciplina/virtute/exercitatio
neqꝫ comparatur: quoddam tamen diuinum eſt. Nam premium/finiſqꝫ virtutis: optimum quoddam ⁊ di
uinum. beatumqꝫ eſſe videtur. id autem felicitas eſt. Sed diſciplina et exercitatione acquiri patet primo.
quia ſic felicitas bonum erit multum commune vt quod diſciplina quadam/vigilantiaqꝫ ab omnibus
acquiri valebit: quorum principia ſana erunt. at hoc modo felicitatem acquiri melius eſt: ꝙ temeritate
quadam/⁊ fortuna eſſe felicem. rationabile igitur eſt felicitatem: quadam diſciplina ⁊ exercitatione acquiri.
¶ Secundo. videmus enim ea que ſecundum naturam ſunt: vt ꝙ optime ſe habere poſſunt ita natura ſunt.
⁊ ſimiliter que ſecundum artem/⁊ omnem determinatam cauſam: ⁊ maxime ita ſeſe habere que ſecundū op
timā cauſam producunt. maximū autē atqꝫ optimū fortune tribuere magna abſurditas eſt/atqꝫ irrationabile
plurimū. diſciplina igitur atqꝫ exercitatione potius vendicatur acquiriturqꝫ felicitas. ¶ Tertio. idem ex dif
finitione felicitatis cōſpicuū eſt. nā dicta eſt animi operatio ſecūdū virtutē. virtus autē: diſciplina ⁊ exerci
tatione paratur. igitur ⁊ felicitas hoc pacto acquiritur. ſic itaqꝫ ratum eſt felicitatē diſciplina. conſuetudine/

atqꝫ exercitio acquiri ⁊ quiddam eſſe diuinum. ¶ Secunda concluſio. Reliqua bonorum preſto adeſſe neceſ 44
ſarium eſt. Nam alia bona felicitatem coadiuuant ſuntqꝫ vtilia : vt ſua quedam inſtrumenta. ⁊ id quidem
conſonum ijs eſt que in principio iam dicta ſunt: ſummũ ſcilicet bonum ciuilis facultatis eſſe finem/ que ma=
gnam adhibet curam vt ciues preparet. bonoſqꝫ efficiat ⁊ ad preclaras res agendas reddat idoneos. que mi= 45
nime facere poſſet: niſi ſibi alia preſto adeſſent bona. ¶ Primum correlariũ. Quo fit vt neqꝫ bos nec equus/
nec aliud quicꝙ animantium felix eſſe queat. nam nullum tale: operationis ſecundum virtutem particeps
eſſe poteſt. ¶ Secundum. Fit etiam vt neqꝫ puer ſit felix. nam nondum ob etatem ſecundum virtutem age=
re poteſt. ⁊ ſi dicuntur felices: improprie ⁊ propter ſpem dicuntur. nam vt dictum eſt/ vt felix ſit: virtute opꝰ
eſt atqꝫ vita perfecta. ¶ Tertia concluſio. Felicitas impediri valet. nam multe mutationes in vita fieri poſ= 45
ſunt varieqꝫ fortune. et omnino fieri poteſt vt eum qui nunc maximis abũdat bonis: magne in ſenectute ob=
ruant aduerſitatum procelle. quemadmodum de Priamo in heroicis memorantur. at virum tanta proſperi=
tate vſum ſed vſqꝫ adeo miſerabili finientem exitu: nullus dixerit eſſe beatũ. valet igr̃ felicitas impediri.

Cap. X.

Est ne igitur nec vllus alius hominum felix ꝙdiu viuit dicendus: ſed So= 47
lonis ſententia finem ſpectare oportet? ¶ Quod ſi et ita ponendum eſt: tum 48
ne felix eſt cum e vita diſceſſerit? an id abſurdum eſt penitꝰ: nobiſipſis pre=
ſertim qui felicitatem operationem quandam dicimus eſſe? Q: ſi mortuum
felicem nõ dicimus/ neqꝫ Solon id vult: ſed tũc dici beatũ hominẽ tuto poſſe/ quia iã
eſt extra õnia mala/ calamitateſqꝫ. ¶ Habet quidẽ ⁊ hoc controuerſiã quandã. Mor=
tuo namqꝫ bonum ⁊ malum videtur aliquid eſſe. ſiquidẽ ⁊ viuenti non autem ſentiẽ
ti: vt honores/ infamie/ ⁊ filiorũ/ poſterorũqꝫ omniũ proſperitates/ atqꝫ aduerſita=
tes. Dubitationẽ autẽ ⁊ hec afferunt. ei nãqꝫ qui ad ſenectutẽ vſqꝫ beate vixit ſe=
cundũqꝫ rationẽ deceſſit: multas circa poſteros accidere mutationes contingit. ⁊ a=
lios ipſorũ/ eſſe bonos/ vitãqꝫ conſequutos eſſe pro dignitate: alios contra conſtat au
tẽ et diſtãtijs ad parentes: multis/ varijſqꝫ modis ipſos ſeſe habere poſſe. abſurdũ igr̃
eſt: ſi defunctus ſimul etiã mutaretur/ ⁊ nunc felix fieret/ nunc miſer. abſurdũ eſt eti
am: ⁊ minime/ nec aliquod ad tempus/ poſterorũ ad parentes res pertinere. Sed re=
deundũ eſt ad id quod prius eſt dubitatũ. ex illo nãqꝫ ⁊ idquod nunc queritur fortaſſe
perſpicietur. ſi igitur finẽ ſpectare oporteat/ ⁊ tunc beatũ dicere quẽꝙ nõ quia beatꝰ
tunc eſt ſed ꝙ prius erat: quo pacto non eſt abſurdũ/ ſi cum eſt felix non de ipſo dicer
quod ineſt? Quia viuentes dicere beatos ob mutationes nolumus: et quia felicitatẽ
quidẽ ſtabile quiddã/ nulloqꝫ modo facile mutabile eſſe putamus: fortunam autẽ in
eiſdẽ ſepe reuolui. nã ſi fortunã ſequamur: ſepenumero felicem ac miſerũ eundẽ di=
cemus: Cameleontẽ quendã oſtendẽtes ipſũ felicẽ eſſe/ ac debiliter collocatũ. ¶ An 49
fortunã ſequi nullomodo eſt rectũ? Nõ eſt eni in ipſa bene vel male viuere ſitũ: ſed idi
get humana vita/ ipſius/ vt diximus. ¶ Operationũ autẽ ee quidẽ q̃ a virtute profici
ſcũtur/ felicitatis: ee vero que ſunt contrarie/ contrarij domine ſunt. atteſtatur huic ſen
tentie ⁊ id quod nunc dubitauimus. etenim nullis in operibus humanis tãta eſt fir=
mitas/ quanta eſt in operationibus ijſce que a virtute proficiſcuntur. he namqꝫ ſtabi=
liores ⁊ ſciẽtijs ipſis eſſe videntur. harũ autẽ ipſarũ ee que ceteris antecellunt : maxi=
me ſtabiles ſunt/ propterea ꝙ in his ipſi beati/ ⁊ maxime/ ⁊ continuatiſſime viuunt.
Hoc eni ſimile eſt cauſe: vt ipſarũ nõ fiat obliuio. id igitur quod queritur: cõpetet ip
ſi felici/ ⁊ erit talis per vitam. nã ſemꝑ aut maxime ea aget et cõtẽplabitur que pro=
deunt a virtute/ fortunãqꝫ feret pulcherrime: et õni ex parte concinne ac equabiliter:
quippe q̃ vere bonus atqꝫ quadratus eſt ſine vituperatione. ¶ Cũ autẽ a fortuna mul=
ta eueniant/ et magnitudine/ paruitateqꝫ differant: parua quidẽ ſiue ſint ſecunda ſiue
aduerſa/ conſtat nõ facere vite momentũ. grãdia vero ac multa: ſi ſecũda ſint beatio=
rẽ vitã efficiunt/ quippe cũ ad decorandũ ſint apta/ et vſus ipſorũ pulcher/ ſtudioſuſqꝫ
fiat. ſin aduerſa: ꝓmũt/ ledũtqꝫ vitã beatã. afferunt enim dolores: et multas operati=
ones impediunt. Attamen et i ijſipſis pellucet ipſa honeſtas: cũ multas quiſpiam ac
magnas aduerſitates facile perfert/ nõ ob inſenſibilitatẽ/ ſed qꝛ gñoſꝰ eſt atqꝫ magna=
nimꝰ. ¶ Q: ſi oꝑationes dñe ſũt (vt diximꝰ) vite: nemo beatorũ fuerit miſer. nũꝙ eni 50
odioſũ q̃cꝙ atqꝫ improbũ aget. eũ eni q̃ vere bonꝰ ẽ/ atqꝫ prudẽs fortunã õnẽ decore ꝑfer
re ꝓ facultateqꝫ rerũ ſẽꝑ res pulcherrimas agere: vt ducẽ bonũ p̃ſentibꝰ vti caſtris ad
optĩe gerẽdũ bellũ/ et bonũ itẽ ſutorẽ ex ſibi datis pellibꝰ pulcherrimũ cõficere calceũ
ceteroſqꝫ oẽs idẽtidẽ artifices arbitramur. q̃ cũ ita ſint: miſer q̃dẽ nũꝙ fuerit ipẽ felix.
Beatꝰ tñ nõ erit: ſi in Priami calamitates incideret. nec igr̃ varius/ facileqꝫ mutabi
lis erit. neqꝫ eni ex felicitate facile aut a quibuſuis. ſed ab ingentibus et multis ad uer=

ſitatibus dimonebitur: et ex talibus nō in paruo ſed in longo quodā perfecto de tēpo-
51 re rurſus fuerit felix: magnas in eo res/ preclaraſqꝫ nactus. ¶ Quid igr̄ obſtat eū feli-
cem dicere: qui per virtutem operatur perfectam/ ⁊ bonis externis ſatis abundat/ non
quouis in tempore ſed in vita perfecta? An eſt addendum/ ⁊ ita eſt victurus ⁊ ſecun-
dum rationem moriturus: quippe cum futurum quidem incertum ſit nobis/ felicita-
tem autem finem/ ⁊ omnino perfectam omni ex parte ponamus? quod ſi ita ſit: viuē-
tiū eos quibus ea que diximus et inſunt et inerunt/ beatos dicemus/ beatos autē ho-
mines. Sed de his quidē euſqꝫ ſit definitum.

47 ¶ Decimi capitis note. ¶ Solon Athenienſis vnus in numero ſeptem ſapientum inſcriptus eſt. legiſlator fuit. ex quo poſtmodum id annotatum eſt. Solon

Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt. dicique beatus
Ante obitum nemo: ſupremaqꝫ funera debet.

Huius he ſunt morales ſententie. Probitatem iuramento fideliorem cenſeto. Mentiri nolito. Preclara ſtudioſe meditator. Amicos ne cito acquirito. Acquiſitos reprobare caueto. Que proſunt conſulito. Cum regi vidiceris regito. Rationem ducem ſequitor. Malos ne congreditor. Deos honorato. Parentes reueretor.
48 Blandos ſermones cautior obſeruato. Ne quid nimis facito. Iuſſit quoqꝫ moriens ſuos cineres poſt ſupremum eius obitum per Salamineam terrā diſpergi/ diſſeminariqꝫ. ¶ Filios a parentū probitate deuiare cōſtat: vt de filio S. Africani qui cognominat/ eſt ignobilis. pater Africani patruus Aſiā recuperauit. De filio Fabij maximi. de filio itidem Hortenſij qui omnia cū ſcortis detraxit. ¶ Cameleon circa phaſim amnē et in India frequentius gignitur: animal (authore Plinio) figura ⁊ magnitudine lacerti/ tardi motus ⁊ oculos in receſſu cauo circunductiles habens ſolus animalium nec cibo nec potu ſed ſolo aeris alimento viuens. qui quēcūqꝫ colorem proxime attigerit: toto corpore oculis caudaqꝫ reddit preter rubium/ candidūqꝫ ⁊ ſubinde colorem euarians. de quo meminit Ouidius. Scipio africanus. Fabius Hortenſius Cameleon Plinius Ouidius

Id quoqꝫ quod ventis animal nutritur et aura
Protinus aſſimilat tetigit quoſcunqꝫ colores.

49 ¶ Operationes ſecundum virtutem dominas felicitatis eſſe: eſt in illis felicitatē cōſiſtere ipſaſqꝫ felicitatis precipuas eſſe cauſas. ¶ Atteſtatur huic ſentētie. ꝙ actiones virtutum ſint domine precipueqꝫ cauſe. ¶ Id quod nūc dubitauimus. id quod dubitauimus de ſtabilitate firmitudieqꝫ felicitatis. ¶ Temeritas/ fortuna.

Adiecta formula vitam tetragonorum declarat.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	10	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

¶ Vir felix tetragonus ſine vituperatione appellatur: hoc Pythagoricorū eſt: qui tetragonorum hoc eſt quadratorum numerorum ſummopere laudes efferunt. qui numeri cū ab vnitate procedāt ꝙ ſūma eſt equalitas: in laterū equalitatē ſēper ſe porrigūt/ neqꝫ nimis neqꝫ minꝰ dcꝫ habentes. ⁊ veluti medio quodā tramite/ ab ipſa ſumma monade ſua ſerie prodeūt/ cadēqꝫ vt q̄dā beatitudinis via i eādē rerū oīs parētē recurrūt. Et vltro citroqꝫ altera parte lōgiorū deuia: nūc abundantiū nūc vero deficientiū cōſtāter diffugiunt. ⁊ medio ſēper tramite incedētes nuſqꝫ deflectunt: adeo vt nullus hos numeros vituperare poſſit. Quinimo plenam diuinitatis ⁊ maxime virtutis emulam pre ſe ferunt naturā ex. quorum cōtemplatione Pythagorici mul-
50 ta de virtute diſſerere ſolebant. ¶ Sutor eſt qui calceos efficit: vt veſtiarius qui veſtium eſt opifex.
47 ¶ Decimum cap. vna queſtione/ tribus concluſionibus ⁊ vna diffinitione partitum eſt.
48 Decimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Queſtio. An aliquis dum viuit dici nequeat felix: ſed iuxta Solonem/ finem vite atqꝫ terminum expectare oporteat? ¶ Prima concluſio. Aliquis dum viuit poteſt dici felix. Primo. quia ſi exitus vite expectandus eſſet: tum felix diceretur cum e vita deceſſiſſet. ſed id ſentire abſurdum penitus nobis eſſet preſertim cum iam felicitatem diffinierimus eſſe quandam operationem. ſi ergo mortuum felicem non dicimus (neqꝫ hoc vult Solon) ſed tunc ſecure poſſe dici beatum/ cū iam extra mala/ calamitateſqꝫ exiſtat: poterit homo dum viuit non immerito dici felix. ¶ Secundo. hoc illis dubitationem incutit ꝙ mortuo aliquid malum accidere videtur: vt viuenti quidem ſed non ſentienti. vt ſūt honores infamie filiorum/ poſterorumqꝫ proſperitates/ aduerſitateſqꝫ. fieri enim poteſt vt ei qui ad extremam vſqꝫ ſenectam beate vixerit/ fatiſqꝫ conceſſerit humanis: multa ac varia circa natos contingant alioſqꝫ probos eſſe/ vitamqꝫ cum dignitate exigere alios autem contra. certum eſt etenim filios lōgo poſt interuallo multis/ varijſqꝫ modis a vita parentum poſſe digredi. ſed abſurdum eſt ſi defunctus mutaretur: ⁊ modo felix ⁊ modo miſer eſſet quod tamen accideret ſi ipſum ponerent felicem. ⁊ abſurdum etiam illis quoqꝫ videretur: ſi res poſterorum nichil penitus ad parentes ne ad aliquod tempus quidem pertinerent. non igitur dicendi ſunt poſt mortē felices. ſed nunc an debeat dum viuit dici felix: reuertamur/ ⁊ ex his forte veritas elucebit. nam ſi exitum ſpectare oportet/ ⁊ tunc beatum dicere quēqꝫ non ꝙ beatus tunc ſit ſed ꝙ prius erat beatus: quomodo abſurdum non videtur tunc cum eſt felix nos non vere poſſe felicem appellare. id autem abſurdū. dum viuit igitur dici poteſt felix. Sed eſto dicant: beatos dicere viuentes nolumus propter mutationes ⁊ ꝙ felicitatē ſtabile quiddam/ ac nequaqꝫ leuiter mutabile putamus. at fortuna circa viuentes ſepe reuoluitur mutaturqꝫ patet itaqꝫ ſi viuētes dū adhuc fortunā ſequūtur diceremus felices: ſepe eūdē felicē ac poſtea miſerū fateri cogeremur. tūc felicē neſcio qd Cameleōti ꝯſimile effigētes: cito mutabile/ debiliſqꝫ firmatū. ¶ Scda
49 ꝯcluſio. Felicitas bonū ſtabile eſt atqꝫ firmū. ¶ Primo. nā felicē nō equū eſt fortunam ſequi: vt in qua. neqꝫ

bene neq́ꝫ male viuere ſitum eſt: Quis vt ⁊ dictum eſt humane vite bonis fortune aliquo pacto ſit opus, ob cuius tamen inconſtantiam/ ac mobilitatem: felicitatem ipſam fugacem mobilemq́ꝫ eſſe putant, nihil prohibet igitur felicitatem bonum quiddam ſtabile eſſe atq́ꝫ firmū. ¶ Secundo. Operationes ſecundum virtutē domine ſunt felicitatis ⁊ cōtrarie contrarij: non autem fortuna/ temeritaſq́ꝫ felicitatis domina. atq́ꝫ felicitas ſit permanens: id vel maxime atteſtatur. ꝙ nulla in re humana conſtantia maior eſt: ꝙ in ijs operationibus que a virtute proficiſcuntur. enimuero ⁊ virtutes ⁊ virtutū operationes ſtabiliores ipſis ſcientijs ſuiſq́ꝫ operationibus eſſe videntur/ ⁊ maxime ee que ceteras antecellūt. eam ob rem ꝙ in ipſis beati ⁊ maxime ⁊ iugiſſime viuunt atq́ꝫ verſantur. ⁊ hec cauſa eſſe videtur quo minus illarum fiat obliuio. recte igitur euenit vt felicitas bonum quiddam ſtabile ſit atqꝫ firmum. ſitqꝫ felix talis: ⁊ ſtabilis inconcuſſuſqꝫ per vitam. nam ea vel maxime omnium ⁊ aget ⁊ contemplabitur que a virtute manāt. ⁊ fortunam omni ex parte optime feret atqꝫ decenter. felix enim vere bonus ⁊ tetragonus ſine vituperatione eſt. ¶ Tertia cōcluſio. Felices facile ferunt fortunā. Primo. nam cum multa variaqꝫ ſors afferat: ſi ea parua ſunt ſeu proſpera/ ſeu aduerſa/ parui erunt admodū momenti ⁊ facile tolerabuntur. ſin grandia ⁊ multa: ſi proſpera ſunt/ beatiorē vitam efficient/ cū eā exornare ſint idonea/ et eorū vſus bon⁹/ ſtudioſuſq́ꝫ exiſtat. ſin autē aduerſa: premūt leduntqꝫ beatū. vt que triſtitiam afferant ⁊ multas ſecundū virtutē operationes impediāt. attamen in ipſis relucet ipſum bonū: cū ipſe ⁊ multas ⁊ magnas aduerſitates leuiter ⁊ equo perfert animo nō quidem ob inſenſibilitatē ſed quia generoſus magnanimuſqꝫ ſit. feret igitur fortunā felix: ⁊ facile/ ⁊ vt decet. ¶ Secundo. Si operationes virtutis domine ſunt vite vt diximus: nullus profecto felix fiet miſer vnq́ꝫ. nunq́ꝫ eni que odioſa aut iproba faciet. verū omnis qui perfecte bonus eſt atqꝫ prudēs: fortunā omnē generoſe perferet/ ⁊ ſēper pro rerū facultate res optimas aget. quēadmodū ⁊ bonus dux: preſentibus vtitur caſtris q́ꝫ optime bello cōducit. ⁊ quēadmodū bonus ſutor ex datis ſibi pellibus q́ꝫ optimū calceū aſſuit. ⁊ eodē pacto ceteri artifices omnes. tāto magis igitur ipſe felix: omni ſibi oblata fortuna pro eius cōditione recte vtitur neqꝫ vnq́ꝫ facile fiet miſer. quoniā vt dictū eſt facile perferet fortunam. nō tamē id aſſerere velim quēq́ꝫ dici beatū qui in calamitates Priami inciderit ſed felicē neqꝫ variū neqꝫ cito mutabilem eſſe/ q́cq́ꝫ vel Cameleonti ſimile. nā nō facile vt dictū eſt a quibuſcūqꝫ fortunis: a felicitate dimouebitur ſed admodū difficile/ ⁊ ab ingētibus ⁊ multis aduerſitatibus. ex qb⁹ neq́ꝫ paruo tēpore reſurgeret ad felicitatē: ſed lōgo/ perfectoq́ꝫ/ iā magnas i eo reſqꝫ preclaras nact⁹. Ex his diffinitio felicis hec elici poterit. ¶ Diffinitio. Felix/ eſt q̄ ſecūdū perfectā virtute operatur: externis bonis 51
ſufficienter abūdās: ⁊ in vita perfecta. ⁊ cū nobis ſit icertū ⁊ felicitas omni ex parte debeat eſſe perfecta: cenſent hanc addendā eſſe particulam/ ſic quidē ſecundū virtutis operationē victurus ſicqꝫ moritur⁹. que propter ſi recte hec dicta videbuntur: beatos viuentiū dicem⁹ qbus inſūt/ inerūtqꝫ predicta: beatos autē homines. at de his hactenus.

FOrtunā aūt poſterorū amicorūq́ꝫ oīm nichil cōferre: lōge ab amicitie finib⁹ diſcedere/ ⁊ opinionib⁹ cōtrariū eſſe videtur. Cū vero mlta ſint ea q̄ eueniūt: variaſq́ꝫ differētias habeāt/ ⁊ alia magis alia minus cōferāt: in ſingula q̄dē ipſa diuidere ꝓlixū/ ⁊ infinitū eſſe videt. ſat aūt erit fortaſſe: ſi de his ipſis vniuerſaliter/ figuraq́ꝫ dicetur. Ut igitur aduerſitatū earū que beatis eueniūt alie pōdus aliqd̄ momētūqꝫ habent ad vitā/ alie ſūt leuiores: ſic ſeſe habent ⁊ ea que circa amicos accidunt oēs. viuētib⁹ autē/ an mortuis calamitas accidat: mlto magis refert/ ꝙ res nefande/ graueſqꝫ agātur/ an i tragedijs recitētur. aiaduertēda eſt igr̄ differētia hoc etiā pacto. imo vero cōſiderādū fortaſſe eſt: ſi cuiuſpiā boni vl̄ mali participes ſint defūcti. Uidetur igr̄ etiā ſi quippiā ex his ad ipſos ꝑueniat ſiue bonū ſiue cōtrariū: exile q̄d ac ꝑuū/ aut ſimplicit̄ aut illis eſſe. ſi q̄dē tātū ac tale vt neqꝫ beatos eos efficiat qui beati nō ſūt: neqꝫ beatitudinē auferat a beatis. vidētur igitur tam proſperitates ꝙ aduerſitates amicorū: aliquid defunctis afferre. tale autē ac tantū vt nec felices haud felices: nec aliud quicq́ꝫ huiuſcemodi faciat. — Cap. XI. 52

Thyeſtes
Danaus
Egyſtus
Oreſtes
Alcmeon
Euripides
Seneca
Ariſtoteles
Mercurius
Thales
Pythagoras
Socrates
Plato
Prophete
Dominus
Lazarus
Iuuenalis

¶ Undecimi capitis note. ¶ Tragedia: eſt heroice fortune in aduerſis cōprehēſio. in qua ingētes inducūtur 52
perſone/ magni timores exprimūtur exit⁹ funeſti habētur. eius trāquilla ſūt prima ⁊ turbulēta vltima ⁊ fugiēdā vitā exprimūt. vt Thyeſtis/ Danai Egyſti Oreſtis Alcmeonis ⁊ ſimiliū. Et Euripides apd̄ grecos/ Seneca vero apud latinos Tragedias ſcripſere. ¶ Cū proſperitates aduerſitateſqꝫ amicorū ad defunctos pertinere cōcludit Ariſtoteles: plane animorū imortalitati cōſētit. Et id ante Mercuri⁹/ Thales Pythagoras Socrates/ Plato ⁊ vniuerſaliter oēs q̄ generoſe philoſophati ſūt aſſeruerūt/ ⁊ qd̄ maius eſt prophete oēs. ⁊ qd̄ maximū eſt/ dux virtutū oīm dominuſqꝫ vite clamat Lazare prodi foras: ⁊ quatriduan⁹ iā fetens ⁊ iā ꝟmib⁹ ſcatēs ad potētē vocē cōtinuo ſurgit ex tumulo et rediuiuus multos poſt ānos vtriuſq́ꝫ vite cōſcius de imortalitate diſſerēs: hāc īpietatis maculā ab oculis mortaliū ſalubriter extersit. Et gētiles clamant.

Eſſe aliquos manes/ ⁊ ſub terranea regna/
Et contum ⁊ ſtigio ranas in gurgite nigras
Nec pueri credunt: niſi qui nondum ere lauātur
Sed tu vera puta. Curius quod ſentit/ ⁊ ambo
Scipiade quod Fabricius maneſq́ꝫ Camilli/
Quod Cremere legio/ ⁊ Cannis conſumpta iuuentus
Tot bellorū animi. quotiens hinc talis ad illos
Umbra venit cuperet luſtrari: ſi qua darentur
Sulphura cum tedis ⁊ ſi foret humidus laurus.
Illuc heu miſeri traducimur.

Triſmegiſt⁹ — Sed o. miseri q̄ ſcelerū imanitate/ alorū imortalitatē reformidatis: ad ꝟba Triſmegiſti āpli⁹ expaueſcite ⁊ preſentē etiā exhorreſcite lucē. audite iā. Cū fuerit ſic a corpore ferā diſceſſio: tūc arbitriū examēq́ꝫ meriti ei⁹ trāſilient i ſūmi demonis poteſtatē. iſq́ꝫ eū cū piā iuſtāq́ꝫ prouiderit: i ſui cōpetētibus locis manere ꝑmittet.

Si autem delictorũ illit ã maculis viciiſq; oblitam viderit: deſuper adima deturbans procellis/turbinibuſq; aeris igni et aque ſepe diſcordãtibus tradet. atq; inter celũ et terram mũdanis fluctibus in diuerſa ſẽper eternis penis agitata raptabit. vt in hoc ei obſit aie eternitas: q ſit imortali ſẽtẽtia eterno iudicio ſubiugata. Ergo ne his implicemur: verendũ tãtũdẽ/ cauẽdũq; eſſe cognoſce. Incredibiles enĩ poſt delicta cogẽtur credere nõ verbis ſed exẽplis: nec iniuriis ſed ipſa paſſione penarũ. Hec Triſmegiſtus. Et Homerus quo ſue tempeſtatis homines immortalitatis animorum admoneret: et res humanas defunctus eſſe cure: ita defunctũ Patroclum ad Achillem inducit.

Nun dormis oblite mei: nunc negligis orbum
Luce modo viuum quem ſic curaueris ante.
Me ſepeli propere: quo inferni ditis Achille
Tranſuehar ad portas. animi nam me eminus arcent
Extincti populi: ſecum tractare vetantes.
En vagor et fruſtra manes peto: porrige dextram.

Imploro. Sed quid hic opus eſt Homero: cum in libro vite eterne diues ille qui exuritur inextinguibilibus flammis curam gerat quinq; fratrum quos viuentes in ſeculo reliquerat? Qz ſi res humane cure ſunt miſeris defunctis/ qui perpetuis deputati ſunt tormentis: tanto magis felicibus qui ad beatorum delicias euolarunt. Sed harum rerum non eſt admonendus Chriſtianus.

¶ Undecimum cap. vnam concluſionem complectitur.

52 Undecimi capitis cõmẽtarius ad litterã. ¶ Cõcluſio. Proſperitates/aduerſitateſq; amicorũ ad defũctos aliquo pacto pertinere videtur. ſed nõ vt que felices nõ felices aut cõtra efficere poſſit. Nã q poſterorũ/amicorũq; fortune nihil ad nos pertineãt dicere: nimis durũ eſt et lõge alegibus amicitie diſcedẽs/ opinionibuſq; hominũ cõtrariũ. acrũ que cõtingũt ſint multa/ variaſq; prebeãt differẽtias/ vt alia magis et alia min⁹ ad nos ptineãt: ſingulatim ea diſtiguere prolixũ/atq; imẽſũ nimis eſſet et ſatis eẽ videbit ſi ſũmatim et figura qdã dicat. itaq; vt ad nos ipſos aduerſitates que cõtingũt quedã grãdes ſunt magniq; ad vitã momẽti/ qdã vero leues: ita et circa amicos cõtingũt. ſed ea circa amicos viuos et circa defunctos cõtigere ãplius refert: q nefãda grauiaq; facta patrare et perpetrata in tragedijs recitare. hoc enĩ pacto differẽtia cõſiderãda eſt. quare ſi ad defũctos qcq; fortũarũ amicorũ pertineat ſeu proſperũ ſit, ſiue ſit aduerſũ: id admodũ exile atq; paruũ eſt/aut ſimpliciter quidẽ paruum aut illis paruum. neq; tantum neq; tale vt ipſos beatos efficere poſſit qui nõ ſunt. cõtra autẽ neq; miſeros: qui beati ſunt. videntur igitur proſperitates aduerſitateſq; amicorũ ad defunctos quoquo pertinere: ſed non vt que felices non felices/ aut contra efficere queant.

53 Is autẽ determinatis: de felicitate cõſiderem⁹. vtrũ laudabile Cap. XII.
54 qddã ſit an poti⁹ honorabile. ¶ Cõſtat enĩ potentiã non eſſe. õne autẽ laudabile ex eo laudari videtur: quia eſt affectũ aliqua qualitate/ et aliquo modo ſeſe habet ad aliquid. iuſtũ enim/ et fortẽ/ et bonum omnino virum/atq; virtutẽ: ob opera laudamus/ ac actiones. robuſtũ etiã/ idoneũq; ad curſũ hominẽ et ceterorũ quẽq; ſimiliter laudamus q affectus eſt aliqua qualitate/ et ad bonũ aliquod/ſtudioſũq; refertur. id ita eſſe patet et ex deorũ laudib⁹. nã cũ ad nos referuntur: ridicule ſane videtur. quod quidẽ ex eo fit quia laudes (vt diximus) per relationẽ efficiũtur. quod ſi laus talium eſt: conſtat optimorũ non eſſe laudẽ/ſed maius aliquid preſtabiliuſve/ quẽadmodum et videtur. Nam et deos beatos/feliceſq; dicimus: et virorum etiã eos qui maxime ſunt diuini: et rerũ bonarũ ſimili modo. nemo nãq; felicitatem laudat: vt iuſtitiã. ſed vt diuini⁹ quiddã preſtabiliuſve: rẽ dicit eſſe beatã. ¶ Videtur autẽ et Eudoxus recte voluptati primas defendiſſe partes. Id enim (voluptatẽ inq̃ que quidẽ eſt bonum) non laudari: indicare putabat preſtabiliorem ipſam eſſe rebus laudabilibus vniuerſis. talem autem deum et ſũmum bonum eſſe dicebat. ad hec enĩ cetera vniuerſa referri. Etenim laus quidẽ virtutis eſt. hac enĩ ad res honeſtas agendas idonei fiũt. cõmendationes autẽ operum ſunt ſimili modo: tã corporis/ q̃ etiam aie. Verũ hec qdẽ exacte diſcutere: magis ad eos forſitã pertinet/ qui circa cõmẽdationes verſantur. nobis autem perſpicuum ex ijs que diximus fuerit: felicitatẽ ex ijs eſſe que honorabilia ſunt et perfecta. ¶ Videtur autem ex eo ſic ſe habere quia principium eſt. cetera enim gratia eius agimus omnes. principium vero/ cauſãq; bonorũ honorabile qddam et diuinum dicimus eſſe.

54 ¶ Duodecimi capitis note. Laudare: eſt aliquid eius potentiam eiuſve opera commemorando extollere. Et laudabile: cuius potentiã potentieve operationem memorantes extollimus. ¶ Laudes deorum ad nos relate iccirco ridicule videntur: q ille illis tribuuntur eorum potentiam eorumq; facta commemorando, que ſi homini tribuuntur: perridicula videbuntur. cui enim virorum mortalium vnq̃ dicemus.

Quicquid habet phlegeton/ quicquid caua viſcera terre/
Quicquid ineſt pelago quicquid ſecat aera pennis
Feciſti: et ſolus totum hoc opus ipſe gubernas

Et q̃q̃ reuera deus laudandus et honorandus eſt: potius tamen honorandus videtur. nam honor laude ſuperior eſt. ſiquidem honor interna reſpicit/laus autem reſpicit externa. ſed fragilitas laudatorum immenſe diuinitatis facit: vt que et qualis in ſe ſit cogitare non poſſint. quapropter nos illius immẽſe bonitatis laudatorũ vltimi ad ſua opera recurrimus: ex qb⁹ eius laudes colligimus. vt qui dicit deũ rerũ optimũ/ſapiẽtiſſi-

mum ſuper omnem ſenſum/rationem/intellectum/ſuperq; mētem omnē exaltatum ſnimmēſum ⁊ ſe tota mē te propter ipſum ſoluz ante tantam maieſtatem proſternit quantum fragilitas admittit: deum honorat. qui vero eū dicit factorē celi ⁊ terre/ viſibilium pariter ⁊ inuiſibilium: ipſum laudat. Itaq; felicitatem que huius ſummi boni in hac mortali peregrinatione noſtra/ veſtigium perfectiſſimum eſt: potius honorabile bonū cenſet Ariſtoteles ꝙ laudabile. ⁊ felicem tum actiua felicitate inter actiuos/ tum contemplatiua inter contemplatiuos/ deo quidem inter mortales ſimillimum cariſſimumq;: in ſimilitudinem ſummi boni valentiore iure honorabilem eſſe ꝙ laudabilem. Et honorez eſſe completi/ abſolutiq; boni: laudem vero incepti hoc carmine declarat Mantuanus.

Eſt honor: in portum cum puppis ab equore venit.
Laudibus inceptū continuatur iter. Sed de his hactenus. ¶ Aliqua qualitate affectum: habitum aut potentiam habens. ¶ Dicitur ad aliquid laudabile: contēplatione ſcilicet operationum/ habituum/ potentiarumve. ¶ Subpotentia/ habitum cōprehendimus. ¶ Eudoxus Gnidius Archite fuit auditor/ moribus modeſtus/ pauper tenuiſq; fortune/ geometer aſtronomus/ medicus/ philoſophus/ legifer. voluptatem ſummū bonū aſſeruit. ¶ Cauſa: cauſa gratia cuius finis.

¶ Duodecimum cap. vna queſtione ⁊ vna concluſione partitum eſt.

¶ Duodecimi capitis cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Queſtio. An felicitas bonū ſit laudabile/ an honorabile potius. 53 ¶ Concluſio. Felicitas: non laudabilis/ ſed honorabilis eſt. Primo. nam omne laudabile aliqua quali- 54 tate affectum eſt aut potentia ipſa eſt ⁊ ad aliquid ſemper dicitur laudabile. vt laudamus fortem iuſtum et omnem probum virum/ ſimiliter robuſtum ⁊ velocem: ꝙ qualitate afficiuntur per quam ad aliquid ſtudioſū bonum ve ſeſe habent. ⁊ etiam virtutem ipſam ob opera actioneſq; ipſas laudamus. Et quod ad alterū laudemus: ſatis ex deorum laudibus apparere poteſt. que ſi ad nos referantur: ridicule plane videbuntur. at felicitas potentia non eſt: neq; aliquid taliū quorum diximus eſſe laudem. igitur optimorum non eſt laus/ ſed aliquid laude ſuperius preſtantiuſq;. nec iniuria quidem. nam deos beatos feliceſq; dicimus. ⁊ virorum eos qui maxime diuini ſunt: itidem beatos appellamus. ⁊ eodem modo de bonis. nemo enim felicitatem vt iuſtum laudat: ſed vt honorabilius quiddam atq; diuinius eam dicit beatam. felicitas igitur laudabilis nō eſt: ſed potius honorabilis. ¶ Secundo. Per hoc probe videtur Eudoxus primas voluptatis defēdiſſe partes/ ipſamq; ſummum eſſe bonum contendiſſe: ꝙ voluptatem non ponebat laudabilem. per id indicare volēs voluptatē bonum quiddam preſtabilius eſſe ſe putare: ꝙ ipſa ſunt laudabilia. qualē: deum ⁊ ſummū bonuz eſſe dicebat. ad hec enim cetera omnia referri non autē hec ad alia. felicitas igitur: nō laudabilis/ ſed honorabilis potius eſt. Et reuera laus virtutis eſt: ꝙ ea ipſa ad agēda honeſta ſimus idonei. cōmēdationes vero: operum tam corporis ꝙ anime exiſtunt. Sed hec diligentius diſcutere: forte magis ad eos pertinet qui circa cōmendationes ſtuduerunt. ¶ Tertio. Felicitas principium eſt. eius enim gratia cetera agimus omnes. at principiū atq; cauſam: honorabile potius quiddam/ atq; diuinum dicimus ꝙ laudabile. felicitas igitur non proprie laudabilis ſed honorabilis potius eſt.

Um autē felicitas aie quedā per virtutē pfectā ſit operatiō: Cap. XIII. 55
de virtute cōſideremus opz. Hoc eni pacto melius fortaſſe de felicitate etiā cōtēplabimur. ¶ Videtur aūt ⁊ is qui vere ciuilis eſt: circa hāc maxime elaborare. vult eni ipſos ciues bonos efficere/ legibuſq; obtēperātes. atq; horū exēplū legūlatores tū Cretēſiū/ tū Lacedemoniorū habemus/ ⁊ ſiqui alij tales fuere. ꝙ ſi hec conſideratio/ ciuilis eſt facultatis: conſtat inquiſitionem hanc perinde vt ab initio propoſuimus ac inſtituimus fore. ¶ De virtute autem humana conſiderandum eſt. 56 Bonum enim humanum ac felicitatem querebamus humanam. virtutē vero humanam dicimus nō eam que corporis eſt: ſed eam que anime. ⁊ felicitatem eni operationem anime dicimus. ¶ Que cum ita ſint: patet ipſum ciuilē aliqua ex parte 57 de anima ſcire oportere: quemadmodum ⁊ eum qui curaturus eſt oculos totūq; corpus/ de ipſis ſcire oportet. ⁊ eo magis: quo facultas ciuilis honorabilior eſt atq; pſtabilior medicina. Elegātes etiam medici multa plane circa cognitionem corporis tractāt. ⁊ ciuilis igitur ipſe de anima cōtempletur oportet. horum autē gratia ⁊ quoad ſatis eſt ad ea que hic querūtur. nā vlterius exactiuſve conſiderare: maius eſt opꝰ difficiliuſve fortaſſe ꝙ ea que proponūtur. dicūtur autē ⁊ i externis ſermonibus aliqua de ipſa ſufficienter/ ⁊ vtendum eſt ipſis. ¶ Ut partium eius aliā ratione vacare: aliā 58 rationē habere. atq; nichil in preſenti refert diſtincte ſint he perindeatq; corporis partes ⁊ ōne partibile: an ratione quidem ſint due/ re vero ſeiungi non poſſint. vt in circūferentia ſeſe habet concauum/ ⁊ conuexū. ¶ Partis autē ratione vacantis: alia qui- 59 dem cōmunis eſt ⁊ vegetatiua. Loquor autem de ea que cauſa eſt: vt id quod ipſam habet nutriatur/ incrementaq; ſuſcipiat. talem eni anime potentiā: in vniuerſis que nutriūtur quiſpiam poſuerit/ ⁊ in fetibus/ ⁊ hanc eandem etiam in perfectis. eſt eni magis conſonū rationi hanc eandem ꝙ aliquam aliā ponere. ¶ Huius igitur virtus 60 cōmunis quedā ⁊ nō humana videtur. Nam hec pars ⁊ potentia in ſomnis videtur maxime operari. bonus autē et malus minime in ſomno diſcernitur. quapropter inquiunt a miſeris felices in dimidio vite nichil differre. hoc autē recte accidit. ſomnus enim ociū eſt anime tam ſtudioſe ꝙ vicioſe: niſi parumper motuum pueniant aliqui:

atq; ita modeſtoꝝ meliora/ꝙ quoꝝuis viſa fiant. Sed de his quidē hactenus.et nu-
61 triendi potentia/cum expers ſit humane virtutis:omittenda eſt. ¶ Videtur autem ⁊
alia quedam eſſe natura anime vacans ratione:aliqua tamen ex parte particeps ra-
tionis. Continentis enim et incontinentis rationē idq; anime quod rationē habet:
laudare ſolemus.recte nāq; et ad optimas res inuitat.in ipſis autem ⁊ aliud quid p̄-
ter rationem ineſſe videtur:quod quidē repugnat/reſiſtitq; rationi. Nā vt diſſolute
corporis partes/ſi ad dexterā mouere velis/in ſiniſtram ferūtur:ſic plane fit et in ani
ma.ad contraria enim/incontinentiū appetitiones feruntur:verū in corporibus qui-
dem cernimus ea que ad contrariam partē feruntur.in anima vero nō cernimus.for-
taſſe aūt non minus et in anima putandū eſt eſſe aliquid preter rationē:quod huic ad-
uerſatur ⁊ obuiat.dicere vero quo modo eſt diuerſum:nichil refert. Videtur autē ⁊
hoc rationis (vti diximus) particeps eſſe. paret enim in ipſo continente rationi: ⁊ in
temperante ac forti magis forſitan eidē obtemperat.omnia enī in illis ſunt cōſona ra
tioni. Pars igitur anime ratione vacans duplex eſſe videtur. Vegetatiua nāq;:nullo
modo rationis eſt particeps.ſed cupiendi vis/⁊ omnino appetendi/ rōnis eſt quodā
modo particeps:ea ratione qua obedit ipſi atq; obtemperat.ſic ⁊ patris/ et amicoꝝ.
et non vt rerum mathematicarū/dicimus rationē habere.hanc autem partem ratio-
ne vacantem rationi obtemperare : admonitiones/ ⁊ increpationes ⁊ cohortationes
62 etiam indicant. ¶ Q ſi oporteat hanc quoq; partem dicere rationē habere:duplex et
ea pars erit que rationem habet.et vna quidem proprie et in ſeipſa. altera vero vt is
63 qui obtemperat patri. ¶ Diuiditur autē et virtus hac differentia. Virtutum enim
alias intellectiuas/alias morales dicimus eſſe.ſapientiā quidem et prudentiam et ſa
gacitatem intellectiuas:liberalitatem autem/et temperantiā/morales. nam cum de
moribus cuiuſpiam loquimur:non ſapientem illum aut ſagacem/ſed mitem aut tem
perantem dicimus eſſe.laudamus autem et ſapientem ob habitum.at habituum eos
qui laudabiles ſunt:virtutes appellare ſolemus.

55 ¶ Decimitertij capitis note. ¶ Minos Cretenſibus leges tulit:et Licurgus Lacedemonijs. ¶ Moralē phi Minos
57 loſophiam/ciuilem nominat facultatem:ab inſigniori eius inſtitutione. ¶ In externis ſermonibus: alio in Licurgus
60 loco in libris de anima. ¶ Viſa: ſomnia apparitiones que in ſomno intimo ſenſui ſe ingerunt. ¶ Continēs
eſt qui vehementes guſtus ac tactus voluptates / ac triſtitias ſuperat. Incōtinens vero:qui horum ſenſuum
61 delectatiōibus atq; triſtitijs ſuccumbit/ac ſuperatur. ¶ Patris et amicorum rationē habere:eſt eorum ob-
62 temperare iuſſis monitiſq;. Rerū vero mathematicarū habere rationem:eſt cōcluſionū mathematicarū ex
63 pricipijs principiove cognitis cognoſcere demonſtrationem. ¶ Quid ſcientia/ intellectus/ ſapientia pruden
tia ⁊ ars ſimiliter quid ſagacitas ⁊ ſententia que prudētie ſpecies ſunt:ex ſexto cognoſcendum eſt. Similiter
quid fortitudo temperantia liberalitas/et quid vnaqueq; reliquarum virtutū: ſequētes libri manifeſtabūt.
¶ Decimūtertium cap. quattuor concluſionibus/ vno correlario / ⁊ tribus diuiſionibus partitum eſt.

55 Decimitertij capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. De virtute incūbit determinatio.
Primo. nam felicitas dicta eſt eſſe animi operatio ſecundū virtutem perfectā.igitur de virtute incumbit,de-
terminatio.ſic enim felicitatē melius intuebimur/ cognoſcemuſq;. ¶ Secundo. is qui vere ciuilis eſt: pluri-
mū circa virtutē elaborat vultq; ipſos ciues efficere bonos legibuſq; obtēperare. vt nobis exēplo ſunt Cre-
tenſium Lacedemoniorumq; legumlatores/ quiq; tales fuere. eſt igitur ciuilis: virtutē cōſiderare. ciuilis au-
56 tem(vt ſuperius dictum eſt) finis eſt felicitas. igitur hic de virtute incumbit determinatio. ¶ Secunda con-
cluſio. De virtute humana atq; anime: preſens ſuſcipiēda eſt determinatio. Nam bonū humanum / felicita-
tēq; humanam:hoc in loco querere nos propoſuimus. hec autē animi operatio quedam eſſe dicta eſt/ ⁊ non
corporis. igitur de humana virtute atq; anime:prēs determinatio ſuſcipienda eſt. ¶ Correlarium. Unde fit
57 vt moralis ciuiliſq; diſcipline ſtudioſus: quoquo pacto de anima habeat conſiderare. nam qui curaturus eſt
oculum/ totūq; corpus: ea quoquo pacto debet cognoſcere . igitur tanto magis moralis facultas animum ip-
ſum(quē curandū ſuſcipit)habet conſiderare:quanto ea honorabilior preſtātiorq; ꝙ ipſa medicina eſt. et ſi
inſignes medici circa corporis cognitionē multum laborarunt:non equum eſt ciuilē/moralēq; virum animā
negligere. Sed hactenus animaȝ cognoſcere ſufficiet: quoad ſatis erit ad ea que hic queruntur/ cognoſcēda.
nam vlterius exactiuſq; conſiderare: oneroſius difficiliuſq; eſſet opus ꝙ preſens exigat inſtitutum. ⁊ de illa
amplius in alio quoq; loco dictum eſt ſufficienter ⁊ illis illo in loco cognitis hic vtendum eſt. ¶ Prima di
58 uiſio. Partium anime quedam eſt rationis expers quedā vero rationē habēs. ⁊ hoc in loco diſcutiēdum nō
eſt an partes ille re ipſa diſtincte ſint: quēadmodum corporis/ ⁊ cuiuſlibet diuiſibilis partes re ipſa diſiungū
tur. an ſola ratione due ſint:nō autē re ſubſtantiaq; ipſa quēadmodum circunferentia ratione duo eſt/ con-
uexum videlicet atq; concauum. ¶ Secunda diuiſio. Pars anime rationis expers diducitur in vegetatiuam
59 que communis eſt ⁊ in appetitiuam. voco enim vegetatiuā que nutriēdi augēdiq; cauſa eſt. que merito par-
ticula communis appellatur. ꝙ vniuerſis que nutriuntur aſſit etiam in embrijs qui fetus ſunt in vtero rudes/
nondumq; abſoluti in ipſiſq; perfectis. ⁊ illis omnibus magis rationi conſonum eſt hanc particulam aſciſce
60 re:ꝙ aliquarum aliarū vllam. ¶ Tertia concluſio. Anime virtus vegetatrix: humanis actionibus accōmo-
da non eſt. Nam hec anime particula potētiaq; in ſomnis maxime operari cognoſcitur. at bonus ⁊ malus mi-
nime per ſomnum/ ſomniq; operationes diſcernitur. virtus igitur vegetatrix haudquaq; humanis actionibus

eſt accōmodanda. Et hinc quoq; aiunt felices a miſeris nichil in dimidio vite diſtare. nec id quidē irrationa
biliter. nā ſomnus quedam animi ferie ⁊ ocioſitas eſt: tam ſtudioſorū q̄ vicioſorum. tum igitur nichil diffe
runt: neq; boni neq; mali quicq̄ agunt/ niſi incertū quādoq; aliqui parūper ſurrepunt motus et quatenus in
terdū modeſtorū hominum meliora q̄ reliquorum occurrunt viſa. ſed de his hactenus et ſatis ſit hic virtutem 61
vegetatiuam (cum humane virtutis prorſus ſit expers) eſſe omittendam. ¶ Quarta concluſio. Pars altera
anime que bruta/ irrationaliſq; eſt: quoquo pacto rationis eſt particeps. Nam in continente ⁊ in incontinente
rationem et anime partē rationalē laudamus. nec ab re quidem. nam ea pars ſemper ad optima prouocat. et
in ipſis eiſdē eſt aliud quiddā quod rationi repugnat/ reſiſtit/ reluctaturq;. ⁊ peride vt cū paralyticas/ remol
litas reſolutaſq; corporis partes in dexteram mouere volumus/ reluctantur feruntur q; in leuā: ſic in animo
plane eſt/ ⁊ incontinētes ſuis appetitionibus in cōtraria rapiuntur. Verū hoc intereſt q; in corporibus ea que
ad contrariam partem feruntur: nos ipſi cernimus in animo vero cernere non valemus. attamen in particulis
anime non minus cogitare debemus aliquid preter rationē eſſe: quod illi reluctetur/ ac obuiet atq; eſt in cor
poribus. ſed dicere quo pacto ſit diuerſum: preſentis cure non eſt atq; conſiderationis. Sed ⁊ id videtur eſſe
(vt propoſitum eſt) particeps rationis. nā id in ipſo continente: rationi paret ac obedit. ⁊ in tēperante forte
magis atq; forti: magis rationi obſequitur ac obtemperat. nam omnia in illis rationis ſunt cōſona. pars igi
tur altera anime que irrationalis eſt: quoquo pacto rationis particeps eſt. colligere itaq; poſſumus cū pars
anime que rationis expers eſt duplex ſit: vegetandi ſcilicet ⁊ cupiendi omninoq; appetendi virtus ⁊ ea que
vegetandi eſt: nullo modo rationis eſt particeps. ſed appetendi/ quodam modo particeps eſt: vt quantum ra
tioni obedit/ atq; paret: quēadmodū ⁊ patris et amicorū rationē dicimur habere ⁊ non vt mathematicarum
rerum dicimur habere rationē. et hanc appetitiuam/ concupiſcentēq; partē rationi parere: indicant ammoni
tiones increpationes cohortationeſq; ¶ Tertia diuiſio. Si hanc appetendi partē aſſentimus habere ratio- 62
nem: duplex erit anime pars que rationē habebit. vna proprie ⁊ in ſeipſa: altera vero non in ſe ſed que obtē-
perat peride ac filius patri. ¶ Quarta diuiſio. Virtutum altera intellectiua eſt ⁊ altera moralis dicitur. in- 63
tellectiua vt ſapientia prudentia/ ſagacitas. moralis vero vt liberalitas/ modeſtia. vnde cum loquimur de
moribus nunq̄ dicimus q; ſapiens aut ſagax ſit: ſed q; aut liberalis mitis modeſtuſve aut ſimilium aliquid
ſit. attamen ⁊ ſapientem ſimileſq; ob habitum laudamus: ⁊ eos habitus omnes qui laudabiles ſunt. virtutes
appellare ſolemus. Et de his hactenus.

¶ Secundus Ethicorum Ariſtotelis Argyropilo interprete Cap. I.

Um autem virtus ſit duplex: intellectiua inq̄ atq; moralis: intelle- 1
ctiua quidem plurimum ex doctrina generationē habet/ et incremē
tum. quapropter experientia indiget/ temporeq;. ¶ Moralis autem
ex conſuetudine comparatur. vnde et nomen habuit tale. ex quo pa-
tet nullam fieri virtutem morum in nobis natura. ¶ Nichil enim
eorū que ſunt natura aliter aſſueſcit. vt lapis/ cui quidem natura cō-
petit ferri deorſum: nunq̄ aſſueſcet ferri ſurſum/ neq; ſi millies ipſū
aſſuefaciendi cauſa quiſpiā ſurſum proyceret. ſimili modo nec ignis ferri deorſū: nec
aliud quicq̄ aliter q̄ ſibi natura competet/ aſſueſcet. neq; igitur natura/ neq; preter
naturā in nobis virtutes efficiunt. ſed idonei quidē ad ſeipſas ſuſcipiendas ſum⁹ na-
tura. ſuſcipimus autem ipſas/ atq; perficimur per conſuetudinem. ¶ Preterea eorum
que in nobis fiunt natura: potentias prius accipimus/ deinde reddimus operationes
qđ quidē in ipſis ſenſibus intueri licet. Nō enī ex eo quia vidimus vel audiuim⁹ ſepe:
ſenſus accepimus. Sed cōtra habētes/ vſi ſumus. nō vſi: accepim⁹. at virtutes accepi
mus operari prius: quemadmodum et in artibus. que namq; poſteaq̄ didicerimus fa
cere oportet: ea facientes diſcimus. edificatores etenim edificantes/ et citharedi/ pul-
ſantes citharam fiunt: pari modo iuſta agentes iuſti/ et modeſta modeſti/ fortiaq; for-
tes efficimur. ¶ Teſtatur hoc: et id quod in ciuitatibus fieri ſolet. Legum namq; lato
res ipſos ciues aſſuefacientes bonos/ efficiunt. atq; omnis quidem legum latoris hec
eſt voluntas. qui vero non bene id faciunt: peccant. atq; hoc ipō reſpublica bona: a ma
la republica differt. ¶ Inſuper ex iiſdem et per eadem omnis virtus et ars ſimiliter 3
et fit/ et corrumpitur. ex eo namq; quia pulſat citharam: et boni et mali fiunt cithare
di. ſimili ratione ⁊ edificatores/ et ceteri omnes. nā ex eo quia bene edificant boni: et
ex eo quia male/ mali fiunt edificatores et fabri. ¶ Quod niſi ita ſeſe haberet/ nō eſſet
opus docēte: ſed omnes boni fierēt aut mali. ſic igitur et in virtutibus res ſeſe habet.
agentes enim ea que ſunt in cōmerciis hominū: alii iuſti/ alii iniuſti fiūt. agentes eti
am ea que ſunt in terribilibus rebus/ timereq; aſſueſcentes/ aut confidere: alii fortes
alii timidi fiunt. Idem et circa cupiditates et iras euenire videtur. alii enim tēperati
ac mites fiunt/ alii intemperati ac iracundi: ex eo plane quia hoc in ipſis aut hoc mo-
do verſantur. Atq; (vt breuiter dicam) ōnes habitus ex operationibus ſimilib⁹ fiūt.
¶ Quapropter tales quaſdam operationes reddere oportet. ipſarū namq; differenti-
as habitus ipſi ſequuntur. no igitur parum/ ſed plurimum: quin potius totum refert/
ſic an non ſic homines ab adoleſcentia conſueſcant.

1 ¶ Primi capitis note. ¶ Qꝛ intellectiua virtus experiētia indigeat ⁊ tempoꝛe: id de virtute intellectiua preſertim intelligitur que inferioꝛis partis mentis exiſtit. vt eſt prudentia ⁊ ſue ſpecies: de quibus amplius

2 ſextus huius exequitur. ¶ Aliquid natura nobis ineſſe: eſt a noſtri oꝛtus pꝛincipio aut ſine ſtudio/ laboꝛe/ induſtria ve noſtra/ illud nobis adeſſe: cuiuſmodi ſunt naturales potentie omnes/ ſueq̄ impotentie. ¶ Mos: conſuetudo. ¶ Nichil eoꝛum que natura aſſunt aliter aſſueſcere poſſe: eſt nulla alia parta acquiſitaq̄ qualitate nunq̄ ex ſola naturali potentia quicq̄ pꝛompte aliter effici poſſe ꝙ ſua fert natura. vt ſi virtutes nobis ineſſent a natura (hoc eſt ſi naturales indoles naturaleſq̄ potentie tantū eſſent neq̄ quicq̄ aliud acquireretur) nunq̄ aſſueſceremus aliter ꝙ noſtra ferret natura. vt neq̄ lapis vnq̄ aſſueſcit emicare moueriq̄ ſurſum: q̄ preter naturalē ruendi deoꝛſum potentiam/ nullum ſibi acquirat conſuetudinarium habitū. Quapꝛopter nullus diffidat ſe poſſe eſſe bonū. nam ſi mala conſuetudo inſitam potentiā naturaleq̄ ad virtutes indolē ligat/ impedit/ flectitq̄ ad deterius: tanto magis bona conſuetudo bonuſq̄ habitus impeditam etiā indolē ſuſpendit ⁊ eius vicium in melius vertit ac emēdat/ quaſi peonica ope recuperata ſit redintegrataq̄/ perfecta mētis ſanitas. ¶ Natura ſumus (idonei:) cū in noſtra natura ſitum eſt. ¶ Si ars operationibꝰ nō gigneretur oēs bonos aut malos eſſe artifices: eſt eos qui boni eſſent artifices/ nō poſſe eſſe malos. nā malis operationibꝰ nō depꝛauaretur ſua ars. nec cōtra qui mali eſſent poſſe eſſe bonos: quādoquidē operationes nichil facerēt vt ſuam artem redderent perfectioꝛem.

3 ¶ Omnem habitū ex operationibus ſimilibus gigni: eſt ex bonis operationibus bonum habitum/ ⁊ ex malis malum nobis comparari. Operationes tamen precedentes/ ⁊ ex quibus inchoatur ſtudioſus habitus/ imperfecta ſunt officia: que autē eum adultum perfectumq̄ ſequūtur perfecta ſunt officia. ¶ Refert in totū hoc vel illo modo ſtatim ab ineunte etate ſic homines aſſueſcere. Nam recta educatio moꝛes facit. ⁊ ſi a puero iacta ſunt virtutum fundamēta: ſolemus in bonitate perſeuerare/ ⁊ beatam capeſſere vitam. Nam nobiſcum adoleſcunt virtutes ipſe. contra vero mala educatio vicioꝛum fomes eſt. que vbi ab ineunte etate combibimus quaſi moꝛbi quidam nobis congeniti quotidie adoleſcunt/ ampliuſq̄ ſumunt incrementa nocēdi. ⁊ nos tandē (niſi ſalubꝛiter occurritur) ad extremam perducunt miſeriā. Ergo q̄ Hoꝛatius ammonet/ ſalubꝛe eſt adoleſcētes tenaci mēte figere ⁊ ſepe id ſibi pꝛeſens animo habere. Hoꝛatius

Nunc adbibe puro
Pectoꝛe verba puer/ ⁊ te melioꝛibus offer
Quo fuerit imbuta recēs: ſeruabit odoꝛem
Teſta diu.

Et quibus diſciplinis iuuenilis adhuc foꝛmandus ſit animus: hinc diſce.

Interea muſis animus: dum mollioꝛ etas
Et que mox imiture legas. nec deſinat vnq̄
Tecum Graia loqui tecum Romana vetuſtas
Antiquos euolue duces aſſueſce future
Militie. Latium retro te confer in euum.
Libertas queſita placet: mirabere Bꝛutum
Perfidiam damnans/ Metij ſatiabere penis
Triſte rigoꝛ nimius/ Toꝛquati reſpice moꝛes
Moꝛs impenſa bonum. Decios venerare ruentes
Vel ſolus quid foꝛtis agat te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles/ Muti te flamma docebit.
Quid moꝛa pꝛoſpiciat Fabius quid rebus in arctis
Dux gerat oſtendet Galloꝛum ſtrage Camillus.
Diſcitur hic nullos meritis obſiſtere caſus.
Pꝛoꝛogat eternam feritas tibi Punica famam
Regule: ſucceſſus ſuperent aduerſa Catonis
Diſcitur hinc quantum paupertas ſobꝛia poſſit.
Pauper erat Curius: regem cum vinceret auro.
Pauper Fabꝛicius Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Soꝛdida Seranus flexit dictatoꝛ aratra
Luſtrate lictoꝛe caſe/ faſceſq̄ ſalignis
Poſtibus affixi/ collecte conſule meſſes
Et ſulcata diu trabeato rura colono.

Et hec nichil aliud volunt niſi iuuenum animos pulchꝛis exemplis eſſe foꝛmandos/ ⁊ egregijs alioꝛum factis ad pꝛobitatē inflammandos. Pꝛocul enim ab ipſis ſint exempla Catulli/ pꝛocul molles cupidines/ molles arcus/ molleſq̄ pharetre/ molles elegie/ epigrammata ⁊ lenonum comedie. ⁊ omnino omnis ea lectura ad quā ſeuerus Cato minime ſuos admitteret liberos. ¶ Moꝛes/ virtutes moꝛales.

¶ Pꝛimum cap. tribus concluſionibus partitum eſt.

1 Pꝛimi capitis commētarius ad litteram. ¶ Pꝛima concluſio. Intellectiua virtus experientia indiget/ ⁊ tempoꝛe. Nam cum duplex ſit virtus/ intellectiua ſcilicet et moꝛalis (vt paulo ante ſuperius dictum eſt) intellectiua plurimum ex doctrina generationem habet atq̄ augmentum. eget igitur: experientia/ ⁊ tempoꝛe.

2 ¶ Secunda concluſio. Nulla virtutum moꝛalium: natura nobis ineſt. Pꝛimo. nam virtus moꝛalis omnis: ex conſuetudine comparatur. vnde ⁊ nomen ſuum traxit perparum a moꝛe declinans. nulla igitur talium nobis a natura ineſt. Secundo. nichil eoꝛum que natura aſſunt: aliter aſſueſcit. vt lapis cuius natura eſt deoꝛſum ruere: nunq̄ aſſueſcit ſurſum ferri etiam ſi millies illum aſſuefaciendi gratia ſurſum quis pꝛopellat. ſimili quoq̄ mō nec ignis deoꝛſū ferri cōſueſcet vnq̄/ nec alius q̄cq̄ aliter aſſueſcet: ꝙ in ſua natura ſitū eſt. moꝛales ergo virtutes minime nobis natura inſunt/ imo neq̄ pꝛeter naturā: ſed ſumus ad illas ſuſcipiēdas natura pꝛpēſioꝛes, ac idonei atq̄ cōſuetudine perficiūtur. moꝛalis igitur virtꝰ minime nobis a natura ineſt. ¶ Tertio. cū que nobis natura aſſunt: eoꝛum potentias pꝛius accipimus/ deinde operationes reddimus/ vt plane licet in ſenſibus intueri. nō enim quia vidimus audiuimuſve frequenter: ſenſus accipimus. ſed contra: quia ſenſus habemus/ illis vtimur. at vero moꝛales virtutes pꝛius operari accipimus/ quemadmodum ⁊ artes oīꝫ

nes. Nam in artibus poſteaꝙ accepꝫrimus que facere oportet: ea faciendo addiſcimus. vt edificando edifica
tores efficiuntur ⁊ citharam pulſando citharedi. ita quoqꝫ et iuſta operando iuſti/ et modeſta modeſti/ et for
tia fortes efficimur. moralis igitur virtus minime nobis a natura ineſt. ¶ Quarto. legum latores ipſos ciues
aſſuetudine bonos efficiunt/ ⁊ omnis legũ latoris hec voluntas ſcilicet ciues bene aſſuefacere. ⁊ qui bene id
non egerint: peccant. ⁊ per hoc ipſum bona reſpublica a republica male inſtituta differt. conſtat igitur ex his
que in ciuitatibus fieri ſolent: morales virtutes nobis natura nõ adeſſe. ¶ Tertia concluſio. Virtus moralis 3
ex operationibus gignitur. Primo. Nam omnis moralis virtus ex ſimilibus et ſimili modo ⁊ fit ⁊ corrumpi-
tur vt ars. ars autem ex operationibus acquiritur. vt ⁊ rudes ⁊ prompti fiunt citharedi: ꝗ citharam pulſent/
ſimili modo ⁊ edificatores ꝗ edificent et ceteri artifices omnes. ſed qui bene edificant: boni edificatores. quĩ
vero perperam: mali euadunt edificatores atqꝫ fabri. igitur ſimili quoqꝫ pacto ⁊ virtus moralis ex operatio-
nibus gignitur. ¶ Secundo. niſi artes operationibus gignerentur non eſſet opus docente qui operatio-
nem oſtenderet: ſed omnes boni aut mali eſſent artifices. igitur ⁊ ita eſt in virtute. nã ⁊ agentes ea que in cõ
mercijs ſũt hominũ: iuſti vel iniuſti euadimus: et circa pericula nos aſſuefacientes cõfidere aut metuere: eua
dimus fortes aut timidi. itidem circa cupiditates ⁊ iras efficimur tẽperati intẽperati mites aut iracundi:
prout circa eas perturbationes aut hoc aut illo modo operamur. atqꝫ vt paucis abſoluatur: omnis habitus
ex operationibus ſimilibus gignitur. virtus igitur moralis ex operationibus gignitur. ⁊ non modo: ſed ex ſi
milibus atqꝫ bonis. ¶ Correlarium. Quapropter qui ſtudioſi futuri ſunt: bonas operationes facere ſtudere
debent. nam quales operationes: tales futuri ſunt ⁊ habitus. ſequuntur enim habitus operationum differen-
tias/ atqꝫ naturas: : vnde non parum ſed plurimum immo vero in totum refert hoc vel illo modo ſtatim ho
mines ab adoleſcentia conſueſcere.

Cap. II.

Cum autem preſens tractatio/ non contẽplationis ſit (vt cetere) gratia (non 4
enim vt ſciamus quidnã ſit virtus: ſed vt efficiamur boni conſideramus/ nã
nulla ipſius eſſet vtilitas) de actibus quonã modo ſint agendi/ conſiderare
neceſſe eſt. Hi nãqꝫ ſunt authores: vt tales quidam ipſi habitus fiant quẽ-
(Numero tertio huius) admodum diximus. ¶ Agere igitur ratione recta cõmune eſt: ⁊ ſupponatur. poſteri- 5
us autem de ipſo dicetur: et quid eſt ipſa recta ratio: ⁊ quomodo ad ceteras ſeſe habet
virtutes. illud autẽ antea confiteamur oportet: omnem ſermonẽ qui eſt de rebus agẽ
dis figura ⁊ nõ exacte fieri debere/ queadmodũ et ab initio diximus. rationes inꝙ vt
(Numero 37 primi) materia poſtulat ſemper eſſe efflagitãdas. ¶ Actiones aũt et ea que proſunt nullã ha-
bent ſtabilitatem: queadmodũ neqꝫ ſalubria. atqꝫ cũ talis ſit ſermo vniuerſalis: mul
to minus is ſermo certitudinis habet/ qui de ſingularibus eſt. nã neqꝫ ſub artem/ ne-
qꝫ ſub preceptionez vllam cadunt. Sed oportet ipſos agentes ea ſemper conſiderare
que ad tempus accõmodantur. queadmodũ et in medicina fit: et in gubernandi etiaz
arte. ¶ Verũ etſi preſens ſermo talis eſt vti diximus: enitendũ eſt tamen opem ac au 6
xiliuz ferre. primũ igitur hoc contẽplemur oportet: res iſtiuſmodi tales eſſe/ vt ab exu
peratione defectioneve corrũpantur/ vt in viribus videmus/ ac valitudine fieri. nam
pro rebus obſcuris/ claris indicijs vtamur oportet. exuperatio namqꝫ laborum / defe-
ctioqꝫ vires corrumpunt. ſimiliter potus/ cibiqꝫ exuperantes atqꝫ deficientes valitu-
dinem auferunt. moderati vero faciunt/ augent/ et conſeruant. Sic igitur ⁊ in fortitu
dine/ ac temperantia/ ceteriſqꝫ virtutibus res ſeſe habere videtur. qui namqꝫ cuncta
fugit/ atqꝫ formidat neqꝫ quicꝙ ſubire/ perferreqꝫ patitur: is timidus fit. qui nichil
omnino timet ſed aggreditur omnia: is audax nimirũ efficitur. ſimili modo qui vo-
luptate omni potitur/ nec excipit vllam: intẽperans. qui cunctas fugit/ perinde atqꝫ
agreſtes homines: inſenſatus euadit. etenĩz tam tẽperantia ꝙ fortitudo ab exupera-
tione quidẽ et defectu corrũpitur: a mediocritate autẽ conſeruatur. ¶ Atenim non ſo 7
lum ortus ac creationes / corruptioneſve ex eiſdẽ et ab eiſdez efficiũtur: ſed ⁊ opera-
tiones in eiſdem etiã erunt. Naz et in ceteris que ſunt manifeſta magis: res ita ſeſe
habere videtur/ vt in viribus. vires enim tam copia cibi ꝙ multoruz laborũ toleran-
tia/ cõparantur. et robuſtus ipſe multũ ſumere cibũ/ et multos labores tolerare maxi-
me poteſt. Sic fit et in virtutibus ipſis. nam abſtinendo a voluptatibus efficimur tẽ
perati. et facti iam tẽperati: maxime ab ipſis poſſumus abſtinere. idẽ et in fortitudine
fit. etenim aſſueſcendo formidoloſas res paruipẽdere/ ſubireqꝫ ipſas atqꝫ perferre: for
tes euadimus/ factiqꝫ fortes maxime res formidoloſas poterimus ferre.

¶ Secundi capitis note. ¶ Exacta diſcuſſio: demonſtratio. vt ee que in arithmeticis/ et geometricis ſunt. 5
¶ Secundum cap. tribus concluſionibus et duabus ſuppoſitionibus partitum eſt.
Secundi capitis cõmentarius ad litteram. Prima concluſio. Expedit quo pacto ad parandas virtutes o- 4
perationes ſint agende: hoc in loco conſiderare. Nam preſens negocium nõ contemplationis gratia ſuſcipit:
vt pleraqꝫ alia ſolent. nõ enim vt ſciamus quid virtus ſit: ſed vt boni efficiamur in hoc opere ſtudere oportet.
alioquin huius operis nulla expectetur vtilitas. actus enim actores ſunt habituum (quemadmodũ dictũ eſt)
vt quales et ipſi ſunt: tales et habitus ipſi fiant. expedit igitur quo pacto ad virtutes parandas: operationes

5 ſint agēde hoc in loco cōſiderare. ¶ Due ſuppoſitiones. Prima. Omnibus cōmune eſt moralibus virtutibus:
ab operationibꝰ que ex recta ratione proficiſcūtur naſci. ſed quid recta ratio/ ⁊ quo modo ad omnes virtutes
ſe habeat: poſtea futurus eſt ſermo. ¶ Secunda. Uniuerſus de rebus agendis ſermo: figura quadā ⁊ non exa
cta diſcuſſione expetendus eſt. nec id preter rationē euenit. nam vt diximus ſermones ſecundū materiā ſub-
iectam ſunt exigendi. ⁊ in rebus agendis nichil firmum/ nichil ſtabile: vt neqꝫ in ſalubribus. ⁊ cum in illis ſer
mo vniuerſalis talis ſit: multo fortius parū ſolide certitudinis erit is ſermo/ qui de ſingularibus exiſtit quan
doquidem ſingularia neqꝫ ſub artem neqꝫ ſub preceptionē aliquam cadunt. ſed opus eſt eos qui agunt: ſemper
ea conſiderare que tempori ſunt accōmodanda. quemadmodū in medicina ⁊ gubernandi arte fit. ¶ Secūda
6 concluſio. Exceſſus ⁊ defectus: mores corrumpunt. quāuis enim ſuſcipiendus ſermo/ talis ſit qualē dixim⁹:
annitendum tamen eſt opem/ ſuppetiaſqꝫ ferre. et pro rebus obſcurioribus dinoſcendis: clarioribus vtendum
eſt indicijs. vt virtutes ipſas exceſſibus/ defectionibuſqꝫ aboleri: perinde ac viriū robur/ ac valitudinē vide-
mus. Nam laborū exuperatio defectioqꝫ: vires eneruāt ac corrūpunt. itidem potus ⁊ cibi aut exuperantes:
aut deficientes valitudinē tollunt. at moderati preſtant/ augent/ ⁊ cuſtodiunt. ſic igitur erit in fortitudine tē
perantia/ ac alijs virtutibus. qui enim cūcta fugit/ cunctaqꝫ reformidat nichil ſufferre valens: is timidus fit.
et cōtra qui nichil omnino timet ſed aduerſus ōnia ruit impauidus: temerarius eſt atqꝫ audax. ſimili quoqꝫ
modo qui omni voluptate potitur a nulla prorſus abſtinēs: is intēperatus eſt. et qui omnes horret atqꝫ refu-
git inſtar agreſtiū: inſenſibilis quidā eſt. corrumpitur itaqꝫ et fortitudo/ ⁊ tēperantia ab exceſſu/ defectuqꝫ:
et a mediocritate ſaluatur. et de ceteris virtutibus ſimile eſt. exceſſus igitur/ ⁊ defectus: virtutes morales
corrumpunt. et id non ſolū verum ſit: ſed moderati actus atqꝫ in mediocritate conſiſtentes/ eas ſaluant atqꝫ
7 cuſtodiunt. ¶ Tertia concluſio. Uirtutes morales nō modo ex ſimilibus moderatiſqꝫ operationibus gignū
tur ſuaqꝫ ſumunt incrementa ⁊ ſua delentur oppoſita: ſed genite conſimiles efficiunt operationes. Nam id
in ſimilibus ſed manifeſtioribus ita eſſe cōperitur. vt in viribus ipſis. fiunt enim vires tam copia cibi q̄ mul
torum laborū tolerantia. et cum quis hoc pacto robuſtus factus eſt: tum maxime multum cibum ſumere et
multos tolerare labores poteſt. ſic fit et in virtutibus ipſis. nā abſtinēdo a voluptatibus efficimur temperati:
facti autem vel maxime abſtinere poſſumus. ſic et in fortitudine. nā aſſuefaciēdo terribilia contemnere in-
concuſſeqꝫ aggredi/ et ſuſtinere: fortes euadimus. facti autem fortes: maxime terribilia poterimus perfer-
re. et in ceteris virtutibus ſimiliter. igitur non modo virtutes ex ſimilibus gignuntur/ ac in mediocritate cō-
ſtitutis operationibus/ incrementaqꝫ ſumunt: ſed genite. ſimiles efficiunt operationes/ ſed ⁊ longe prompti-
us ac perfectiores.

Cap. III.

8 AT qui ſignū habituū ſit oportet ea voluptas q̄ ipſis actionibꝰ aduenit: ⁊ iden
tidem dolor. Qui nāqꝫ a corporis abſtinet voluptatibus: ſi hoc ipſo gaudet/
temperans eſt. ſin moleſte fert: intēperans. Rurſus qui pericula ſubit ⁊ gau
det/ aut ſaltem nō dolet: fortis. qui vero dolet: timidus eſt. moralis namqꝫ
9 virtus circa voluptates doloreſqꝫ verſatur. ¶ Ob voluptatem enim res iprobas agi-
mus: ob dolorē vero res poſthabemus honeſtas. ¶ Quapropter homines ab ipſa ſta- Plato
ſtim adoleſcentia (vt inquit Plato) ita inſtitutos eſſe oportet: vt ijs gaudeant/ dole-
ātqꝫ/ quibus gaudere dolereqꝫ oportet. hec eſt enim educatio/ ac eruditio recta. ¶ Pre-
terea ſi virtutes ſunt circa actiones atqꝫ affectus/ omnē vero affectum/ ⁊ actionē om
nem/ voluptas ſequitur aut dolor: virtus ob idipſum etiā circa voluptates/ doloreſqꝫ
verſatur. ¶ Indicant id ita eſſe et pene: quippe cū per ipſos fiant dolores. ſunt enim
medicamenta quedā. medicamenta vero per contraria fiunt. ¶ Preterea ōnis habitꝰ
animi (vt ⁊ antea diximꝰ) ad ea ⁊ circa ea naturā habet: a quibus deterior/ melior qꝫ
efficitur. at ob voluptates doloreſve/ praui habitus fiunt: ex eo ſane quia perſequūtur
hoīes atqꝫ fugiunt aut quas/ ⁊ quos nō oportet/ aut cum non oportet/ aut quēadmo-
dum non oportet/ aut quot modis alijs a ratione/ talia definiuntur. ¶ Quapropter et
ſunt qui diffinientes virtutes: affectuum ipſas inquiunt eſſe vacuitates/ tranquilli-
tateſve quaſdam. ſed non recte/ quia ſimpliciter dicunt: ⁊ non addunt vt oportet/ ⁊
quando oportet/ ⁊ cetera que adduntur. virtus ergo talis ſupponitur circa volupta-
tes atqꝫ dolores: optimarū eſſe rerum actiua/ vicium autē contrarium. ¶ Fuerit autē
nobis de ipſis ⁊ ex his etiam manifeſtū. Nam cum tria ſint ob que quiſpiā expetit/
honeſtū/ vtile/ iucundū: ⁊ tria illis cōtraria ob que fugit/ turpe/ inutile/ atqꝫ moleſtū:
bonus quidem vir circa hec omnia recte agit. malus autē peccat: et maxime circa vo-
luptatem. ¶ Hec enim ⁊ cōmunis eſt animalibus: ⁊ omnia que in expetitionem ca-
dunt comitari videtur: quippe cum ⁊ honeſtū/ et vtile videatur eſſe iucundū. ¶ Pre-
terea cunctis vna cum hominibus ab ipſis incunabulis eſt enutrita. quapropter ar-
duum eſt hunc affectum inſitū vite extrudere. ¶ Iudicamus etiā ⁊ actiones ipſas alij
magis alij minus: voluptate atqꝫ dolore. idcirco totū ipſum negociū circa hec eſſe ne-
ceſſe eſt. non enim parū poteſt ad actus/ bene aut male/ gaudere aut dolere. ¶ Diffici Heraclitus
lius eſt etiam (vt Heraclito placet) voluptati repugnare q̄ ire. at circa difficilius ſem
per ⁊ ars fit ⁊ virtus. id enim quod in hoc efficitur bene: preſtabilius eſt. quare ꝓpter

hoc etiam circa voluptates/doloreſqꝫ totum negocium eſt/⁊ ipſius virtutis ⁊ ciuilis
etiam facultatis:qui nanqꝫ bene his vtitur:bonus erit.qui vero male:malus. ¶Di-
ctum ſit igitur virtutē circa voluptates/doloreſqꝫ verſari:⁊ ex quibus fit/ab ijs ipſis
augeri/⁊ cū non eodē modo fiunt corrūpi/⁊ circa illa etiam opari ex quibus eſt orta.

¶Tertij capitis note. ¶Uirtus moralis verſatur primo circa voluptates ⁊ dolores: vt circa ſigna per que 8
deprehenditur. ſecundo vt circa perturbationes: quas aut penit⁹ amputet aut moderetur. alioquin nos per-
Cato ſepe ad turpia raptant deuoluunt qꝫ precipites. Et Cato ſuos milites ita hortari ſolebat. ſi quid per laborē re
cte feceritis/labor cito recedit benefactū remanet. ſi quid autē per voluptatē nequiter feceritis: voluptas ci-
Crates to abibit nequiter autē factum perpetuo remanebit. Et vt Crates Thebanus dicere ſolebat: optima vite
precepta partim vtilitas partim voluptas partim praua conſuetudo eripit. Ai qui voluptates ſequūtur/blā
diciaſqꝫ viciorū virtute relicta: meminerint hanc vitam eſſe momētum. quod autē ſequitur eſſe: aut eternum
ad palmam/aut eternum ad tormentum. ⁊ cum ſatis in voluptatibus debacchati fuerint ꝗ(vt admonet Ho
Horatius ratius)
Numa Ire tamen reſtat Numa quo deuenit ⁊ Ancus
Ancus Si latus aut renes morbo tentantur acuto.
Sed aude eius conſilium.
Quere fugam morbi: vis recte viuere: quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare. fortis omiſſis
Hoc age delicijs. ¶Affectus: ſunt timor/fiducia voluptas/concupiſcentia/triſtitia cōmiſeratio/ cupidi- 9
tas/ira amor odium inuidia faſtidium ⁊ ſimilia. ¶Affectus perturbatio. ¶Actus/operatio. ¶Medici-
ne medicamenta. ¶Jucundum/delectabile. ¶Si voluptates aut dolores excreſcunt: iudicia humanarum
actionū peruertunt impediunt qꝫ ⁊ quanto magis tanto amplius id faciunt.
Tertium cap. vna concluſione ⁊ vno correlario partitum eſt.
Tertij capitis Cōmentarius ad litteram. ¶Concluſio. Uirtus moralis circa voluptates ac dolores verſa 8
tur. ¶Primo. quia voluptas et dolor ipſas habituū comitantur operationes. ⁊ quales ipſi ſint habitus: cer
tum prebent indicium. vt qui ex parto habitu a corporeis abſtineat illecebris ⁊ hoc ipſo ipſe gaudet: tempe-
rans eſt. ſin vero moleſte fert: intemperans. ſimiliter qui pericula ſubit ⁊ gaudet/aut ſaltem non dolet: fortis
eſt. qui vero dolet: timidus. Uirtus igitur moralis: circa voluptates ac dolores non ab re verſari putabitur.
¶Secundo. propter voluptatē plerūqꝫ res improbas facimus: ⁊ propter dolorem res omittimus honeſtas.
igitur virtus moralis cauta circa hec inuigilare debet atqꝫ verſari. ¶Correlarium. Quapropter nos ſtatim 9
ab adoleſcentia conuenit inſtitui (vt et inquit Plato) quibus gaudere/quibuſve dolere oportet. hec enim re-
cta educatio atqꝫ diſciplina. ¶Tertio. Uirtus moralis circa actus atqꝫ affectus verſatur. omnē autem actū
atqꝫ affectum voluptas comitatur/aut dolor. igitur ⁊ virtus moralis omnis: circa voluptatē verſabitur atqꝫ
dolorem. ¶Quarto. ob voluptates ſuſceptas pene nōnunqꝫ infliguntur: tanqꝫ dolores ſint quedam illarum
perturbationum medicine: medicine vero per contraria fiunt. igitur virtutis moralis que huiuſmodi penarū
moderatrix exiſtit: eſt voluptates atqꝫ dolores conſiderare. verſatur igitur virtus moralis circa voluptates
atqꝫ dolores. ¶Quinto. omnis habitus aut ad illa eſt ⁊ circa illa verſatur a quibus aut melior aut deterior
efficitur. ſed a voluptatibus ⁊ doloribus praui fiunt habitus: ſequendo aut fugiendo voluptates aut dolores
quos non oportet quando nō oportet/aut non quēadmodum oportet/vel aliquo alio modo qꝫ a recta ratione
perſcriptum ſit. verſatur igitur moralis virtus circa voluptates atqꝫ dolores. ¶Sexto. propter idipſum ꝙ ob
voluptates atqꝫ dolores: prauos habitus fieri videbant/diffiniuerunt virtutes morales eſſe huiuſmodi affe-
ctuum vacuitates/tranquillitateſqꝫ quaſdam. ſed id nō ſufficienter. nam non adiecerūt vt oportet ⁊ reliquas
particulas a prudentia determinatas. et ſupponitur virtus talis: vt ſit quod oportet quando oportet ⁊ hoc
pacto de reliquis circa voluptates ac dolores optimarū rerū. vicium autem contra. verſatur igitur virtus cir
ca voluptates ac dolores. ¶Septimo. tria ſunt ob que quicqꝫ expetimus: honeſtū/vtile atqꝫ iucundū. et tria
ob que quicqꝫ fugim⁹: turpe inutile atqꝫ moleſtū. et vir bonus circa hec oīa recte agit/⁊ malus oberrat/ et
precipue circa iucundum ipſum ipſamqꝫ voluptatem. verſatur igitur virtus circa voluptates atqꝫ dolores.
¶Octauo. Omnibus animalibus cōmunis eſt voluptas: et omnia que expetuntur comitatur. nam ⁊ hone-
ſta iucunda eſſe videntur. verſatur igitur virtus circa voluptates ⁊ dolores. ¶Nono. cunctis hominibus ab
ipſa puericia ipſiſqꝫ cunabulis: vna enutrita eſt ipſa voluptas. eſt igitur arduū hanc affectionem vite noſtre
penitus inſitam quando oportet extrudere. tanto magis igitur virtus ipſa circa eā ſedula verſari debet atqꝫ
circa dolorem ſuum quidem oppoſitum. ¶Decimo. iudicamus actiones ipſas alij magis alij minus ob vo-
luptatem atqꝫ dolorem. negocium igitur hoc totum: circa voluptates ac dolores non immerito intentum eſſe
debet/⁊ ipſa virtus circa ea verſari. non enim bene aut male gaudere ad operationes ipſas paruū affert mo
Heraclitus mentum. ¶Undecimo. difficilius eſt (vt Heraclito placet) voluptati repugnare qꝫ ire. circa autē difficilius
ſemper ars virtuſqꝫ conſiſtit. et ſi quod eſt circa difficilius bene operamur: preſtantius eſt. nō ergo immerito
totum hoc negocium et virtus ipſa moralis immo ⁊ tota ciuilis facultas: circa voluptates doloreſqꝫ inuigi
lat/verſaturqꝫ. ⁊ reuera qui bene his vtitur bonus erit: ⁊ qui male malus. Sed dictum iam ſit ſufficienter ex
quibus ſit virtus: ab illis eiſdem ſaluari atqꝫ augeri/ex diſſimilibus corrumpi/et ſimilia ijs/operari ex quib⁹
genita eſt/atqꝫ eam ipſam circa voluptates doloreſqꝫ verſari.

Cap.IIII.

D Ubitauerit autem quiſpiā: quonam modo dicimus iuſta agentes iuſtos: et 10
temperata tēperatos fieri oporteret? Nam ſi iuſta/tēperataqꝫ agunt: iam iu-
ſti ſunt et temperati/perinde atqꝫ ſi grammatica/muſica ve faciunt: grāma
tici ſunt atqꝫ muſici. an nec in artibus res ita ſe habet? ¶Fieri nanqꝫ poteſt
vt grammaticū aliquid quiſpiam faciat: et fortuna et alio admonente. at tunc erit grā
maticus: cum et grammaticum quippiā/ et grāmatice faciet/id eſt ſcđm eam (que eſt

in ipſo) grammaticā artem. ℂ Preterea nec ſimile in artibus/et in virtutibus eſt. nā ea que ab artibus fiunt: bonū ipſum in ſeipſis habent. ſufficit igitur: ſi ipſa aliquo modo ſeſe habentia fiant. at ea que a virtutibus fiunt/ nō iuſte aut temperate aguntur/ ſi ſint iuſta aut temperata: ſed ſi ⁊ agens ſic ſe habens agat/ primo quidē ſi ſciens/ deinde ſi eligens ꝑpter ipſa/ tertio ſi firmo animo ac immutabili agat. Hec autē ad habitus quidem ceteros habendos nō requiruntur preter ipſum ſcire. ad virtutes autem/ ſcire quidem parum aut nichil poteſt: cetera vero nō parū/ ſed totum poſſunt. Que quidē et ex eo quia perſepe res iuſte temperateqꝫ aguntur proueniunt. res igitur iuſte/ tēperateqꝫ dicuntur: cū ſunt tales quales vir iuſtus ageret aut temperatus. Juſtus autē ac temperatus eſt: nō is qui has agit/ ſed qui ſic etiam agit vt iuſti tēperatiqꝫ agunt. recte igitur dicitur iuſtū fieri agentem iuſta: ⁊ temperatū etiam temperata. qui vero hec non agit/ nunꝗ̄ euaſurus eſt bonus. Uerū pleriqꝫ hec quidem non agunt. Ad ſermones autē confugientes ſeſe philoſophari putant ⁊ ſtudioſos hoc fore modo. atqꝫ perinde vt egroti faciunt: qui medicos quidē diligenter audiunt/ nichil autem eorū agūt que precipiuntur ab illis. vt igitur illis corpus non bene ſeſe habebit ſi ita curantur: ſic nec his animus plane/ ſi ita philoſophantur.

10 ℂ Quarti capitis note. ℂ Nomen artis hic ad ſeruilem ⁊ ad liberalem extenditur. ℂ Scire cognoſcere. ℂ Sic agimus vt iuſti temperati et omnino vt ſtudioſi: cum ſcienter ex electione/ ⁊ certo conſtantiqꝫ propoſito agimus.

ℂ Quartum cap. continet vnam queſtionem ⁊ eius dilutionem.

10 Quarti capitis Commentarius ad litteram. ℂ Queſtio. Quomodo dicimus iuſta operando iuſtos fieri oportere/ et temperata temperatos? cum ſi iuſta ⁊ temperata agunt: iam iuſtos et temperatos eſſe oporteat. quemadmodū qui grammatica/ et muſica faciunt/ iam grāmatici/ aut muſici ſunt. an hoc ⁊ in artibus non ſimiliter ſeſe habet? ℂ Reſponſio. Simile eſt in hoc: ⁊ in artibus ipſiſqꝫ virtutibus. neqꝫ id plane verum eſt ſi quis grammaticū aliquid aut muſicum agit: vt ipſe iccirco grāmaticus ſit aut muſicus. nam plane fieri poteſt vt grammaticū quid agatur fortuito/ aut altero premonſtrante: eo videlicet qui agit penitus rudi atqꝫ ignaro. ſed tum putandus eſt grammaticus cū grammaticum quicꝗ̄ ⁊ grāmatice faciet: hoc eſt ſecundū eum ipſum habitum/ artēqꝫ grammaticā que in ipſo eſt. Item neqꝫ ſimile eſſe oportet in artibus ipſiſqꝫ virtutibꝰ. nam ea que ab artibus fiunt: bonum ipſum in ſeipſis habent. quare et bene fieri nichil prohibet ſi ſic ſe habētia fiant. in virtutibus autē non iuſte aut temperate fiunt iccirco: ſi iuſta fiunt aut temperata. ſed vt bene fiāt/ vt iuſte aut temperate: primo/ ipſe agens ſcienter agere debet. ſecundo/ ex electione: ea ſcilicet propter ſe et boni gratia eligens. tertio/ certo conſtantiqꝫ propoſito. ſed hec ad ceteras artes non requiruntur preter ipſū ſcire. ad virtutes autē ſcire quidem requiritur: ſed parū vel nichil poteſt cetera vero non parum ſed totum poſſe videntur. que quidem virtutes q̄ frequenter hoc pacto res iuſte atqꝫ temperate fiūt: tandem prouenīūt. Juſta ergo et temperata dicūtur quando ſunt talia qualia iuſtus ⁊ temperatus operaretur. ſed iuſtus aut temperatus non omnis eſt qui hec agit: ſed qui ea agit vt iuſti temperatiqꝫ agunt. Nō igitur perperam aſſertū eſt: agendo iuſta quēpiam iuſtum fieri/ et temperata temperatum. et qui hec non aget: nulla illi vt bonus euadat/ omnino cura eſt. et reuera multi ſunt qui hec non agunt: ſed ad ſermones confugiunt ſeſe putantes philoſophari ſufficienter/ et hoc pacto fore ſtudioſos. atqꝫ rem egrotis perſimilem faciunt: qui medicos quidē audiunt diligenter/ faciunt autem nichil eorum que precipiuntur. vt his igitur corpus non recte valebit qui ita curari petunt: ita quoqꝫ neqꝫ illorum animus qui ita philoſophantur.

11 Oſt hec aūt quidnā ſit ipſa virtus cōſideremus opꝫ. Cū igr̄ tria ſint que fiūt in aīa/ affectus/ potētie/ habitus: horū aliquid ipſā virtutē eſſe neceſſe eſt. atqꝫ affectꝰ quidē voco: cupiditatē/ irā/ metū/ fiduciā/ inuidiā/ gaudiū/ amicitiā/ odiū/ deſideriū/ emulationē/ miſericordiā/ ⁊ ea oīno que voluptas ſequitur aut dolor. potētias autē eas quibus ad hos affectus ſuſcipiendos idonei dicimur eſſe. vt quibus dolere poſſumus/ vel iraſci vel miſereri. at habitus eos: quibus bene vel male nos ad effectus ipſos habemus. vt ad iraſcendū ſi vehementer aut remiſſe ſimus diſpoſiti: male habemus. ſi mediocriter: bene/ ⁊ ad ceteros affectꝰ ſimili modo. Cap. V.

12 li modo. ℂ Uirtutes igitur viciaqꝫ nō ſunt affectus. Nā affectibus quidē ſtudioſi vel vicioſi non dicimur. virtutibus aūt ⁊ vicijs dicimur. Et ob affectus neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. non enim qui metuit aut iraſcitur laudatur. neqꝫ qui ſimpliciter/ ſed qui modo quodā iraſcitur: vituperatur. at ob virtutes viciaqꝫ laudamur atqꝫ vituperamur. ℂ Preterea iraſcimur quidē ⁊ timemꝰ ſine electione. virtutes aūt electiōes ſunt quedā: aut nō ſunt ſine electione. ℂ Inſup affectibus quidē moueri dicimur: vir-

13 tutibus aūt aut vicijs non moueri ſed aliquo modo diſponi. ℂ Propter hec eadē neqꝫ potentie ſunt. Nā neqꝫ boni vel mali dicimur/ neqꝫ laudamur aut vituperamur: quia poſſumus iraſci/ vel timere ſimpliciter. ℂ Et inſuper potētes quidē ſumus natura: bo-

14 ni vo nō efficimur aut mali natura/ quēadmodū antea diximꝰ. ℂ Q̄ ſi virtutes neqꝫ affectꝰ ſūt neqꝫ potētie: reſtat ipſas habitus eſſe. q̄d igr̄ ſit ipſa virtꝰ: genere diximus. Numero huius

¶ Quinti capitis note. ¶ Virtus: virtus moralis. ¶ Affectus/appetitus. ¶ Potentia: potentia naturalis. 11
¶ Sub habitu: diſpoſitionē comprehendimus. Neqꝫ hic vult omnia enumerare Ariſtoteles que ſunt in ani-
ma (nam nō ſolum hec tria: affectus/ potentia: et habitus circa animā ſiunt/ ſed et hec diſpoſitiones operati-
ones/ et naturales impotentie/ verū ea duntaxat enumerat quorum aliquod maxime videtur eſſe virtus. non
enim videtur virtus diſpoſitio/ aut operatio aut naturalis imperfectio/ impotentiave nature. ¶ Mediocri-
ter neqꝫ amplius ꝗ̄ decet neqꝫ minus. ¶ Quodam modo/ certo modo: ex praua conſuetudine atqꝫ habitu.
¶ Ab ijs que natura aſſunt nullus debet aut laudari aut vituperari. Nam qui ob talia vituperaret: aut na- 12
turam/ aut nature opificē in ſuo opere vituperaret. Nefas autem naturam (que ſemper ad optima contendit/
perficitqꝫ ꝗ̄optime poteſt nō impedita) vituperare. et tāto magis nefas eſt optimū nature parentem accuſare/
et piaculum nullo ſatis vnꝗ̄ digno ſupplicio piandum.
¶ Quintum cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.
Quinti capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Expedit quid virtus ſit inquirere. Nam 11
cum tria ſint que circa animā contingunt: ſcilicet affectus/ potentie habitus: virtutē horū aliquod eſſe opor-
tet. expedit igitur quid id ſit inquirere. et affectus hic dicimus: appetitus quoſdam vt ſunt cupiditas ira/ me-
tus/ fiducia/ letitia/ amor/ odiū deſiderium/ emulatio/ miſericordia/ et vniuerſaliter appetitus quos volu-
ptas ſequitur atqꝫ dolor. Potentie: ſunt inſite vires vt quibus ad predicta ſuſcipienda ſumus idonei. vt poten
tia qua valemus dolere/ iraſci aut miſereri: et nō modo ad dicta ſuſcipiēda/ ſed et conſimili modo ad habitus
ipſos nobis comparandos. habitus autem ſunt acquiſite qualitates vt quibus ad ipſos affectus/ bene vel ma-
le nos ipſos habemus. vt ſi nos comparauerimus ad vehementer et ad pluſꝗ̄ oportet iraſcendū/ aut re-
miſſe/ minuſqꝫ ꝗ̄ oporteat: habitum habemus ad male iraſcēdū. ſi autē nos ad mediocriter iraſcendum com
parauerimus: habitum tum habemus ad bene iraſcendū. et circa reliquos affectus conſimiliter eſſet dicēdū.
¶ Secūda cōcluſio. Neqꝫ virtutes neqꝫ vicia ſunt affectus. ¶ Primo. nā affectibus neqꝫ ſtudioſi neqꝫ vici 12
oſi dicimur. at virtutibus et vicijs ſtudioſi vicioſiqꝫ dicimur. nō ſunt igitur virtutes et vicia affectus. ¶ Se
cundo. ob affectus neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. non enim qui metuit iraſciturve laudandus eſt: neqꝫ vi
tuperatur qui ſimpliciter iraſcitur/ ſed qui certo modo. at ob virtutes atqꝫ vicia et laudamur et vituperamur
non ſunt igitur virtutes et vicia: affectus. ¶ Tertio. iraſcimur/ timemus: ſicqꝫ in reliquis affectibus ſine ele-
ctione. at virtutes ipſe: electiones quedam ſunt aut non ſine electione et ita de vicijs. igitur virtutes et vi-
cia affectus minime ſunt. ¶ Quarto. affectibus mouemur. et virtutibus et vicijs non mouemur/ verū aliquo
modo diſpoſiti ſumus. nō erunt igitur virtutes et vicia: affectus. ¶ Tertia concluſio. Virtutes et vicia idēti- 13
dem potentie non ſunt. Aliquibus eiſdem cū ſuperioribus patet rationibus. Primo quidē virtutes et vicia po
tentie non erunt. nam a potentijs: neqꝫ boni neqꝫ mali dicimur. id autem a virtutibus et vicijs nobiſipſis con
tingit. Secundo. ob potentias neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. nullus enim quia poſſumus ſimpliciter ira-
ſci vel timere: nos vituperabit. ſed vt dictum eſt ob virtutes et vicia laudamur aut vituperamur. Tertiū
liceret addere: ꝙ potentie ſine electione ſunt. Quarto. potentie nobis natura aſſunt: non autem virtutes et
vicia. non enim boni aut mali natura efficimur/ ſed aſſuetudine atqꝫ vſu quēadmodum iā dictū eſt. ¶ Quar- 14
ta concluſio. Virtutes et vicia ſunt habitus. nam neqꝫ affectus ſunt neqꝫ potentie vt iam quoqꝫ monſtratum
eſt. relinquuntur igitur eſſe habitus. et de virtute genere tantum dictum ſatis ſit.

Oportet aūt nō ſolū ita dicere vtutē habitū eſſe: ſed etiā qualiſnam Cap. VI. 15
habitus ſit. Dicendū eſt igitur omnē virtutem: et id ipſum cuius eſt virtus
bene ſeſe habere facere et opus ipſi9 reddere bene. Oculi nāqꝫ virtus: et ocu
lum/ et opus ipſius ſtudioſum facit/ quippe cum videamus virtute oculi be-
ne. virtus itidem equi: ſtudioſum efficit equū/ et bonum ad currendū/ portādūqꝫ equi-
tem/ et expectandum etiam hoſtē. ꝙ ſi idipſum ita ſeſe habet in vniuerſis: et virtus ip
ſius etiam hominis habitus is erit/ a quo bonus efficitur homo/ et quo bene ſuū opus
Numero 7 huius ipſe reddet/ efficietqꝫ. Quo modo autem id erit: et antea quidem diximus. et nunc eti-
am magis patebit: ſi contemplabimur qualiſnam ſit ipſius virtutis natura. ¶ In om 16
ni itaqꝫ re continua diuiſibiliqꝫ: aliud plus/ aliud minus/ aliud equale. ¶ Vel ex pte 17
ipſius rei: vel reſpectu noſtri accipi poteſt. Equale autem: mediū eſt quoddā inter exu
peratione atqꝫ defectū. Atqꝫ rei quidē ipſius medium id eſſe dico: quod eque ab extre
morum vtroqꝫ diſtat. idqꝫ eſt apud omnes vnū et idem. Reſpectu autem noſtri: quod
neqꝫ exuperat neqꝫ deficit. idqꝫ non eſt apud omnes vnum et idem. vt ſi decem ſint
multa/ et duo pauca: ſex ipſius rei media capiuntur. eque nāqꝫ excedunt et excedūtur.
atqꝫ hoc in arithmetica comparatione rationū medium eſſe conſtat. at id quod eſt no-
ſtra ex parte medium/ non eodē ſumendū eſt modo. Non enim ſi cui decem quidē mi
nas comedere nimium eſt/ duas autē parum: ſex et minas ludi magiſter precipiet. eſt
enim et hoc fortaſſe multum ei qui accepturus eſt aut parum. Miloni nāqꝫ parum. in-
cipienti vero ſeſe exercere: nimium eſt. Simili modo res ſeſe habet in curſu/ ac in pale-
ſtra. hoc igitur modo quiuis artifex exuperationē quidem fugit atqꝫ defectum. mediū
autem querit et expetit/ non quidē rei/ ſed quod ad nos medium dicitur. ¶ Et ſi om- 18
nis ſcientia ſuum hoc modo bene conficit opus/ ad mediū ipſum reſpiciens/ et in hoc
ſua redigens opera/ vnde et dici ſolet in ijs que bene ſeſe habent operibus/ nec au-
ferri quicꝗ̄ nec addi poſſe/ propterea ꝙ exuperatio quidem et defectio bonum ipſum
corrumpunt/ mediocritas vero conſeruat/ atqꝫ boni artifices ad hoc reſpicientes (vt

diximus) operant̄: virt⁹ aūt oī arte exactior eſt ⁊ preſtantior/quemadmodum ⁊ natu-
ra: ipſa profecto virtus medij ipſius eſt coniectatrix. Loquor autem de morum virtu-
te. hec eniꝫ circa affectus/actuſq; verſatur: in quibus eſt exuperatio/ ⁊ defectus/ ⁊ me
dium. fit enim vt magis et minus quiſpiam ⁊ metuat ⁊ confidat: et cupiat ⁊ abhorre
at/ ⁊ iraſcatur ⁊ miſereatur/ ⁊ omnino delectetur ac doleat/ ⁊ vtroq; modo non bene.
⁊ etiam quando oportet/ ⁊ pro quibus/ ⁊ ad quos/cuius gratia/ ⁊ vt oportet. hoc autē
medium eſt ⁊ optimum quod eſt ipſius virtutis. ſimiliter circa actus exuperatio eſt et
defectus/ ⁊ medium. virtus autem circa affectus/actuſq; verſatur/in quibus exupera
tio quidem peccatum eſt: ⁊ defectus vituperatur/ medium autem laudatur ⁊ recte cō
ficitur/quorū vtrūq; virtutis ipſius eſt. virtus igitur mediocritas eſt quedam: cum ſit
19 ipſius medij coniectatrix. ¶ Preterea peccare quidē multis modis cōtingit. Malum
eni eſt infiniti (vt Pythagorici putāt) bonū vero finiti. at recte agere/ vnice. quapropt̄
⁊ alterū facile/alterū difficile eſt. ¶ Facile qͥdē nō attigere ſignū: difficile aūt illd at-
tigere. Et ob hoc igit̄ exupatio qͥdē atq; defectio vicij eſt: mediocritas vero virtutis.
Uno namq; modo bonus eſt: multiſq; nefandus.
20 ¶ Eſt igitur virtus habitus electiu⁹: in mediocritate cōſiſtēs/ea q̄ eſt ad nos definita
ratione: ⁊ vt definierit ipſe prudēs. Mediocritas aūt duorū eſt viciorū: vnius p exu-
perationem/alterius p defectū. ⁊ ex eo etiā: quia illa quideꝫ parti deficiūt: parti exupe
rant id quod oportet/ ⁊ in affectibus/ ⁊ in actibus. virtus autē mediū ipm ⁊ inuenit et
expetit. Quapropt̄ ipſa virtus/ſubſtātia quidē ⁊ ratione quid eſt dicēte: mediocritas
21 eſt. at optimi reſpectu ⁊ bene ſeſe hn̄tis extremitas. ¶ Non aūt oīs actus nec oīs affe-
ctus ſuſcipit mediocritatē. Sūt eni affectus nōnulli: qui cōtinuo noīe ſuo ſūt cū pra-
uitate connexi. vt maliuolentia/impudentia/ inuidentia: ⁊ actus identidē. vt adulte-
riū/furtū/homicidiū. hec eni vniuerſa/ ⁊ talia ita dicunt̄: quia ipſa ſunt praua /ſed nō
exuperationes ipſorū atq; defectiones. circa igitur talia: nullū eſt tempus recte agen
di/ſed ſemper delinquitur. neq; fit vt quiſꝙ bene vel male taliū quicꝙ agat: qui cum
opꝫ/ ⁊ qn̄/ ⁊ vt oportet adulteriū committ[illegible]. ſed ſimpliciter quicquid iſtorū efficiat̄
delinquitur. Simile igitur eſt ⁊ circa iniuſtitiam/timiditatem/ ⁊ luxuriā: mediocri-
tatem ac exuperationem et defectionem eſſe cenſere. hoc enim pacto: exuperationis ⁊
defectionis erit vtiq; mediocritas: ⁊ exupatiōis exuperatio/ ⁊ defectionis item defe-
ctio. ſed vt tēperantie/fortitudiniſve non eſt exuperatio atq; defectio: quia mediuꝫ ip-
ſum eſt modo quodā extremum: ſic nec illoruꝫ eſt mediocritas nec exuperatio et defe-
ctio. ſed vtcumq; agantur ſemper delinqͥtur. oīno nāq; nec exuperationis et defectio
nis eſt mediocritas: nec mediocritatis exuperatio ⁊ defectio.

15 ¶ Sexti capitis note. ¶ Qui opus ſuum bene reddit: is ⁊ opus bonū ⁊ ex bono habitu depromit / efficitq;.
17 ¶ Mediū rei: mediū arithmeticū. eſtq; quod ad extrema/ equalia ſortitur interualla. extrema ſunt maius ⁊
minus. vt ſenarij ⁊ binarij: medium rei/ quattuor. ⁊ denarij atq; binarij: ſex. nam mediorum ad extrema diffe
rentie exceſſus interuallaq; ſunt equalia. ⁊ hec ex ſubiecta deſcriptione cognoſcuntur.

		inter valla		inter valla		inter valla		inter valla
Extremum maius	6		10		16		18	
		2		4		6		6
Medium rei	4		6		10		12	
		2		4		6		6
Extremum minus	2		2		4		6	

¶ Id neq; exuperat/neq; deficit: quod omnea prudentie circumſtantias obſeruat. ¶ Mna grecū eſt/pro quo
latini Mina dicūt: ⁊ eſt libra. ¶ Milo Crotoniates pugil fortiſſimus fuit qui ictu manus taurū ſternebat et Milo
humeris impoſitum per ſtadium retento ſpiritu portabat/quē ⁊ totū vno die cōſumebat: qui tandem male vi
ribus vſus p ſyluā trāſiēs acceptos magne arboris bifide ramos vi brachiorū diſiunxit. qui vbi ſubito ſe reiū
xere clauſus in fiſſura Milo/ longa inedia ⁊ fame confectus: tandem ſyluestribus feris pabuluꝫ prebuit.
¶ Palestra luctatio: qua pugiles ⁊ certare et ſe exercitare ſolebant. ¶ Scientie nomen ad artem extendi-
20 tur. ¶ Uno modo tenendo mediū. ¶ Ubiq; virtus moralis duoruꝫ vicioruꝫ eſt medietas niſi in iuſtitia que
medietas eſt inter exceſſum ⁊ defectum: plus ſcilicet ⁊ min⁹ quorū nō ſemper opꝫ vtrumq; eſſe vicium vt ex
quinto huius cognoſcetur. ¶ Subſtātia ⁊ rōne quid eſt dicēte: ſubiecto/ req; ipſa. ¶ Circūſtantie prudentie
21 nullum locum in maliuolentia impudentia/ inuidia/ adulterio furto / homicidio et ſimilibus habent: vt neq;
in temeritate/intemperantia auaricia prodigalitate ⁊ ſimilib⁹ malicijs. ⁊ vt hec nominata/ viciū ſtatim im-
portant: ita quoq; ⁊ illa ſibi annexam prauitatem. ¶ Et cū totus hic ſecūdus de morali virtute diſſerat que
officiorū actiue/adminiſtratiueq; felicitatis parēs eſt: hoc i capite primū eā diffinit quā tātopere omnis phi
loſophorum ſchola commendat. tanꝙ ſemitam in medio collocatam: que ducit ad vitam. ⁊ eius extrema vno

ore damnant: tanq̄ viam illam ampliſſimam/ latiſſimumq; deuium: quod ducit ad perditionem. Et proinde
ex eorum teſtimonijs hic nonnichil adducere conſentaneum videtur: quo ad virtutis ſtudium (vt ad omnium
Demetrius. optimum) amplius inflammentur animi. ¶ Demetrius Phalereus Ptolomeum Egypti regem ammonere
Ptolomeus ſolebat: vt nunq̄ libros in quibus probi continentur mores et beate vite exempla e manibus dimitteret. nec
iniuria. nam vt oculo ſano nichil ſole delectabilius: ita animo qui non egrotat/ in agendis rebus nihil virtu
te virtutiſq; officio amenius. ¶ Et Pythagoras adoleſcentiam arbori comparabat que duera vno robo
Pythagoras re in duos ramos ſcinditur: in quorum altero virtus/ in altero vero voluptas oſtenditur. Virtus enim ex igni
culis animi nobis a natura inſitis pullulat. voluptas autem ex appetituum illecebris. et reuera illi duo Py
thagorici rami apud Ariſtotelem ſunt appetitus ſenſualis atq; brutus/ et ratio rationaliſq; voluntas. Sequen
Ariſtoteles da eſt ergo ratio: et bruta deſerenda voluptas ſi virtutem vite dominam et ſemper virentis animi ramum no
bis aſciſcere cupimus. ¶ Prodigus ſophiſta ſcribit duas deas olim in ſomnijs Herculi apparuiſſe: quarum
Pródigus vni nomē virtus alteri vero voluptas fuerat. hec ſolatia i hac vita promittebat/ ſed que in fine perpetuus lu
Hercules ctus occupet: illa vero duros in ha: momentanea vita labores quos perpetua terminent gaudia. Ergo vel
eligite cum voluptate in momento delicias: et perpetuum in futuro luctum/ vel cum virtute vno momento do
lores/ ſempiternaq; gaudia. ¶ Probantur ſummopere Lacones ꝙ tantiſper ruri liberos oblegabant: dum
Lacones optimis ſub morum preceptoribus eruditi pariter corpore pariterq; animo exercitati valerent/ et ciuitati
decori eſſe poſſent. pulcherrima enim omnium ciuitati ducebant ſuorum liberorum virtutum ornamenta.
Licurgus ¶ Et Licurgus in hoc non parum commendatur ꝙ legem tulerit que pueros in agro deduci iuberet: vt foro
et vrbanis delicijs carerent. et ne illa prima pubertas luxuria aut nequitijs deflueret. in opera et labore exerce
ri volebat et ſomni gratia nichil illis ſubſternere quo duriores fierent. nec libebat prius in vrbem redire q̄ vi
ri facti vrbi decus afferrent. neq; poteſt quoq̄ in loco is non afferre decus: qui virtutem ſibi pararit comitem.
¶ Et de virtute audite Horatium.
Vilius argentum eſt auro: virtutibus aurum.
Horatius Audite Iuuenalem.
Iuuenalis Tota licet veteres exornent vndiq; cere
Atria: nobilitas eſt ſola atq; vnica virtus.
Audite Heſiodum
Heſiodus Heſ facile innumeras viciorum amplectimur artes.
Haud procul illa habitant. breuis eſt via qua ſit eundum
Eſt via virtutis: contraria ſudor anhelus
Hanc ſequitur que ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longum prorumpit iter. riget aſpera primo.
Ingreſſus leuis eſt poſtq̄ alta cacumina tanges.
¶ Et Socrates clamabat ridiculum eſſe nos mancipium (vbi non habemus diligenter inquirere) virtutem
Socrates autem n gligere/ et paſſim permittere perire. Ergo ne viuite ridiculi: cibum/ potum/ calceos et reliqua mini
ts corpori neceſſaria vt pueri diligenter perquirentes: et negligentes virtutem et officia magna vite bona et
ſummopere anime neceſſaria.
¶ Sextum cap. quattuor concluſionibus/ duabus diuiſionibus et vna diffinitione partitum eſt.
Sexti capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Hominis virtus: eſt habitus qui homi 15
nem bonum efficit/ eiuſq; opus bn̄ reddit. non enim ſatis erat cognoſcere ꝙ virtus habitus ſit/ ſed qualis ſit
etiam cognoſcere oportet. ꝙ autem talis ſit habitus: patet. nam omnem virtutem talem eſſe videmus/ et cu
iuſlibet naturam eſſe: facere idipſum cuius eſt virtus/ bene ſeſe habere. et ipſaȝ idipſum efficere: eſt bene op⁹
ſuum reddere. vt virtus oculi ipſum oculum perficit/ facitq; oculuȝ bene ſeſe habere. facit et preterea vt ocu
lus bene opus ſuum efficiat: virtute enim oculi bene videmus. ſimiliter virtus equi ipſum equum bene ſeſe
habentem efficit/ et vt opus ſuum bene efficiat: vt bene currat/ bene equitem vehat/ expectetq; impauide ho
ſtem/ et in ceteris ſimiliter comperitur. non immerito igitur hominis virtus: is erit habitus a quo bonus ho
mo efficitur et quo ſuum opus bene reddit efficitq; bene. et quo pacto is habitus acquiretur: quodam modo
ſuperius dictum eſt. ſed id ex contemplatione nature virtutis licebit amplius cognoſcere. ¶ Prima diui 16
ſio. In continuo et cuius natura diuiſibilis intelligitur: plus/ minus et equale reperitur. ¶ Secunda diuiſio. 17
Equale biſariam dicitur. vno modo reſpectu rei/ altero modo reſpectu noſtri. Equale eſt mediuȝ: inter exu
perationem atq; defectum. Equale rei eſt medium quod ab vtroq; extremo eque diſtat. et apud omnes vnuȝ
et idem eſt. Equale vero reſpectu noſtri/ noſtraq; ex parte: eſt medium quod neq; exuperat neq; deficit. et id
apud omnes non vnum et idem eſt. vt datis extremis decem quideȝ extremo maiore et duobus extremo mi
nore ſex equale medium eſt rei: nam equaliter diſtat ab extremis. ſex enim equaliter exceduntur a decem
atq; excedunt duo. nam vtrolibet quaternario. et id etiam medium rei alias appellatur medium comparatio
nis rationum arithmetice. ſed hoc pacto non capitur equale mediumq; ad nos: vt et in ſe ad ludorum certa
mina diſponentibus conſtat. nam non oportet cui decem minas comedere nimium eſt et duas parum: vt ſex
minas ludi magiſter protinus capere precipiat. nam id accepturo aut plus aut minus q̄ oportet eſſe poteſt.
vt Miloni parum forte eſſet: et rudi adhuc tyroni ſeq; primum exercere incipienti multum. et eodem modo
in curſu et in paleſtra et omni arte eſt. et omnis artifex exuperationem fugit atq; defectum: et medium que
rit non quidem rei ſed quod medium ad nos dicitur. ¶ Secunda concluſio. Virtus ipſum ad nos mediū deſi 18
derat: et eſt ipſius coniectatrix. Nam omnis ars bene ſuum perficit opus ad medium proſpiciens/ ſuaq; ad ip
ſum redigens opera. et hinc dici ſolet in operibus que bene ſeſe habent: neq; auferri neq; addi quicq̄ poſſe/ ꝙ
exuperatio et defectio bonum ipſum corrumpant/ mediocritas autem ſaluet. Et boni artifices id medium
(vt ſupra intendebatur) reſpicientes operantur. at virtus omni arte exactior preſtantiorq; eſt: quemadmo
dū et natura preſtat arte. tāto mag is igit̄ virt⁹ mediū ipſum deſiderat eritq; ei⁹ coniectatrix. et de morali virtu
te q̄ dicta ſūt itelligūt̄: q̄ circa affect⁹/ operatiōeſq; v̄ſat̄ i qb⁹ exuperatio defect⁹, et mediū reperiūt̄. vt cū qs
metuit/ ꝯfidit/ ꝯcupiſcit/ ꝯtēnit, iraſcit̄/ miſereſcit/ et oīno cū qs delectat̄ aut dolet: ꝯtigit hoꝝ vnūqdq; et āpli⁹ et

minꝰ fieri ꝙ opꝫ. ⁊ vtroqꝫ horum modorū male fiunt. ſimiliter ⁊ vnūquodqꝫ fieri quando oportet/ pro quibus
oportet gratia cuius oportet/ ⁊ omnino vt oportet. ⁊ hoc eſt ipſum aſſequi medium quod in virtute optimū.
et vt circa affectus declaratum eſt: ita ⁊ circa actus exuperatio defectus ⁊ medium reperiuntur: ⁊ virtus cir
ca affectus atqꝫ actus verſatur in quibus exceſſus vicioſus eſt ⁊ defectus vituperatur medium autem proba
tur/ efficiturqꝫ recte. ſed hec vtraqꝫ ⁊ probari ⁊ recte perfici virtutis ſunt. nimirū igitur ſi virtus mediocritas
19 quedam ponatur: cum ⁊ ipſius medij ſit cōiectatrix. ¶ Tertia concluſio. Virtutem aſſequi difficile eſt: facile
autem in vicia prolabi. ¶ Primo. nā multifariam nos delinquere contingit: vno autem modo bene agere.
eſt enim malum (vt Pythagorici volunt) infiniti bonum vero finiti. facile igitur in malum prolabimur rui=
muſqꝫ in vicia: in bonum vero difficile. ¶ Secundo. facile eſt non attingere ſignum: at illud attingere diffi=
cile eſt. ob id igitur ꝙ extrema exceſſus atqꝫ defectus vicij ſunt/ medium autem virtutis: non eſt difficile ſcel
ligere virtutem acquiri difficile eſſe/ at nos facile in vicia prolabi. fiunt enim boni ſemper vno modo: multi=
20 fariam autem mali. ¶ Diffinitio. Ex dictis: ferme moralis virtutis diffinitionem ponere valebimus hoc pa=
cto. Virtus moralis eſt habitus/ electiuus in mediocritate conſiſtens ea que ad nos eſt/ definita ratione et vt
definiret ipſe prudens ⁊ moralis virtus mediocritas eſt duorum viciorum vnius per exuperationem/ ⁊ alteriꝰ
per defectum. ⁊ omnino quia alia excedunt ⁊ alia deficiunt magis ꝙ oportꝫ ⁊ in affectibus ⁊ in actibus tſis/
⁊ virtus medium ipſum inuenit atqꝫ diligit: mediocritas dicitur. Quapropter ipſa virtus ſubſtantia (hoc eſt
ratione que res ipſa eſt dicente) mediocritas eſt. at ſi ſola bona reſpicimus ⁊ ea que bene ſeſe habent: virtus
21 extremum quoddam eſt. ¶ Quarta concluſio. Non omnis actus neqꝫ omnis affectus mediocritatē recipit.
Nam ſunt affectus quidam pariter ⁊ actus: qui continuo nominati connexam prauitatem declarant. in affe=
ctibus quidem vt maliuolentia/ impudentia/ inuidentia. in actibus vt adulterium/ furtum/ homicidium. hec
enim omnia ⁊ ſimilia ita dicuntur praua non ob id ipſum ꝙ ipſorum ſint exuperationes aut defectiones: neqꝫ
circa talia tempus vllum vnqꝫ eſt recte agendi/ ſed ſemper delinquitur. Nec quiſqꝫ circa talia bene aut nō be
ne operabitur vnqꝫ per hoc ꝙ ſeruet aut particulas omittat cum quo oportet quando oportet/ et vt oportet.
vt adulterium committendo. ſed ſimpliciter quicquid horum committatur: delinquitur. ⁊ hec circa iſta exi=
ſtimare ſimile eſt/ ac ſi quis circa iniuſtitiam/ timiditatem ⁊ intemperantiam: mediocritatē exuperationē
⁊ defectum exiſtimaret/ hoc pacto abſurde faciens exuperationis/ et defectionis quandam mediocritatem ⁊
exuperationis exuperationem/ ⁊ defectionis defectionem. ⁊ reuera ſicut fortitudinis ⁊ temperantie in eis ip
ſis non eſt exuperatio atqꝫ defectio/ quia media ſunt ⁊ medium eſt quodam modo (vt iam dictum eſt) extre=
mum: ſic nec illorum mediocritas/ exuperatio aut defectio eſt/ ſed quomodocunqꝫ agantur ſemper delinqui
tur. ⁊ omnino neqꝫ exuperatiōis neqꝫ defectionis: eſt mediocritas. neqꝫ mediocritatis exuperatio/ defectioqꝫ.
non igitur omnis actus/ omnis ve affectus mediocritatem recipit.

Cap. VII.

22 Et enī id ipſm nō ſolum vniuerſaliter dicere: ſed ad ipſa ſingula etiā accōmo
dare opꝫ. Sermonū enī eorū q̄ circa actus verſant̄ vniuerſales q̄dē magis cō
munes: particulares vero magis ſunt veri. actꝰ nāqꝫ circa ſingularia ſūt: q̄=
23 bus opꝫ ſermones cōſentaneos eſſe. ¶ Hec igit̄ ex deſcriptione ſumēda ſunt.
Circa timores itaqꝫ fiduciaſqꝫ/ mediocritas quidē eſt fortitudo. at exuperātiū is q̄dē
q̄ nō timēdo exuperat noīe caret. ſūt aūt cōplura q̄ nolbꝰ vacāt. is aūt q̄ confidēdo exu
perat: audax eſt. at is qui timendo quidē exuperat/ cōfidēdo aūt deficit: timidus. Cir=
ca voluptates atqꝫ dolores/ non omnes quidem ⁊ minus circa dolores: mediocritas
quidem eſt temperantia: exuperatio autē intēperātia. At deficientes circa voluptates
perpauci fiunt. quapropter nec his eſt poſitum nomen ſed inſenſati vocēt̄ur. Circa dā=
das capiendaſqꝫ pecunias: mediocritas q̄dē eſt liberalitas. Exuperatio aūt ⁊ defectio:
prodigalitas/ atqꝫ illiberalitas. quibus cōtrario modo exuperāt ⁊ deficiūt homines.
prodigus enī in erogando exuperat: in capiēdo deficit. at illiberalis atqꝫ auarꝰ in capi
endo exuperat: in erogādo deficit. Atqꝫ de hiſce nūc quidē figura loquimur ⁊ in ſum=
ma/ hoc ipſo contēti: poſtea vero exactius de ipſis determinabimꝰ. Sūt ⁊ alie circa pe
cunias diſpoſitiones. ⁊ mediocritas quidē eſt magnificētia. Differt enim hoc a libe=
rali magnificus: ꝙ hic circa magna/ ille circa parua verſat̄. exuperatio aūt ruditas cir
ca decorū/ atqꝫ ſordiditas. ⁊ defectꝰ circa decorū puſillitas. Atqꝫ hec differūt ab ijs q̄
circa liberalitatē diximus eſſe. ⁊ differētiā poſterius explicabimus. Circa honorem et
eius oppoſitū/ mediocritas q̄dē eſt magnanimitas: exuperatio vero lētitudo quedā/ ⁊
defectio puſillanimitas dicitur. Ut aūt ad magnificentiā ſeſe habere diximus libera=
litatē/ hoc differentē ab illa ꝙ circa parua verſatur: ſic ſeſe habet ⁊ ad magnanimitatē
(que quidē circa honorē magnū verſat̄) alia quedā diſpoſitio/ q̄ circa paruum verſat̄.
fit enim: vt appetatur honor vt oportet/ ⁊ magis ꝙ oportet/ ⁊ minus. atqꝫ is quidem
qui in honorū exuperat appetitione: ambitioſus vocatur. is autē qui deficit: appetitio
ne vacans honoris. ⁊ medius nomine caret. Diſpoſitiones etiā ipſe propter vnā noīe
carent. ambitioſi nāqꝫ ambitio vocitatur. Quocirca fit: vt extremi de medio loco de=
certent. nos quoqꝫ medium hunc: modo ambitioſū/ modo vacantē honoris appetitio=
ne vocamus. et nunc ipſum ambitioſum: nunc alterum laudamus. quam autem ob

Libro quarto causam id facimus: in ſequentibus explanabitur. Nunc de ceteris eundem ſeruantes
Nũero. 75. modum dicamus. Eſt igitur ꝛ circa iram mediocritas/ ꝛ exuperatio et defectio. atqꝫ
cum fere nominibus careant: medium manſuctum dicentes/ mediocritatem manſue
tudinem appellabimus. extremorum autem is quidem qui exuperat/ iracundus: ꝛ vi
cium/ iracundia vocitetur. is vero qui deficit/ ira vacans: ꝛ defectio/ ire vacuitas nun
cupetur. Sunt ꝛ alie tres mediocritates/ que tametſi ſimilitudinem quandam ꝛ con-
uenientiam inter ſeſe habent: differunt tamẽ. Omnes enim ſunt circa verborũ/ actu-
umve communem vſum. ſed differunt ꝙ earum vna circa verũ quod eſt in ipſis/ cete-
re circa iucundum verſanẗ: qđ quidẽ partim eſt in ioco/ parti in ceteris congreſſiõibꝰ
vniuerſis. ꝛ de his igitur eſt dicendũ: vt magis cernamus in vniuerſis mediocritatẽ
quidẽ laudabilẽ eſſe/ extrema vero/ neqꝫ recta/ neqꝫ laudabilia/ ſed vituperabilia eſſe.
Atqꝫ horum etiam pleraqꝫ nominibus carent. verũ enitendũ eſt ꝛ his (ꝓinde atqꝫ ce-
teris) ponere nomina: dilucíditatis gr̃a/ vt facile ſequi poſſimus. Circa verũ igiẗ me
dius qđẽ verax quidã: ꝛ mediocritas veritas appelletur. fictio vero: ſi ad maiora per-
gat arrogãtia/ ꝛ arrogans qui ipſam habet dicatur. ſin ad minora/ diſſimulatio nũcu
peẗ: ꝛ qui habet ipſam/ diſſimulator. Circa iucũdũ qđ in ioco conſiſtit/ medius quidẽ
comis ac vrbanus: ꝛ diſpoſitio comitas atqꝫ vrbanitas appelletur. exuperatio autem
ſcurrilitas: ꝛ qui ipſam habet/ ſcurra. et qui deficit/ ruſticus quidam: et habitus/ ruſti-
citas nuncupetur. Circa vero reliquum iucundum quod eſt in vita: is quidem q̃ eſt vt
oportet iucundus/ amicus dicatur/ ꝛ mediocritas amicitia. Is aũt qui exuperat: ſi nul
lius gratia rei/ placidus. ſin ſui emolumẽti cauſa: adulator eſt appellãdus. At is q̃ de-
ficit ꝛ in cunctis eſt iniucundus: contentioſus quidẽ/ difficiliſqꝫ dicatur. ¶ Sũt ꝛ in 24
affectibus ꝛ in hiſque ſunt circa affectus: mediocritates. Verecũdia nãqꝫ virtus q̃dẽ
non eſt. laudatur tñ ꝛ ipſe etiã verecũdus. nã ꝛ hic diciẗ eſſe medius ꝛ exuperãs atqꝫ
deficiens. ꝛ exuperat quidẽ is q̃ in vniuerſis verecundatur: qualis eſt ipſe pauidus. q̃
vero deficit/ aut nulla in re verecundatur/ appellatur impudẽs: medius vero diciẗ ve-
recundus. ¶ Indignatio aũt mediocritas eſt inuidie/ ꝛ maliuolẽtie. verſantur aũt cir
ca dolorẽ ꝛ voluptatẽ/ q̃ oriũtur ex hĩs q̃ proximis accidũt. indignãs enĩ dolet: cũ aliq̃
proſperitate fortune idigne fruũẗ. inuidus aũt hunc exuperãs de oĩbus dolet. ſed mali-
uolus adeo deficit in dolẽdo vt gaudeat. Verũ de his erit ꝛ alio loco tempus dicẽdi.
In fine tertij. ¶ De iuſtitia vero poſtea ꝑtractabimꝰ. atqꝫ cũ non dicaẗ ſimpliciter: diſtinguemꝰ ip
In quarto et quinto huiꝰ. ſam/ ꝛ de vtraqꝫ dicemꝰ quo mõ mediocritas eſt. ꝛ ſiſr de rõnis virtutibus.

¶ Septimi capitis note. ¶ Qui non timendo excedunt intimidi/ impauidiqꝫ (dum aptius ſuccurrat voca- 23
bulũ) vocẽtur. ¶ Cũ vtrũqꝫ vicioꝛũ extremũ quoquo pacto ſuperet/ ꝛ quoquo pacto deficiat: illđ tamẽ qđ in
agẽdo ſuperat etſi patiẽdo deficiat/ in ſuperabũdãtia ꝛ nõ defectu poni ſolz. qđ vero in agẽdo deficit etſi ſupe
ret patiẽdo: ponitur in defectu. ¶ Circa decoꝛũ ruditas: ſordiditas/ inexplebilitas/ vulgaris vẽtoſitas. ¶ Cir
ca decoꝛũ puſillitas: modicitas. ¶ Lẽtitudo inflatio ſuperbia. ¶ Honoris vacuitas remiſſio. honoris appeti-
tiõe vacãs: remiſſꝰ. ¶ Veritas/ grauitas. verax grauis. ¶ Arrogãtia vanitas iactãtia. arrogãs/ vanꝰ/ iacta
tor. ¶ Diſſimulatio/ hironia. diſſimulator/ hironicꝰ. ¶ Hic amicitie noĩe ipſã deno tamꝰ affabilitatẽ. ¶ In-
iucũdꝰ. cõtẽtioſus/ difficilis inhũanus. ¶ Pauidus ſtupidꝰ. ¶ Vtraqꝫ iuſtitia: diſtributiua ꝛ cõmutatiua.

¶ Mediocritates/ ſuperabundantie/ et defectus hac ſubiecta formula deprehenduntur.

Exceſſus	Mediocritas	Defectus
Audacia	Foꝛtitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Inſenſibilitas
Pꝛodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decorum ruditas	Magnificentia	Puſillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Puſillanimitas
Ambitio	Modeſtia	Honoꝛis vacuitas
Iracundia	Manſuetudo	Ire vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Veritas	Diſſimulatio
Scurrilitas	Comitas	Ruſticitas
Plus	Iuſtitia	Minus
Indulgentia	Amicitia	Inimicitia
Stupoꝛ	Verecundia	Impudentia
Inuidia	Indignatio	Maliuolentia

24 ¶ De indignatione que dolendi et gaudendi media quedam paſſio eſt: de bonorũ enim proſperitatibus gau=
det et de aduerſis triſtatur et contra de proſperitatibus aduerſitatibuſq; malorum et de inuidia et maliuo=
lentia ſermonem contrahit Ariſtoteles. ⁊ quia ad recte gaudendum ⁊ triſtandum inſtituta debꝫ eſſe noſtra vi
ta et maxime cauta aduerſus inuidiam et maliuolentiam/ que omnium virtutũ ſepiunt aditum ſi illas ſemel
admittimus: ideo licet de illis paucula adijcere. Inuidia: dolor eſt de bonorũ ꝓſperitatibꝫ. que torquet ſic=
cat/ afflat/ exoſſatq; inuidentes: quaſi tortor quidam ex tartareis vltoribus ad mortaliũ extermi̅nia miſſus.
Sed diſcant inuidi (qui aliorum felicitate torquentur) ex Naſone que domus ſit inuidie. Ouidius.
Domus eſt imis in vallibus antri
Abdita/ ſole carens/ non vlli peruia vento:
Triſtis/ et ignaui pleniſſima frigoris. et que
Igne vacet ſemper: caligine ſemper abundet.
Hoſpes quis/ ſi forte rogas. domus habet edentem
Vipereas carnes viciorum alimenta ſuorum
Inuidiam. monſtri nunc audi que ſit imago.
Pallor in ore ſedet/ macies in corpore toto/
Nuſq; recta acies liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt: niſi quem viſi fecere dolores.
Nec fruitur ſomno/ vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos/ intabeſcitq; videndo:
Succeſſus hominum carpitq; et carpitur vna
Suppliciumq; ſuum eſt.
Quacunq; ingreditur florentia proterit arua/
Exuritq; herbas et ſumma papauera carpit.
Afflatuq; ſuo populos/ vrbeſq;/ domoſq;
Polluit. Hoc inuidi monſtrum medio in pectore geritis. neq; aliam eſſe putetis inuidie domum.
hanc ſi ſapitis et vobis et humano generi plurimum inimicam excutite viperam: que ſociã ſemp habꝫ mali=
uolentiã/ germanã indiuiduãq; ſororẽ/ diras nocte/ hereboq; genitas. ⁊ ſolent he peſtes in ciuitatibus incu=
bare aliorũ felicitatibus ⁊ glorie venenato dente/ obliquo oculo/ felleoq; pectore inſidiantes. quas multi vt
fugerẽt: patrias/ locaq; deſeruere. quas inquam vt fugerent: Conon diutius Cypri peregrinus vixit/ Iphi Conon
crates apud Thracas/ Timotheus apud Leſbos ⁊ Cabrias in Egypto. Et omnibus ſeculis Phocion et Ti Iphicrates
mon Athenienſes maliuolentie nota poſteritati reddũtur infames. Phocion enim authore Plutarcho neq; Timotheus.
flere/ neq; ridere vnq̃ viſus eſt. cum ſemper ſentiret contra reliquos conciues ſuos omnes. conſulentibus au Cabrias
tem in rerum difficultate oraculum Athenienſibus/ reſponſum redditum eſt: vnũ eſſe in vrbe ciuem qui om= Phocion
nium voluntati/ opinioniq; aduerſaretur. clamabant Athenienſes hunc ciuem querendum eſſe ac grauiter eſ Timon
ſe plectendum. Phocion autem alta voce ſeſe eum eſſe ait cui nichil vnq̃ eorum placeret que populus Athe Plutarchus.
nienſes decerneret ac ageret: qua fiducia maliuolus Phocion nihilominus iudicium euaſit. et Timon Athe Alcibiades.
nienſis: hominum ſuiq; generis oſor/ congreſſus hominum atq; colloquia fugitabat/ et ſolum Alcibiadẽ for Epimantus
ma et eloquio preſtantem amplexabatur exoſculabaturq;. interrogatus autem ab Epimanto quid ita age=
ret: reſpondit/ ꝙ intelligeret eum multorum malorum Athenienſibus cauſam fore. Et ſemel cum magna po
puli Athenienſis expectatione concionatus eſt Timon: admiratione ſuſpenſi quidnam dicturus eſſet. qui in
media corona conſtitutus retulit tandem ſe hortulum habere: in quo magna adoleuiſſet ficus/ qua multi ci=
ues laqueo pependiſſent. et quoniam eo loci parietem neceſſario erat edificaturus ⁊ opus eſſet arborem reſci
dere: proinde diſtulit/ et referre voluit/ vt ſi qui ſe ſuſpendere vellent feſtinarent dum arbos extaret. hec Ti
monis oratio ⁊ hec pulchra maliuolorum exempla vt cautiores hec paſſionũ portenta fugiatis. ſerpunt enĩ
hec anguium more et ſenſim pectorum penetralibus ſe ingerunt/ ſuaq; venena fundũt. ⁊ preſtaret multo ma
gis terras omnes ſerpentes pharos nutrire: q̃ huiuſmodi peſtes mortalium animis admittere. proinde ſalu=
briter admoniti cauete.

¶ Septimum cap. duabus concluſionibus et mediocritatum/ exceſſuum et defectuum moralium virtutum
aſſignatione partitum eſt.

22 Septimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Expedit quoquo pacto virtus extre=
morum excedentium atq; deficientium mediocritas ſit: non modo vniuerſaliter/ ſed ⁊ particulariter declara
re. Nam ſermonum (quos de actibus agitamus) vniuerſales etſi communiores: inefficaciores tamẽ ſunt par
ticulares autem magis veri/ atq; accommodatiores. nam actus circa ſingularia verſantur: quibus par eſt ſer
mones ipſos conſonare. expedit igitur hoc pacto virtutem duorum hinc ⁊ inde deficientium extremorũ me
23 diocritatem eſſe: oſtendere. que comprehendemus/ declarabimuſq; hoc modo. ¶ Extrema ⁊ mediocritates
virtutum moralium. Circa timores ⁊ fiducias mediocritas eſt fortitudo. excedentium vero qui non timen=
do excedit/ nomine caret. ſunt enim pleraq; que nominibus vacant. et is qui cõfidendo exuperat: audax teme
rariuſq; dicitur. qui in timendo excedit et confidendo deficit: timidus. circa voluptates et dolores non om=
nes/ ſed guſtus ac tactus: mediocritas eſt temperantia que eſt magis circa voluptates/ minus vero circa do
lores verſatur. exceſſus eſt intemperantia. et quia circa voluptates qui deficiant perq̃pauci ſunt: idcirco de=
fectui nomen poſitum non eſt/ ſed interim vocentur inſenſati/ inſenſibileſq;. Circa clargiendas/ accipiendaſq;
pecunias: mediocritas eſt liberalitas. exuperatio vero ac defectus: ꝓdigalitas atq; auaritia. his attamen cõ
trario mõ exupant ⁊ deficiũt hoĩes. nã prodigꝰ in erogãdo exuperat ⁊ accipiendo deficit: illiberalis aũt atq;
auarus in capiẽdo exuperat ⁊ in erogãdo deficit. ſꝫ hoc in loco rudi quadã preparatiõe. ⁊ ſũmari ſunt accipiẽ
da: alias tñ exactiꝰ proprijs in locis diſcutiẽda. Et iterũ circa pecuniarũ clargitiones eſt mediocritas q̃ ma=
gnificentia nuncupatur. exceſſus circa decorum ruditas/ ⁊ defectus puſillitas. ⁊ differt magnificus a liberali
ꝙ liberalis circa parua: magnificꝰ vero circa magna verſat. ſꝫ ⁊ amplius quo pacto differãt extrema huiꝰ ab
extremis liberalitatis: poſtea dicet. Circa honorẽ ⁊ ĩhonorationẽ mediocritas ẽ magnanimitas: exuperatio/

lentitudo/defectio vero puſillanimitas. et magnanimitas circa magnum honorez verſatur: quemadmodum
et magnificentia circa magnas erogationes in hoc differens a liberalitate: φ circa paruas exiſtat. et quemad
modum circa paruas erogationes mediocritas eſt liberalitas: ita et circa paruos honores quedam virtus et
mediocritas que nomine caret. et exceſſus eſt ambitio/ et defectus honoris vacuitas. fit enim vt huiuſmodi
honores expetantur vt oportet/ pluſq̃ oportet minuſq̃ q̃ oportet. et qui huiuſmodi honoris cupiditate exce
dit: ambitioſus dicitur. qui deficit: honoris appetitione vacuus. medius innominatus eſt. nam ⁊ habitus ip
ſi et in medio/ et extremis nomine carent: niſi in ambitioſo cuius diſpoſitio nominatur ambitio. quo fit vt ex
tremi de medio contendant. hinc nos medium quandoq; ambitioſum quandoq; honoris appetitione vacan
tem dicimus. et nunc hunc nunc illum laudamus. ſed cur id accidat: ex ſequentibus eſt deſiderandum. nunc
autem ad cetera pergamus et de reliquis explicemus. ¶Circa irã: mediocritas eſt manſuetudo exceſſus ira
cundia defectus ire vacuitas: et medius manſuetus dicitur et extremi iracundus et ire vacuus. ſed fere no
mina deſunt. ſunt et alie tres mediocritates: vt affabilitas/ veritas/ comitas: que inter ſe ſimilitudinem ha
bent/ diuerſe tamen ſunt. ſimilitudinem quidem habent φ omnes circa verborum et actuum humanorum
communicationem verſantur. differunt autem φ vna earum circa verum exiſtit alie circa delectabile. hec in
ioco illa vero in cunctis que ad vitam pertinent/ que et apertius ſunt declarande: vt in omnibus medium lau
dabile cognoſcamus extrema vero neq; recta neq; laudabilia eſſe ſed reprehenſione digniſſima. et licet in
pleriſq; nomina deſint: licebit tamen vt in ceteris declarationis gratia/ et bone faciliſq; ſequentium apprehẽ
ſionis nomina fingere. circa verum igitur mediocritas nuncupatur veritas. exuperatio arrogantia. defectio/
diſſimulatio. medius verax. extremi vero arrogans et diſſimulator. circa delectabile in ioco medium comi
tas: et vrbanitas dicitur. exuperatio ſcurrilitas. defectus: ruſticitas. medius: comis/ ⁊ vrbanus. extremi ſcur
ra et ruſticus. circa reliquum iucundum quod eſt in vita: mediocritas amicitia quedam eſt. exceſſus: placidi
tas adulatio. defectus contentio atq; inhumanitas. medius cuius vt oportet iucunda conſuetudo eſt: ami
cus. extremi qui nullius rei gratia excedit: placidus. emolumenti gratia: adulator. qui deficit iniucundus/ cõ
tentioſus/ atq; difficilis. ¶Secunda concluſio. Non modo in virtutibus laudanda mediocritas reperitur/ et 24
extrema vituperanda: ſed ⁊ in ipſis affectibus. Ut verecundia que virtus non eſt ſed affectio: laudatur pari
ter et verecundus. et verecundia mediocritas quedam eſt/ et verecundus medius. ſed abundat pauidus: qui
in omnibus verecundatur. et deficit impudens: qui quidem nulla in re verecundatur. Similiter indignatio
affectio quedam media eſt inuidia exceſſus maliuolentia defectus: que verſantur circa dolorem et volupta
tem ex iis ipſis prouenientez/ que proximis accidunt. ⁊ indignans medius eſt: qui dolet cum qui indigni ſunt/
proſperitatibus euehuntur. inuidus excedit de omnibus dolens. maliuolus deficit etiam de bonorum aduer
ſitatibus gaudens. ſed de iis et de vtraq; iuſtitia diſtributiua inq̃ et commutatiua quo pacto medietas: de
intellectualibus virtutibus poſterior habendus eſt ſermo.

Cap. VIII.

Cum autem tres ſint diſpoſitiones/ et due quidem ſint vicia/ quorum alterũ 25
in exuperatione/ alterum in defectione conſiſtit/ vna autem virtus que qui
dem eſt mediocritas: omnes inter ſe/ etſi non eque/ ſuſcipiunt oppoſitionez.
Extreme namq;: cum medie/ tum inter ſeſe contrarie ſunt. media vero extre
mis. Nam vt equale maius quidem eſt cum comparatur ad minus/ minus autez cum
comparatur ad maius: ſic et habitus medij reſpectu quidem defectionum exuperant/
reſpectu autem exuperationum deficiunt/ tam in affectibus/ q̃ etiam in actibus. for
tis enim cum ad timidum comparatur/ audax: cum ad audacem/ timidus eſſe videtur.
pari modo temperans reſpectu quidem inſenſati/ intemperans: reſpectu autem intem
perantis/ inſenſatus videtur. Liberalis etiam prodigus videtur ſi ad illiberalem: illi
beralis ſi cum prodigo conferatur. Quapropter ex extremorum vterq; medium ipſum
ab ſe compellit ad alterum. atq; fortem/ audax quidem timidum: timidus autem auda
cem appellat. et in ceteris ſimili modo. ¶Hec cum hoc pacto inter ſeſe opponantur: 26
maior eſt vtiq; contrarietas extremorum inter ſeſe q̃ ad medium. Longius enim hec
inter ſeſe q̃ a medio diſtant. et perinde/ atq; magnum magis a paruo paruumq; a ma
gno q̃ ab equali vtrumq; diſtat. Extremis inſuper nonnullis ad medium ſimilitudo
quedam eſſe videtur. vt audacie ad fortitudinem: et prodigalitati ad liberalitatem. at
extremorum inter ſeſe maxima eſt diſſimilitudo. atq; ea que plurimum inter ſe diſtãt
diffinientes: contraria dicunt. quo fit vt ea que magis diſtant magis contraria ſint.
¶At vero medio in quibuſdam exuperatio: in quibuſdam defectio magis opponitur. 27
Fortitudini namq; non audacia que eſt exuperatio: ſed timiditas que eſt defectio ma
gis opponitur. Temperantie vero non inſenſibilitas que quidem eſt defectio: ſed in
temperãtia que eſt exuperatio magis opponitur. ¶Id autem ob duas accidit cauſas.
atq; vna quidem eſt ex ipſius rei natura. nam quia propinquius atq; ſimilius eſt extre
morũ alterũ medio: ideo nõ hoc ipſi/ ſz ↄtriũ oppoſitũ eẽ magis aſſerim⁹. vt cũ audacia
q̃dẽ ſimilius fortitudini videat᷑ atq; ꝓpinquus eſſe/ timiditas aũt diſſimilius: hanc illi
magis oppoſitã eſſe cẽſemus. etenim ea q̃ plus a medio diſtãt: eidẽ contraria magis eſſe
vident᷑. hec igitur vna eſt cauſa: que quidem eſt ex ipſius rei natura. Altera aũt ex no

bis ſumitur ipſis.ea nāqꝫ medio contraria magis eſſe videntur:ad que nos ipſi quo-
dam modo natura ſumus propenſiores.nos enim ipſi quia magis ad voluptates ſu-
mus procliues:iccirco facilius ad intemperantiam ꝙ ad modeſtiā inclinamur.hec igi-
tur magis contraria dicimus:ad que fit magis accretio . et propterea intemperantia
que eſt exuperatio:magis eſt contraria temperantie.

25 Octaui capitis note. ¶Diſpoſitio:habitus. ¶Contrarietas eſt extremorū aut extremi et medij repugnā-
tia. ¶Contraria ſunt que ſub eodem genere poſita ſunt:maxime a ſeinuicem diſtāt et eidem ſubiecto vi-
ciſſim aſſunt a quo mutuo ſe mutuo ſe expellunt. ⁊ cum particula maxime/non apponitur:omnibus contra-
rijs conuenit/tum extremis ⁊ maxime talibus/tum non maxime contrarijs. cum autem illa particula adijci-
tur:conuenit quidem contrarijs/ſed ſolum maxime talibus. ¶Equale: medium rei equamqꝫ ad extrema
differentiam ſeruans.

¶Octauum cap. tribus concluſionibus partitum eſt.

25 Octaui capitis Commentarius ad litteram. ¶Prima concluſio. Et mediū extremis/⁊ media inter ſeſe
quodā modo opponūtur. Sunt enim (vt dictū eſt)tres diſpoſitiones quarū due vicia ſunt/vnum in exupera-
tiōe et alterū in defectu:et tertia virt⁹ eſt/q̄ et mediocritas q̄dā eſt. ſed media diſpoſitio extremis contra-
riatur.nā quēadmodū equale cum comparatur ad minus/ maius eſſe videtur:et cum comparatur ad ma-
ius/ videtur eſſe minus. ſic medie ipſe diſpoſitiones medijqꝫ habitus:reſpectu defectionum exuperare vidē-
tur. at reſpectu exuperationū videtur deficere. et ita in actibus/atqꝫ affectionibus. in habitibus quidem. vt
fortis ſi ad timidum cōparetur:audax apparet. ſi ad audacem:protinus apparet timidus. Itidem ſi tempe-
rans ad inſenſibilem comparetur : intemperans. ad intemperantem vero comparatus : inſenſibilis eſſe
videbitur. ⁊ ſi liberalis ad illiberalem/auarūqꝫ comparetur:prodigus apparebit. ſi ad prodigum:illiberalis.
et in ceteris ſimili modo. ſed extrema illa vt audax timidus/intemperans inſenſibilis:manifeſte inter ſe cō-
trariari dinoſcuntur. igitur ⁊ medij illi habitus extremis. reijcit enim ab ſe extremorum vnumquodqꝫ ipſum
medium ad alterum. hinc audax fortem nominat timidū/et timidus eundē nominat audacem: ⁊ ita in reli-
quis. medium igitur extremis / ⁊ extrema inter ſeſe quodam modo opponuntur. nam quodam modo con-
26 trariantur. Et hec concluſio cōmunis eſt ad habitus/actus ⁊ affectiones. ¶Secunda concluſio. Cum hoc
pacto medium extremis et extrema inter ſeſe opponantur:extremorum tamen inter ſe oppoſitio maior eſt.
¶Primo. quia extrema inter ſe magis diſtant ꝙ diſtent a medio:quemadmodum magnum et paruum in-
ter ſe magis diſtant ꝙ ab equali. cum igitur opponantur extrema:magis inter ſe ꝙ ipſi medio opponūtur.
¶Secundo. plerorūqꝫ extremorum ad medium ſimilitudo quedam eſt. vt audacie ad fortitudinem ⁊ pro-
digalitatis ad liberalitatem. et extremorum inter ſe maxima diſſimilitudo eſt. magis igitur extrema inter ſe
diſtabunt. ſiquidem diffiniuntur contraria per plurimum diſtare. extrema igitur que magis diſtant: ⁊ inter
27 ſe magis ſunt contraria. extremorum igitur inter ſe oppoſitio maior eſt ꝙ ipſorum ad medium. ¶Tertia cō-
cluſio. In aliquibus exuperatio ⁊ in aliquibus defectio:magis ipſi medio oppoſita eſt. vt intemperātia que
exuperatio eſt:magis oppoſita eſt temperantie ꝙ inſenſibilitas que quidem eſt defectio. ⁊ timiditas que
defectio eſt:magis oppoſita fortitudini ꝙ audacia que exuperatio eſt. Et id ob duas quidem cauſas euenit.
Prima enim:ex parte rei. altera: ex parte noſtri ſumitur. Ex parte autem rei. nam cum vnum extre-
morum medio propinquius atqꝫ ſimilius ſit : tunc non ipſum ſed ſuum oppoſitum ipſi medio magis
oppoſitum eſt. vt quoniam audacia propinquior atqꝫ ſimilior fortitudini : timiditas vero que eſt defe-
ctio remotior diſſimiliorqꝫ:proinde timiditas magis fortitudini oppoſita eſt. que enim a medio magis di-
ſtant:et eidem bono iure magis contraria ſunt. Secunda vero cauſa que ex parte noſtri eſt : extrema illa
medio magis contraria eſſe videbuntur ad que natura procliuiores ſumus. vt nos procliuiores ſumus ad vo-
luptates ꝙ ad voluptatum abſtinentiam. iccirco intemperantia que eſt exuperatio:magis contraria eſt tempe-
rantie:ꝙ inſenſibilitas. magis enim iure ea extrema medio ſunt contraria:ad que magis fit augmentum/a
medioqꝫ diſceſſus. in aliquibus igitur exuperatio: ⁊ in aliquibus defectio:magis ipſi medio oppoſita eſt.

Cap.IX.

28 Virtutem igitur moris medioeritatem eſſe/et quomodo ſit/⁊ viciorum duo-
rum mediocritatem eſſe/ vnius per exuperationem/alterius per defectionē/
et talem eſſe propterea ꝙ coniectatrix eſt eius medij quod in affectibus eſt
atqꝫ actibus:ſatis iam diximus. Quapropter difficile eſt ſtudioſum eſſe.eſt
enī difficile in vnoquoqꝫ mediū capere. vt circuli mediū inuenire:non cuiuſlibet/ſed
ſcientis eſt tantum. Pari modo iraſci quidem/et dare argentū/ſumptuſve facere: cu-
iuſlibet eſt/⁊ facile.ſed cui/et quātū/et quando/et quomodo/et gratia cuius oportet:
non cuiuſlibet eſt/neqꝫ facile.quod quidē eſt ipſum rectum:et eſt perrarum / ⁊ lauda-
29 bile/et perpulchrum. ¶Iccirco eum qui medium ipſum coniectat.primum quidem a
magis contrario diſcedere oportet/et perinde/atqꝫ Circe monebat.
Extra vndam ⁊ fumum longe compelle carinam.
Extremorum enim altero magis:altero minus delinquitur. Cū igitur conſequi me-
dium ſumme ſit difficile : ſecunda (vt inquiunt) nauigatione minima malorū ſunt
capienda. Idqꝫ erit hoc maxime modo quem diximus. ¶Conſiderare autem opor-
tet et ad que nos ſumus propenſiores.nam alij ad alia natura ſumus procliues. quod
quidem ex voluptate/doloreve inde ꝓueniente ꝑcipietur.atqꝫ noſipſos ad cōtrarium
oportet retrahere. Longe namqꝫ a delinquendo ſecedentes: ad ipſū tandem medium

accedemus. vt ſolent ij facere: qui lignorũ ea que ſunt obliqua ad rectitudinem redigunt. ¶ In vniuerſis autem cauendũ eſt maxime a voluptate. non eni incorrupti iudicamus de ipſa. Ut ergo Troianorũ ſenes erga Helenam ſeſe habuerunt: ſic ⁊ nos ad voluptatem ipſam eſſe affectos/ in omnibuſq; illorũ dicere vocē oportet. hoc enim pacto remouentes a nobis ipſam: minus peccabimus. hec igr̄ facientes (vt in ſumma dicã) maxime mediũ attingere/ conſequi ve poterimꝰ. ¶ Id autē ipſum difficile eſt fortaſſe: et in ſingularibus maxime. Nõ enim facile determinari poteſt/ quo modo/ ⁊ q̇bus/ et pro quibus: et quanto in tẽpore iraſcendũ eſt. etenim nos interdũ eos qui deficiunt laudamus: ⁊ mites dicimus eſſe. interdum ipſos infenſos appellamus viriles. Uerũ qui parũ a recto exorbitat non carpitur: ſiue ad defectionē/ ſiue ad exuperationē ſe flectat. qui vero multũ: vituperatur. nõ enim latet egreſſus. Facile autē nõ eſt excipere ratione: quouſq; ⁊ ad quantũ a recto quiſpiã egreſſus/ carpendus eſt. neq; enim aliud quicq̃ ſenſibiliũ determinari facile poteſt. talia vero in ſingularibus ſunt: et iudicium eſt in ſenſu. Uerum illud eſt manifeſtũ: medium habitũ in vniuerſis laudabilem eſſe. Oportet autē nunc ad exuperationem nũc ad defectionē declinare. hoc enim pacto facillime mediũ ipſum et rectum attingemus/ ac aſſequemur.

¶ Noni capitis note. ¶ Precepta Circes ad Ulixem ex Odyſſea Homeri cognoſcuntur. in exemplari gre
co pro Circe Calypſo ponitur. Et decreta ſeniorum Troianorum pro reſtituenda Helena cognoſcuntur ex 29
Iliade Homeri. ¶ Singularia: circunſtantie prudentie. ¶ Ob hic nos admonet Ariſtoteles eſſe cautos in
Horatius altero viciorum fugiendo ne recidamus in alterum: id ſummopere Stoici curant. quod et hoc carmine notauit Horatius.

In vicium ducit culpe fuga: ſi caret arte.
Non ego auarum
Cum veto te fieri: vappam iubeo ac nebulonem.
Dum vitant ſtulti vicia: in contraria currunt.
Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines/
Ultra quos citraq; nequit conſiſtere rectum.

Notauit item (quod et Ariſtoteles frequenter) nos cautiores attẽderene: nos ſpecie virtutum/ vicia deludãt.
Fallit enim vicium ſpecie virtutis/ ⁊ vmbra.
Cum ſit triſte habitu vultuq; ⁊ veſte ſeuerum.
Nec dubie tanq̃ frugi laudatur auarus:
Tanq̃ parcus homo ⁊ rerum tutela ſuarum.

¶ Nonum cap. vna concluſione et tribus documentis partitum eſt.

Noni capitis Cõmentarius ad litteram. ¶ Concluſio. Difficile eſt ſtudioſum eſſe. Primo. nam iam ſatis 28
dictum eſt virtutem moralem mediocritatem eſſe duorum viciorum: huius per exuperationem alterius per defectum et iccirco virtutem coniectatricem eſſe mediꝫ. et in affectibus et in actibus et in vnoquoq; mediꝫ capere difficile eſt: vt circuli medium capere non eſt cuiuſlibet/ ſed ſcientis tantum. ſimili quoq; pacto iraſci/ pecuniam dare: et ſumptum facere cuiuſlibet eſt/ et facile: ſed cui/ quantum quando/ quo modo/ et gratia cuius non amplius cuiuſlibet neq; facile eſt. quod enim rectum eſt: ⁊ rarum et laudabile et preclarum eſt.
¶ Tria documenta. Primum documentum. Uolenti ipſum aſſequi medium/ ſummopere nitendum eſt: ma-
gis fugere vicium quod ipſi medio magis eſt oppoſitum. ſed caute tamen ne rurſus in alterum proruamus 29
vicium: quemadmodum et Circe hoc pacto monebat Ulixem. Extra vndam ⁊ fumũ longe compelle carinaꝫ. Et cum non ſit ſemper poſſibile medium attingere ob ſui difficultatem: tum minima malorum (quemadmodum in proſpera nauigatione aiunt) ſuſcipienda erunt minimuq; a medio diſceſſus. et cum contrariorum alterum altero magis peccet id maxime fiet: ſi magis id deuitabimus (vt iam dictum eſt) quod deterius eſt/ ⁊ ipſi medio magis oppoſitum. ¶ Secundum documentum. Conſiderare oportet vicia ad que natura ſumus proʒpenſiores et nos ad oppoſita retrahere: et tandem longe ab iis in quibus delinquere ſolebamus euadentes/ in medium recidemus. more eorum qui curua ligna ad rectitudinē dirigunt. neq; omnes ad eadem vicia natura ſunt propenſi/ ſed alij ad alia. quod ex voluptate ⁊ dolore percipitur. nam pleriſq; in quibus voluptas ipſa eſt: in iis alijs adeſt dolor. ¶ Tertium documentum. In vniuerſis agendis ſummopere cauēdum eſt a voluptate. nam nos ea nondum tentati: iudicium de illa non ferimus/ nos ſcilicet illam perturbaturos. et nos ad voluptatem ipſam ſic affectos eſſe oportet: vt Troianorum ſeniores ſeſe habuerunt ad Helenam et in omnibus illorum imitari vocem. ſic enim a nobiſipſis voluptatē repellentes/ minus peccabimus. et hec precepta (vt paucis abſoluatur) obſeruantes: medium ipſum vel maxime aſſequi valebimus. ¶ Secundo. ob idipſum difficile eſt ſtudioſum eſſe. ꝙ maxime difficile eſt medium in ſingularibus obſeruare. non enim determinare facile eſt: quo modo et quibus et pro quibus/ ⁊ quanto tempore iraſcendum ſit. nam nos interdum eos qui deficiunt laudamus miteſq; dicimus. interdum vero infenſos excandeſcenteſq;: nominamus viriles. ſed id animaduerſione dignum eſt: eum qui parum a recto deuiat. ſiue ad exuperationem/ ſiue defectionem/ nõ vituperari. qui vero plurimum lauitur: vituperari. nam tunc latere non poteſt egreſſus deuiatioq; a recto. attamen non eſt facile ſermone explicare/ quouſq; et ad quantum a recto egreſſus: quiſq; vituperandus eſt. nec quicq̃ aliud ſenſibilium prompte determinari poteſt. nam talia in ſingularibus ſita ſunt/ et eorum iudicium in ſenſu eſt. nicqil igitur mirum videatur: ſi difficile ſit fieri ſtudioſum. ſed id in ſingulis pro certo/ exploratoq; haberi debet: medium habitum laudabilem eſſe. et nunc ad exuperationem/ nunc ad defectionem declinare oportere: quo facilius medium ipſum ipſumq; rectum adipiſcemur.

¶ Secundi Ethicorum Ariſtotelis Finis.

1 CUm autem virtus circa affectus/actuſqꝫ verſetur: ⁊ in ijs quidem
que ſua ſponte quis agit laudes ⁊ vituperationes/in ijs autem que
inuitus facit venia nonnunꝙ ⁊ miſericordia locū habeat:eos forſi-
tan qui de virtute conſiderant/de eo quod ſua ſponte quis facit atqꝫ
inuitus/determinare neceſſe eſt. vtilis eſt etiam legulatoribus hec ſa
ne conſideratio:ad premia penaſqꝫ inſtituendas. ¶Videtur itaqꝫ
2 ea inuitus facere quiſpiā:que violētia vel per ignorationē facit. Id
autē eſt violētum:cuius pricipiū eſt foris/in quod nichil is qui agit/
3 aut patitur confert/ vt ſi ventus aliquo tulerit/aut homines poteſtatē habentes. ¶At
ea que ob maiorum metum malorum/aut ob aliquod bonum aguntur/ vt ſi tyrannus
quēpiā aliquid agere turpe iuberet/ habens in poteſtate ⁊ parentes ⁊ liberos/ac lege
vt ſi aliud agat/illi ſint incolumes/ſi non agat/ diſpereant:cōtrouerſiā habere viden
4 tur/ vtrū hec inuiti an ſponte faciant homines. ¶Tale etiā quid accidit ⁊ circa iactus
eos:qui in tēpeſtatibus fiūt. Simpliciter enī nemo ſuas fortunas eijcit ſpōte. ſed oēs
própter ſuā ceterorūqꝫ ſalutē eijciūt:modo ſint mentis ſane. tales igitur actus mixti
quidē ſunt. Jjs autem magis ſunt ſimiles quos ſponte homines agunt. Expetuntur
enim tum cū aguntur:atqꝫ finis actionis in temporis conditione conſiſtit. ⁊ ſponte
igitur ⁊ inuitū vnūquēqꝫ dicēdū eſt agere cū agit autē ſua ſponte. ¶Eſt enim in ip-
ſo principium mouendi partes eas que ſunt in huiuſcemodi actibus inſtrumenta. at
quorum pricipiū eſt in ipſo:ea agere vel nō agere in ipſo eſt ſitū. talia igitur ſua ſpōte
quiſqꝫ agit. At ſimpliciter fortaſſis inuitus. nemo namqꝫ taliū quicꝙ per ſe expeteret
vnꝙ. ¶In actibus autē huiuſcemodi nonnūꝙ homines ⁊ laudantur:cum pro ma-
5 gnis ⁊ honeſtis rebus aliquid turpe ferunt aut moleſtū. ſi vero contra faciūt vitupe-
rātur. eſt enī improbi pro nulla re honeſta vel mediocri:res turpiſſimas ferre. In qui-
buſdā autem laus quidem non fit:ſed venia locū habet/cum ea que nō agere oportet
quiſpiā egerit ob huiuſcemodi res/que naturam humanam ſuperant/nemoqꝫ perfer-
ret. Sunt autē quedā:ad que forſitan nō licet quemꝙ eſſe cōpulſum/ſed potius opor-
tet ſumma perpeſſū tormenta mortē obire. Ridicula namqꝫ videntur ea que ad necē
matris Alcmeonem Euripidis compulerunt. Eſt autē interdum difficile quale pro Alcmeon
quali ſit expetēdū: ⁊ quid pro quo ſuſtinēdū diſcernere. difficilius etiam eſt: poſteaꝙ Euripides
cognoueris in ſententia permanere. Fit enī plerumqꝫ/ vt ea quidem que expetantur
moleſta:ea vero ad que cogimur turpia ſint/ vnde laudantur atqꝫ vituperantur ij qui
fuerunt aut nō fuerūt compulſi. ¶Quenam igitur dicenda ſunt violenta? An ea qui-
dē ſimpliciter inuitus quiſpiam agit:quorum externa eſt cauſa et ipſe agens nichil om
nino cōfert:que vero per ſe quidē inuitus facit/ſed nunc ⁊ pro his expetuntur/ princi-
piūqꝫ eſt in ipſo agente:ea per ſe quidē inuitus facit/nunc autē ⁊ pro his ſponte agit:
magis autē ijs ſimilia ſunt que ſua ſponte quis agit. actus enim ſunt circa ipſa ſingu
la:que quidē ſponte facit. Qualia vero ꝓ qualibus expetēda ſunt:non facile aſſignare
6 poſſumus. quippe cū in ipſis ſingulis cōplures ſint differētie. ¶Qꝫ ſi quiſpiā ideo iu-
cūda ⁊ bona/ violenta dixerit eſſe quia et extra ſunt ⁊ cōpellūt:ōnia erunt eius ſentē
tia violēta. horū enī gratia omnes omnia agūt. Atqꝫ qui violēta/inuitiqꝫ agunt:ij cū
dolore. qui ob iucūdū:ij cum voluptate agunt. Eſt autem ridiculum externa quēpiam
accuſare:ſed non ſeipſum/qui quidem ab huiuſmodi rebus facile capitur/ ⁊ honeſto-
rū quidē ſe/turpiū autē ea que afferunt voluptatem cenſere cauſam eſſe. id igitur vio-
lentum eſſe videtur/cuius principium eſt foris:nichil prorſus eo cōferente cui vis eſt
7 allata. ¶Omne autē quod ob ignorationē eſt actū:non ſponte quidem eſt actum. Ab
inuito tamen id effectum eſt omne pro quo dolet qui egit : ipſumqꝫ penitentia ſubit.
qui namqꝫ ob ignorationem aliquid egit ⁊ non fert moleſte ſe illud egiſſe:ſpōte qui-
dē ſua nō egit quod neſciebat. Nō tamē erit inuitus:quippe cū non doleat ob idipſū.
Qui igitur ob ignorationē quippiā egit:ſi ipſum peniteat/inuitus feciſſe videtur. ſi
nō peniteat cū is alius ſit:non ſponte dicatur egiſſe. cū enim differat:meliꝰ eſt vt pro-
8 priū habeat nomē. ¶At enī hec etiam ipſa:ob ignorationem inꝙ agere/et ignorantē
agere diuerſa eſſe videntur. Nam ebrius aut iratus non videtur ob ignorationem a-
gere:ſed ob aliquid eorum que dicta ſunt non ſciens/ſed ignorans. omnis igitur pra-

nus ignorat que agere oportet:et a quibus eſt abſtinendum. Et ob huiuſcemodi erro
rem:iniuſti homines/maliq; omnino fiunt. ¶Inuitus autẽ dicitur quiſpiam agere: 9
nõ ſi ignorat id quod conducit.non enim ea ignoratio que facta eſt electione/cauſa eſt
vt aliquid inuitus quiſpiam faciat:ſed prauitatis. nec etiã ea que eſt vniuerſalis.ho=
mines enim propter hanc ipſam reprehendũtur. Sed ea que eſt ſingulorum in quibus
et circa que eſt ipſa actio. in his enim et cõmiſeratio locum habet et venia.qui namq;
aliquid eorũ ignorat:inuitus agit. ¶Forſitan igitur nõ ab re fuerit:ſi que et quot ſũt 10
ipſa determinabimus. Quis itaq;:quid/ꝛ circa quid/ vel in quo agit/nonnũq̃ et quo
vt inſtrumento.et cuius gratia/vt ſalutis.et quo modo:vt ſenſim vel vehementer.
¶Vniuerſa igitur hec/nemo ignorauerit:modo non ſit inſanus. Patet autem neq; 11
enim ipſum agentẽ.quo nãq; pacto ſe ignorabit? Ignorauerit autẽ quiſpiam id quod
Eſchylus agit. vt inquiunt dicentes excidiſſe ſibi/aut neſciſſe arcana eſſe:quẽadmodũ Eſchylus
Merope ipſa arcana ceteris.aut oſtendere volentes immiſiſſe:vt qui telum immiſit. Putaue=
rit autem quiſpiam et filium hoſtem eſſe. vt Merope putauit.et haſtam cuſpidem ha=
bentem ea carere. et lapidem/pumiceum eſſe. Et interfecerit quiſpiam ſalutis percuſ=
ſum cauſa et monſtrare volens (vt faciunt qui manibus extremis luctantur) percuſſe=
rit. ¶Cũ igitur circa hec omnia in quibus eſt ipſe actus ſit ignoratio:qui horum ali=
quid ignorauit/is inuitus egiſſe videtur.et maxime in precipuis.hec autẽ ea videntur
eſſe in quibus eſt ipſe actus:et id cuius gratia. Eius igitur quod ab inuito ob ignora
tionem talem dicitur eſſe factũ:oportet actionem/dolorem inſuper/penitentiãq; af=
ferre. ¶Cũ autem id inuitus quiſpiam agat/quod vi et ob ignorationẽ agitur:id ſua 12
profecto ſponte quiſpiam videbitur agere/cuius principium eſt in ipſo agente ſciente
ſingula in quibus eſt ipſe actus. ¶Forſitã enim non recte dicitur/ea fieri ab inuitis: 13
que per iram aut cupiditatẽ aguntur. ¶Primo.namq; nulla belua ſponte aget: neq;
pueri. ¶Deinde. vtrum nichil eorũ ſponte agamus que cupiditate vel ira agimus? an
honeſta quidem ſpõte/turpia vero inuiti? An ridiculum eſt:cum vna ſit cauſa? ¶Ab=
ſurdum eſt etiam forſitan ea ab inuitis agi cenſere:que oportet appetere.oportet autẽ
et iraſci pro quibuſdam/et cupere nõnullas res: vt ſanitatem atq; diſciplinã. ¶Vi=
dentur etiã ea quidẽ que ab inuitis fiunt/dolorem:ea vero que cupiditate aguntur/
voluptatem afferre. ¶Preterea quid intereſt inter ea que per rationem et que ꝑ iram
peccantur/ hoc ipſo quod ab inuitis agantur. etenim fugienda quidẽ ſunt ambo.affe
ctus autem/rationis expertes:nõ minus humani eſſe videntur.et actus ipſius homi=
nis ab ira cupiditateq; fiunt. Abſurdum eſt igitur hec ab inuitis agi cenſere.

¶Primi capitis note. ¶Nichil confert:nichil coadiuuat. ¶Voluntarium:cuius principium in ipſo ope= 2
rante eſt:operationis cognoſcente ſingula. Inuoluntarium:quod per vim aut ignorantiam factum/imputa=
bile non eſt. Inuite factum/per ignorantiam factum:quod cognitum penitudinem inducit. ¶Turpe:probrũ/ 5
Manlius cõtumelioſum ignominoſum aut ſimile. Probrum ferre pro patria in filio non recuſauit Manlius:qui filiũ
Catilina litteris ꝛ forma inter ſuos equales preſtantem q̃ malo cõſilio/Catiline familiaritati adheſerat:in medio iti=
nere aſſecutus/abſtractum vltime pene ſupplicio affici voluit dicens ſe non Catiline aduerſus patriam ſed
patrie aduerſus Catilinam filium genuiſſe. ¶Per ſe inuoluntaria ſunt:que nulla vrgente neceſſitate/nul=
lus vnq̃ probe mentis admitteret:niſi aut ignorans aut vi ſuperante coactus. ¶Omnes agunt horum gra=
tia que extra ſunt/q̃ agant horum gratia que nondum conſecuti ſunt. Inuitus agit inuoluntarius agit. Et
cum Ariſtoteles diffinit inuitum agere/non apponit particulam per violẽtiam:q̃ prius poſita eſt. ſed ſecun=
dam particulam que certam requirebat intelligentiam. itaq; diffinitio hic:diffinitionem inuoluntarij prius
poſitam emendat. ¶Qz homines ignorantes que agenda ꝛ fugienda ſint ob huiuſmodi errorem omnino ma 9
li ſint: hoc ideo eſt. q̃ cum non decernant/a quibus ſit abhorrendum ea non deuitant/ſed ea ſine diſcrimine
faciunt. ¶Ignorantia vniuerſalis:eſt ignorantia earum rerum/quas homo ſcire tenetur. Ignorantia alicu=
ius particularũ circunſtantiarũ miſeratione veniaq; tunc digna eſt:cum quis agit per ignorantiam talis cir=
cunſtantie/quam minime ſcire tenetur. ¶Acinaces harpe/machera/dolones/haſta/conti/pila geſa ſpara/ 10
tragula/falarica/miſſilia/catapulta:telorum bellicorum ſunt nomina. ꝛ catapulta etiam inſtrumẽtũ eſt:quo
Plautus tela tricubitalia emitti ſolent. Plautus. te neruo torquebo vt catapulte ſolẽt. Sed qui telorum genera ꝛ de=
Valturius ſcriptiones deſiderant:legant Valturium de re militari. illic enim inuenient cruenti armamẽtaria Martis.
¶Pumex:lapis leuis/ſpongioſus eroſus/poliẽdis libris/ꝛ leuigãdis lignis aptiſſim⁹. Eolie iſule mittũt.
vim illi refrigerandi maximam putauit ineſſe Theophraſtus:q̃ feruere muſta deſignant/ pumice adiecto.
¶Bruta voluntarie agere dicuntur:ſed non proprie vt homines/ verum ſuo modo. ꝛ ſuo modo ſingula co=
gnoſcunt. Senſitiuus enim illis appetitus:in hominibus eſt voluntas. ¶Euripides Athenienſis tragedia=
rum ſcriptor haud ignobilis dramata multa reliquit. inter que ſcripſit Alcmeonem Amphiarij filiũ matrẽ
Eriphylen in vltionem necis paterne interemiſſe. ¶Eſchylus ſcriptor tragicus reprehenſus aliquando fuit
ꝛ ductus ad Areopagum: q̃ myſtica quedam de ſacris choreis publicauerit que non licebat vulgo eſſe cogni
ta. ille autem ſe id per ignorantiam feciſſe aſſerebat. de eo Quintilianus ꝛ Aulus gellius. ¶Quod adducit
de Merope:ſimile nſi memoratur de Pẽtheo q̃ a mr̃e ꝛ matertera vt hoſtis deceptus eſt. de quo Ouidi⁹.

Prima ſuum miſſo violauit Penthea Thyrſo Ouidius
Mater: ⁊ o gemine clamauit adeſte ſorores. Pentheus
Ille aper in noſtris regnat qui maximus agris
Ille michi feriendus aper. ruit omnis in vnum
Turba furens cuncte coeunt trepidumq; ſequuntur.
Trunca ſed oſtendens detectis vulnera membris
Aſpice mater ait / viſis vlulauit Agaue. Agaue
Collaq; iactauit crinemq; per aera mouit
Auulſumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat: io comites opus hoc victoria noſtra eſt.

¶ Primum cap. octo concluſionibus duabus diffinitionibus vna queſtione / vna diuiſione / et vno correlario partitum eſt.

Primi capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima concluſio. Expedit de virtute tractantibus: de volũta-
1 rio ⁊ inuoluntario diſcutere. ¶ Primo. quia virtus circa affectus / actuſq; verſatur: atq; in his dum ope-
ramur voluntarie: laudamur aut vituperamur. dum autẽ inuoluntarie: plerũq; venia / miſericordiaq; locum
habent. igitur par eſt virtutis conſiderationẽ ſuſcipientibꝰ: de volũtario et inuolũtario determinare. ¶ Se-
cundo. quia voluntarij ⁊ inuoluntarij conſideratio legiſlatoribus vtilis eſt: vt rite premia / aut penas inſtitu-
2 ant. conſiderantiigitur de virtute conſentanea eſt hec determinatio. ¶ Diffinitio. Inuolũtaria ſunt que per
violentiam aut per ignorantiam ſunt facta. Violentum eſt cuius principiũ eſt extra: cui is qui violentia aut
agit aut patitur nihil prorſus confert ac conducit. vt ſi ventus aliquem ſuſtulerit: id violentum eſt. ſimiliter
ſi homines potentiores hoſtem pertrahãt rapientes totis viribus / totoq; niſu reluctantem: id violẽtum eſt.
3 ¶ Queſtio. An ea que ob metum maioris mali fiunt aut propter bonum aliquod: voluntaria ſint an inuo-
luntaria? verbi cauſa tyrannus habens alicuius parentes ⁊ liberos in ſua poteſtate iubet illum turpe aliquid
cõmittere hac conditione vt ſi id non admittat facinus enecẽtur parẽtes ⁊ liberi: ſi admittit ſaluantur. quã
rem is metu mortis parentum ⁊ liberorum ⁊ gratia ſalutis eorum committat: an id factum volũtarium ſit /
4 an inuoluntarium? ¶ Secunda concluſio. Ea que ob huiuſmodi mali metum / aut bonum aliquod fiunt: neq;
omnino voluntaria neq; inuoluntaria ſunt / ſed mixta ⁊ magis quidem voluntarijs ſimilia. ¶ Primo. Simi-
lia ſunt hec ijs qui fluctibus iactari opes ſuas deuoluunt. at nullus qui mẽte ſit incolumi ſanoq; animo ſuas
opes omnino voluntarie deijcit: ſed omnes ob ſuam ſuorumq; ſalutem faciunt. talia igitur non omnino volũ
taria ſunt. et cum non per violentiam (nam in ipſis illarum operationum principiũ eſt) neq; per ignorantiam
fiãt: ea non ſunt omnino inuoluntaria. ſunt igitur mixta. Sed ꝙ voluntarijs. ſimiliora ſint: patet. ¶ Primo.
quia talia eliguntur tunc fieri cum fiunt. fiunt igitur tunc voluntarie. ⁊ finis operationis / ex conditione tem-
poris metitur: ⁊ vnumquodq; dicendum eſt voluntarium aut inuoluntarium ſi tunc cum agitur tale eſt. talia
igitur voluntarijs euadunt ſimiliora. ¶ Secundo. in huiuſmodi operantibus eſt tunc principium mouendi
ſuas partes: que ſunt talium operationum inſtrumenta. at quibus talium agendi principium hoc pacto ineſt:
in ſua poteſtate agere vel non agere ſitum eſt. ſunt igitur talia magis voluntaria. ſed nihil prohiberet talia ꝑ
ſe / nullaq; tali interueniente occaſione nunꝙ̃ fieri niſi inuoluntaria. nullus enim quicꝙ̃ talium per ſe / nullaq;
interdedente grandi neceſſitate: eligeret vnꝙ̃. ¶ Diuiſio. verumtamen taliũ actuũ ſunt aliqui in quibus lau-
5 dantur homines: quando pro magnis / ⁊ honeſtis rebus probra / moleſtaq; ferunt. nam probroſiſſima pro nul-
lo honeſto etiam mediocri perferre poſſe: improbi eſt. qui autem ſecus faciunt vicio dantur. ſunt tamen alia
in quibꝰ laus nulla cadit ſed venia locum habet: cum ea perpetrant que etiam non oportet / quãdo ea ob eas
res perpetrant: que naturam ſuperant humanam ⁊ quas nemo perferret. ſunt ⁊ quedã ad que nemo cogi de-
bet: ſed potius extrema omnia ſuſtinere / mortemq; ipſam perferre. nam que apud Euripidem compulerunt
Alcmeonem ad necem matris: ridicula eſſe videntur. non tamen facile interdum iudicare eſt: quale pro qua-
li ⁊ quid ex quo ſuſtinendum ſit. atq; vbi cognoueris: difficilius eſt in propoſito ſentẽtiaq; manere. nam ple-
rumq; que expectantur: triſtia / moleſtaq; ſunt ⁊ ea ad que cõpelluntur turpia. vnde laudes vituperationeſq;
pendent: tum ⁊ ijs qui compelluntur tum ijs qui talia agunt non compulſi. ¶ Tertio. violenta ſunt quando
cauſa externa eſt: ⁊ qui ea agit omnino nihil confert. at eorum que per ſe inuoluntaria ſunt ſed nunc ⁊ pro his
ſuſcipienda / cauſa externa non eſt: ſed in ipſo agente. qui circa ſingula agit. igitur talia per ſe inuoluntaria
omnia: nunc autem voluntaria / ⁊ magis ipſis ſimpliciter voluntarijs ſimilia que non violenta agit / verſatus
circa ſingula. actus enim ſponte voluntarieq; agentium: circa ſingularia exiſtunt. quis qualia ⁊ pro qualibꝰ
ſuſcipienda ſint: aſſignare promptum faciléq; non ſit / cum in ipſis ſingulis complura ſint diſcrimina varieq;
differentie. ¶ Tertia concluſio. Iucunda ⁊ honeſta inuoluntaria non ſunt. ¶ Primo. nam hec violenta non
6 ſunt: neq; ſuccurit vt dicatur extra eſſe que compellunt. nam ita dicentium: ſententiam conſequitur / omnia
eſſe violenta. agunt enim omnes horum gratia que extra ſunt. ¶ Secundo. que violentia homines agunt: ea
cum dolore agunt. qui autẽ iucundum / aut honeſtum: cum voluptate agunt. igitur talia non ſunt violenta.
¶ Tertio. ridiculum eſt accuſare externa ⁊ non ſe ipſum potius: qui facile ab huiuſmodi externis capiatur.
ridiculũ item eſt ſeipſum honeſtorum cauſã dicere: turpium autem voluptatem. talia igitur violenta nõ ſũt.
¶ Quarto. violentũ eſt cuius principium extra eſt: nihil prorſus eo conferente cui vis allata eſt. non igitur
qui iucunda aut honeſta agunt: violentia agunt. et cum minus eadem per ignorantiam facta videantur. igi̾
7 iucunda ⁊ honeſta: inuoluntaria non ſunt. ¶ Quarta concluſio. Non omne per ignorantiam factum: volũ
tarium eſt. nam eſt aliquid per ignorantiam factum: quod poſtea cognitum nobis penitudinem meſtitiamq;
inducit. et id non voluntarium eſt: verum potius inuoluntarium. non tamen omne quod quis per ignoran-
tiam agit cognitum penitudinem inducit / aut poſtea ſe feciſſe dolet: ⁊ id quidem non inuoluntarium. cum ob
idipſum poſteaꝙ̃ cognitum eſt non doleat. neq; quidem voluntarium: nullus enim que neſcit volũtarie agit /
ſed dici poterit non ſponte actum. nos itaq; hunc in modum poterimus diffinire inuite agere / ⁊ non ſpõte age
re. Inuitus agit qui aut vi aut ignorantia quicꝙ̃ agit: quod poſtea cognitum penitudinem / triſtitiamq; in-
ducit. non ſponte autẽ agit: qui ignorantia quicꝙ̃ agit quod poſtea cognitum penitudinem triſtitiamq; non
inducit. et cum idem non ſit inuite agere et non ſponte agere: ſatius eſt illis hoc pacto peculiaria nomina in-
8 didiſſe. ¶ Quinta cõcluſio. Non peritus idẽ eſt quicꝙ̃ per ignorantiã facere / ⁊ ignorantẽ facere. Nã ebrius

aut iratus non videtur per ignorantiam facere/ ſed potius ob temulētiam aut iram. attamē ebrius ⁊ iratus
nō ſciens ſed ignorans agit. non igitur penitus idē eſt quicꝙ̄ per ignorantiā ⁊ ignorantē facere. verūenimuero
omnis prauus/ flagitioſuſqꝫ ignorat q̄ agere oportet: ⁊ a quibus abhorrendū abſtinēdūqꝫ eſt. ⁊ ob huiuſmodi
errorem iniuſti homines/ maliqꝫ omnino fiunt. ¶ Sexta concluſio. Non omnis ignorantia inuoluntarium 9
facit. Non enim iccirco dicitur quis inuitus/ inuoluntarieqꝫ agere: quia ignoret quod conducit/ vtileqꝫ eſt.
nam ignorantia que ex electione prouenit: non inuoluntarij ſed prauitatis cauſa eſt. ſimiliter ⁊ ignorantia
vniuerſalis: quandoquidem ob eam ignorantiam homines reprehenduntur. non igitur omnis ignorantia
inuolunta rium facit. ſed ignorantia alicuius particularum eorū circa que noſtra verſatur actio/ interdū iuo
luntariū cauſat ⁊ interdū in talibus cōmiſeratio et venia locū habēt: cū quis aliqͩ eorū ignorat / inuituſqꝫ
agit. ¶ Correlariū. Quapropter non ab re fuerit has particulas/ haſqꝫ particulares circūſtantias enumera- 10
re. ſunt enim he quis quid/ circa quid/ quo/ in quo vt inſtrumento gratia cuius vt ſalutis gratia quo modo
vt ſenſim vel vehementer. ¶ Septima concluſio. Harum circunſtātiarū aliquas ignorare cōtingit: oēs aūt 11
impoſſibile eſt. Nā nullus ſeipſum qui agit ignorat. ſed ignorare quoquo modo poteſt: qui agit quēadmodū
aiūt aliquid excidiſſe ſibi: vel neſciſſe arcana fuiſſe quēadmodū Eſcylus cum arcana ceteris retexit/ aut cum
quis catapultam oſtendere vult: eā dimittit. poteſt ⁊ ignorare circa quid ⁊ in quo. vt quis putare filium eſſe
hoſtē: vt Merope putauit. poteſt ⁊ quis ignorare quo inſtrumento: vt putare haſtam cuſpide carentem aut
lapidem eſſe pumicē. quo cū caſtigationis cauſa aliquē percuſſerit enecabit. aut percutiet aliquis alterū/ illū
in lucta medijs brachijs implecti volens. ⁊ hoc pacto de reliquis. contingit itaqꝫ harum circunſtantiarū ali-
quas ignorare: et ſi non oēs. ⁊ qui agens earū aliquā ignorat: preſertim earū aliquā precipuā que poſtea co-
gnita dolorē penitudinēqꝫ afferat: inuitus agere dicetur. pricipaliſſima autem omnium noſtrarū actionū cir-
cūſtantia: eſt gratia cuius/ ⁊ eſt circunſtantia finis. ¶ Diffinitio. Cū inuolūtariū diffiniuerimus quod vi aut 12
ignorantia eſt factū: merito diffinire poſſumus voluntariū/ cuius principiū in agente eſt operationis ſingula
cognoſcētē. ¶ Octaua cōcluſio. Que ob irā aut cōcupiſcētiā fiunt: nō ſatis recte fieri inuoluntarie dicūtur. 13
¶ Primo. quia neqꝫ belua/ neqꝫ pueri: quicꝙ̄ ſponte facerent/ vt pote qui ex ira aut concupiſcentia operen-
tur oīa. ¶ Secundo. id querendū eſt an ex ira aut cōcupiſcētia noſipſi nihil agam⁹: vel an ſolū honeſta volū-
tarie ⁊ turpia inuoluntarie admittamus. que ſi abſurda videbuntur cum ⁊ honeſtorum ⁊ turpium eadem eſt
cauſa: non ſatis recte inuoluntaria eſſe aſſerētur que ob irā aut concupiſcentiam cōmittuntur. ¶ Tertio. non
minus abſurdū eſt nos ea exiſtimare inuitos agere: que debem⁹ bono iure appetere: debemus aūt pro quibuſ-
dā iraſci ⁊ cupere nōnulla vt ſanitatē/ vt diſciplinā. nō igitur talia ſunt inuolūtaria. ¶ Quarto. que inuolū-
taria ſūt dolorē afferūt. que aūt ob cupiditatē agūtur voluptate afficiunt. nō ſūt igitur inuolūtaria. ¶ Qui-
to. que ratio potior eſt vt ea quibus per rationē delinquimus voluntaria dicanꝫ: quibus vero per irā inuolū-
taria: fugienda enī vtraqꝫ ſunt. at que per rationē delinquimus: voluntaria ſunt. igitur ⁊ que per irā ⁊ alios
affectus. nō enī actus rationis expertes minus hominis eſſe videnꝫ. ⁊ hominis act⁹ ab ira: et cupiditate pro-
ficiſcūtur. abſurdū eſt igiꝫ talia que per iram ⁊ cōcupiſcētiam fiunt: eſſe inuoluntaria.

Determinatis autē his: eo inquā qꝺ ſponte/ ⁊ eo quod inuit⁹ Cap. II. 14
quiſpiam agit: cōſequēs eſt vt de electione dicamus. Ipſa nāqꝫ virtuti eſſe
familiariſſima/ ⁊ magis ꝙ̄ ipſi actus dijudicare mores videtur. electio itaqꝫ 15
ſponte quidē noſtra videtur fieri. ¶ Non tamen eſt idem quod illud qꝺ ſpō-
te fit. Sed quod fit ſponte ad plura ſeſe extendit: eſt enim cum pueris ⁊ animalibus
ceteris nobis cōmune. electio vero nō eſt cōmunis. ¶ Et ea que a nobis repente fiūt
ſponte quidē noſtra fieri dicimus: electione vero non dicimus. ¶ Qui vero dicunt ip- 16
ſam eſſe cupiditatē/ vel irā/ vel voluntatē/ vel opinionem quādā: non recte dicere vi-
dētur. etenī electio non eſt cōmune homini cū rationis expertibus. at cupiditas eſt/ ⁊
ira. ¶ Et incōtinens cupiens quidē: non tamen eligens agit. continens autē contra:
eligēs qͩdeꝫ/ at nō cupiēs agit. ¶ Et cupiditas qͩdē aduerſatur electioni: cupiditati ve-
ro cupiditas non repugnat. ¶ Cupiditas preterea iucundi eſt et moleſti. electio vero
neqꝫ moleſti neqꝫ iucundi. ¶ Ira etiā minus eſſe videtur. quippe cum ea que fiūt ira-
minime per electionē fieri videātur. ¶ At vero neqꝫ volūtas eſt: tametſi finitima hec
eſſe videntur. electio namqꝫ nō eſt eorū que fieri nequeūt. ꝙ ſi quis eligere dixerit ea:
amens eſſe videbitur. voluntas aūt eſt: vt immortalitatis. ¶ Et voluntas quidē eſt et
circa ea que per ipſum qui vult/ nequaꝙ̄ agerentur. Volumus enim hiſtrionē aliquē
vincere certamē. at eligit talia nemo/ ſed ea que per ſeipſū exiſtimat fore poſſe. ¶ Pre-
terea voluntas quidem magis eſt finis ipſius: electio autē eorum que ferunt ad finē.
Ut ſani quidem eſſe volumus: eligimus autē ea quibus erimus ſani. ⁊ felices quidē
eſſe volumus/ atqꝫ ita dicimus: eligimus autē non conuenit dicere. Atqꝫ omnino cir
ca ea verſari videtur electio: que in noſtra ſunt poteſtate. ¶ Opinio quoqꝫ nō eſt. Opi
natio nāqꝫ circa vniuerſa videtur eſſe. nec minus circa eterna ⁊ ea que fieri nequeūt:
ꝙ̄ circa ea que noſtra in poteſtate ſunt collocata. ¶ Et falſo/ veroqꝫ diuiditur: non ma
lo/ bonoqꝫ. electio aūt hiſce magis. ¶ Electionē igitur idē eſſe ⁊ opinationē omnino/
nemo forſitan dicit. at nec etiam eſt idem quod opinatio quedā. eligendo namqꝫ bona
vel mala quales quidem ſumus: opinando autē non ſumus. ¶ Et eligimus quideꝫ ca-
pere aliquid aut fugere/ aut aliquid talium. opinamur autē quidnam ſit vel cui confe-
rat: vel quo pacto conducat. ſed capere aut fugere non nimiū opinamur. ¶ Et electio

quidem laudatur ex eo: quia eſt eius quod oportet magis/ vel quia eſt recta. opinio ve-
ro ex eo quia eſt vera. ⁊ eligimus quidem que maxime ſcimus eſſe bona: opinamur
autem ea que non nimium ſcimus. ¶ Videntur preterea non iidem homines eligere
optima/ atqꝫ etiam opinari. ſed quidam opinari quidem melius: ob vicium autem nõ
ea que oportet eligere. Nichil autem refert ſi antecedat electionem aut comitetur
opinio. non enim idipſum nunc perſcrutamur: ſed ſi idem ſit electio quod opinatio
17 quedam. ¶ Quid igitur aut quale quid ſit electio: cum nichil ſit eorum que diximus?
Videtur itaqꝫ ſponte quidem a nobis fieri. attamen non omne quod ſponte agimus:
eſt eligibile. ſed id cuius conſultatio anteceſſit. electio namqꝫ cum ratione eſt atqꝫ mẽ
te. Subſignificare autem id et nomẽ videtur: inuens ipſum ex aliis legibile eſſe.

16 ¶ Secundi capitis note. ¶ Cupiditas/ concupiſcentia. ⁊ eſt affectus perturbatioqꝫ delectabilis aſſequen-
di. ¶ De immortalitate ſecundum vitam ſenſibilem/ ⁊ qua in hoc ſenſibili mundo vegetamus intelligatur
dictum Ariſtotelis.

¶ Secundum cap. tribus concluſionibus ⁊ vna diffinitione partitum eſt.

14 Secundi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Poſt determinationem de voluntario
⁊ inuoluntario abſolutam: conſequens de electione determinatio ſuſcipiẽda eſt. ¶ Primo, quia electio vir-
tuti ſimiliatiſſima eſt/ ⁊ magis virtutes ipſas ꝙ̃ ipſi actus declarans. ¶ Secundo, electio ſponte noſtra fit/
voluntariaqꝫ eſt. igitur non alienum eſt poſt voluntarii inuoluntariiqꝫ determinationem eius determinatio-
nẽ ſuſcipere. ¶ Secunda concluſio. Electio ⁊ voluntarium non prorſus idem ſunt. ¶ Primo, nam volunta-
riũ latius ſe fundit atqꝫ cõmunius eſt/ vt quod pueris et aliis animantibus omnibus nobiſcũ cõmune eſt. ele-
16 ctio vero non: ſed ſolis hominibus addicta conuenit. ¶ Tertia concluſio. Non recte ſentiũt qui electionem:
cupiditatem/ iram/ voluptatem vel opinionem quandã eſſe dicunt. ¶ Primo. quia electio cõmunia homini-
bus cum beluis non habetur. at cupiditas/ ⁊ ira: hoc pacto communes habentur. ¶ Secũdo. quia incõtinẽs:
cupiens agit/ non autem eligens. ⁊ contra continens electione agit: non autem cupiditate. ¶ Tertio. cupidi-
tas aduerſatur electioni. at cupiditas non repugnat cupiditati. ¶ Quarto. cupiditatis eſt proſequi iucundū
atqꝫ delectabile: ⁊ moleſtum fugere. at electionis non hec ſunt. igitur electio non recte diceretur cupiditas.
et tanto minus electio ſtatuenda eſt eſſe ira: cum ea que perturbatione ire perpetrantur manifeſte ab electio-
ne non procedere cognoſcantur. Sed autem non ſit voluntas tametſi voluntati finitima ſit: patet primo. quia
electio non eſt impoſſibilium. ꝙ ſi quis impoſſibilium electionẽ eſſe dicat: plane deſipere videatur. volun-
tas autem impoſſibilium eſt. vt volunt homines immortales viuere. ¶ Secundo. volũtas eſt circa ea que
minime ſunt in poteſtate volentis. vt volumus plerumqꝫ aliquẽ vt hiſtrionem in certamine vincere: quod in
in noſtra poteſtate ſitum non eſt. at que in noſtra non ſunt poteſtate/ nemo eligit: ſed ea que per ipſum exiſti-
mat fieri poſſe. ¶ Tertio. voluntas potius ipſius eſt finis: electio vero mediorum in finem. vt ſani eſſe volu-
mus: eligimus autem ea per que ſani efficiamur. ⁊ felices eſſe volumus: at non apte dicimus/ eligimus eſſe
felices. igiꝰ nõ recte electio: voluntas eſſe dicatur. õnino tamen electio circa ea que in noſtra ſunt poteſtate
verſatur. ex quo rurſum patet electionẽ non eſſe opinionem. quia opinio circa omnia verſatur ⁊ eque circa
eterna/ impoſſibilia ⁊ ea que in noſtra ſunt poteſtate. ¶ Secundo. opinio vero ⁊ falſo diuiditur: non bono
aut malo. at electio bono maloqꝫ potius dirimitur. ¶ Tertio. Quis nemo forte electionem ⁊ opinionẽ om-
nino idem eſſe ſentiat: ſed nec opinio quidem quedam ſentienda eſt. nam propter electionem bonorũ vel ma-
lorũ: tales ipſi ſumus. at propter bonorũ/ malorũ ve opinionẽ: neqꝫ boni neqꝫ mali euadimus. ¶ Quarto. eli-
gimus aliquid proſequi aut fugere/ aut aliquid ſimile. at nos quid aliquid ſit opinamur: ⁊ quo conducat mo-
do quaqꝫ ratione ſit vtile. proſequi vero aut fugere: non multũ opinamur. ¶ Quinto. electio laudatur. ⁊ eo
amplius: quo magis quod oportet elegerit ⁊ quia rectum elegerit. at opinio nõ propter id: ſed propter verita-
tẽ laudatur. ¶ Sexto. eligimus ea que maxime ſcimus eſſe bona: que autẽ opinamur nos ea minime ſcimꝰ.
¶ Septimo. nec videntur iidem homines eligere ⁊ opinari optima. ſed opinantur melius: propter autẽ pra-
uitatẽ deteriora ſequũtur ac eligunt. nec refert an opinio electionẽ precedat/ an ſequatur. nec id hoc in loco
17 petitur: ſed a[n] electio ſit opinio quedam. ¶ Diffinitio. Cum electio non ſit aliquid predictorũ ſi efflagitetur
quidnã ⁊ quale ea ipſa ſit: adhiberi poteſt reſponſio ꝙ ſit quid voluntariũ at non omne: ſed id voluntariũ cuiꝰ
cõſultatio preceſſit. eſt enim electio cũ ratione ⁊ mente. ⁊ ad hoc nomen ipſum alludere videtur: quaſi ratio-
ne/ intellectuqꝫ vnũ ex aliis ſeligatur ſegregeturqꝫ ex aliis.

Cap. III.

18 SE eſt ne de omnibus conſultatio/ ⁊ omne quoduis eſt cõſultabi-
19 le: an de quibuſdam non eſt conſultatio? ¶ Atqꝫ dicendum eſt forſitan cõſul
tabile non id eſſe de quo quiſpiam inſipiens/ vel mente captus/ ſed id de quo
ſane mentis quilibet conſultaret. ¶ De eternis autē nemo conſultat. vt de
mundo: vel de diametri/ laterisqꝫ incõmenſurabilitate. Sed neqꝫ de iis que conſiſtũt
quidẽ in motu: ſemper autẽ fiunt eodẽ modo. ſiue neceſſitate/ ſiue natura/ ſiue propter
aliquã aliã cauſam. vt de ſolſtitiis atqꝫ ortu. Neqꝫ de iis que alias aliter ſeſe habent.
vt de ſiccitatibus/ imbribuſve. Nec itē de iis que eueniunt a fortuna. vt de theſauri
inuentione. Sed neqꝫ de humanis omnibus rebus. nam quonã pacto reſpublica Scy
tharum optime gubernaretur: nemo Lacedemoniorum conſultat. nichil enim horũ
20 per noſipſos fieri poteſt. ¶ Conſultamus autẽ de iis rebus agendis: que in noſtra ſũt
poteſtate. hee etenim reſtant. Cauſe namqꝫ videntur eſſe: natura/ neceſſitas/ fortuna ⁊
mens inſuper ac omne quod per hominem efficit. hominũ autẽ quiſqꝫ de iis conſultat
21 que agi per ipſum poſſunt. ¶ Atqꝫ circa exactas quidem ſcientias ⁊ ſufficientes: non

eſt conſultatio. vt de literis. non enim ambigimus quonam pacto litere ſint ſcriben-
de. Sed de ijs conſultamus que fiunt quidem a nobis: non tamen ſemper eodem mo-
do. vt de agendis per medicinam vel pecuniariam artem: ⁊ eo magis circa gubernan
di facultatem ꝗ̄ exercendi artem deliberamus/ quo minus exacta eſt. ⁊ de ceteris ſi-
mili modo. Atqꝫ magis circa artes ꝗ̄ circa ſcientias. nam circa ipſas magis ambigi-
mus. Conſultatio autem in ijs verſatur: que plerunqꝫ quidem fieri poſſunt: incerta
tamen ſunt quonam euenient pacto. ⁊ in quibus eſt indeterminatio. Atqꝫ cū magnis
de rebus deliberare volumus: ſuminius ⁊ alios ad conſilium/ diffidentes nobiſipſis/
tāꝗ̄ non ſufficientibus ad diſcernendum. ¶ Conſultamus autem non de finibus: ſꝫ
Pax — de ijs que ad fines ipſos perducunt. Nec enim medicus ſi ſanabit/ nec orator ſi perſu-
Connubium — adebit/ nec reipublice gubernator: ſi bene/ recteqꝫ legibꝰ ciuitatē inſtituet/ nec deniqꝫ
Dos patria — ceterorum quiſꝗ̄ de fine deliberat. ſed omnes poſito quodaꝫ fine: quēadmoduꝫ ⁊ per
Numerata pecunia — que fiet ille/ conſiderant. Atqꝫ ſi per plura poſſe fieri videtur/ per qđ illorum facillime
optimeqꝫ fiet: perquirunt. Sin per vnū: quonā pacto per illud fiet/ ⁊ illud itē per quid
efficietur conſiderant. idqꝫ faciunt: donec ad primam peruenient cauſam: que quideꝫ
in inuentione eſt vltimum. Qui namqꝫ conſultat/ is querere videtur: dictoqꝫ modo
perinde atqꝫ deſignationem linearum reſoluere. ¶ Non autem omnis perquiſitio/ 22
conſultatio eſſe videtur. Mathematice namqꝫ perquiſitiōes: conſultationes nō ſūt.
omnis autē conſultatio eſt continuo perquiſitio. idqꝫ quod vltimum eſt in reſolutio-
ne: primū eſſe conſtat in generatione. Atqꝫ ſi cōſultāteꝫ in aliquid inciderint/ quod/
quidem fieri nequeat: deſiſtunt. vt ſi ſit pecunijs opus: has auteꝫ habere non poſſint.
quod ſi videatur fieri poſſe: tunc agere aggrediūtur. Ea vero dicimus fieri poſſe: que
per noſipſos fieri poſſunt. nam ea que per amicos fiunt/ per noſipſos quodam modo
fiunt: quippe cum principiū ſit in nobis. Queruntur autem quandoqꝫ quidem inſtru
menta: quandoqꝫ autem vſus ipſorū. ⁊ in reliquis ſimili modo. Interdum per quod/
interdum quomodo/ aut per quem moduꝫ. Videtur igitur (vt dictum) homo pricipiū
actuum eſſe: ⁊ de ijs eē conſiliū/ que agi ab ipſo poſſunt/ ⁊ actus aliorum eſſe gratia.
finis igitur non erit conſultabilis: ſed ea que ducunt ad fines. ¶ Nec etiam ſingula- 23
ria: vt ſi panis ſit hoc/ vel confectum ſit vt oportet. hec enim: ſenſus ipſius ſunt. ¶ Q; 24
ſi ſemper quiſpiā conſultauerit: in infinitum abibit. conſultabile autē ⁊ eligibile idē
eſt. ipſum tamen eligibile definitum iam eſt. Quod enī ceteris ex conſultatione pretu
limus/ id eligibile eſt. deſinit enī tunc demuꝫ vnuſquiſqꝫ perquirere quonā aget pa-
cto: cū in ſeipſū principiū redigit. ⁊ in id ſui ipſius quod antecedit. hoc eſt enī quod eli
git. Patet hoc ita eſſe ⁊ ex vetuſtiſſimis rebus publicis: quas imitabatur Homerus.
que namqꝫ reges eligerent: ea populo renunciabant. Cum igitur ipſū eligibile ſit cō
ſultabile: appetibile ex ijs que in noſtra ſunt poteſtate: ⁊ ipſa electio deliberatiua appe
titio rerū erit/ earum que in noſtra ſunt poteſtate. nam ſimulatqꝫ dijudicauimꝰ ex cō-
ſultatione: affectamus deliberatione. Quid eſt igitur electio: figura ſit dictum. ⁊ cir-
ca que verſatur: et eorum eſſe quibus ad ipſos fines/ acceditur.

¶ Tertij capitis note. ¶ Conſultatio/ conſilium. ¶ Quid ſolſtitia/ ſoliſqꝫ conuerſiones ſint/ ⁊ quid ſignoruꝫ 18
vnumquodqꝫ: aſtronomi eſt cognoſcere. ¶ Neceſſitas: vis/ violentia. ¶ Scythe populi ſunt Meotidis pa- 19
ludis accole. ¶ Hec in noſtra ſunt poteſtate que ſi volumus facimus: ⁊ que eadem ſi facere nolumus facimꝰ 20
minime. ¶ Sub fortuna caſus comprehenditur. ¶ Quod per hominem efficit: eſt potentia affectus habi- 21
tus ⁊ ſimilia. ¶ Facultas exercēdi/ gymnaſtica que mitis pricitur: ſaltu curſu lucta iactu ⁊ ſimilibꝰ. ¶ De-
liberare conſultare/ conſilio inquirere. ¶ Perſuadere: in ſuaꝫ ſententiā auditoris animū dicendo inducere.
eſt oratoris officiū. ¶ Diagrāma eſt geometrica linearum deſignatio. ⁊ eſt menſura Pythagore ex Panes
piſtemon Politiani. ¶ Geometer lineas deſignat: quarum demonſtrationē reſoluendo in principia aut ex
principijs cognita perquirit. Reſoluere de vno in aliud inquirendo procedere. ¶ Mathematici: qui quadri-
uiū aut eius partiū aliquam ſunt adepti. ¶ Quadriuiū eſt Arithmetica/ Muſica/ Geometria/ Aſtronomia.
Q; finis pri- mū ſit i inqſitione ⁊ vltimū i aſſequutione — ¶ Quo pacto id quod in inquiſitionis reſolutione vltimū eſt: gnatione atqꝫ ad ipſum peragendū negocium
primum ſit: hoc exemplo deprehenditur. Propoſitus eſt finis: pax. conſultatur quo pacto haberi queat. cō-
pertum eſt matrimonio ⁊ id vnum medium eſſe cōuenientiſſimū: mox cōſultatur quo medio id fieri poſſit. cō
peritur ſi certa patria pro dote dabitur. pgitur cōſultando quo pacto ea patria dos dari poſſit. conſilio com-
peritur ſi patrie prefecto numerabuntur pecunie/ quod ⁊ facto facile occurrit. Vltimum in hac reſolutione/
conſilijqꝫ perueſtigatione repertuꝫ: eſt pecuniarum numeratio/ ⁊ ab hac pro illa pace conſequēda inchoandū
eſt/ ⁊ primū prefecto patrie numerāde ſunt pecunie. mox pria in dotē proponenda. hinc firmanda cōnubia et
vltimum finis eſt/ atqꝫ ciuium in optata pace trāquillitas. Q; ſi vltimum/ vt numerande pecunie/ haberi nō
poſſet: deſiſterent protinus a conſultatione: de optati finis conſecutione deſperantes. ¶ Singularia/ indiui- 23
dua. ¶ Eorum que ſenſu cognita ſunt: iccirco conſilium eē non ponitur/ ꝗ̄ in cōſultādo principia ſint. ſi itaqꝫ 24

de ipſis conſultaremus: haberent principia / ⁊ eodem iure illa iterum principia / abiretq; hoc in infinitum.
¶ Principium primum prima (a qua in noſtris agendis incipimus) cauſa.
18 ¶ Tertium cap. vna queſtione ⁊ ſex concluſionibus partitum eſt.
Tertij capitis Cõmentarius ad litteram. ¶ Queſtio. Utrũ omniũ ſit conſultatio: atq; omne conſultabi-
19 le. an quorũdam potius conſultatio nulla ſit. ¶ Prima concluſio. Nõ omniũ eſt cõſultatio. ¶ Primo. quia
cõſentaneũ nõ eſt eius cõſultationẽ ponere de quo incipiẽs aut amens quereret: ſed de quo ſane mẽtis ratio-
niſq; cõpos cõſultaret. ¶ Secundo. nemo cõſultat de eternis: vt de mũdo / de quadrati ⁊ eius coſte incomen-
ſurabilitate. de ijs que ſẽpiterno motu eodẽ tenore iugiter permanere viſũtur: vt de ſolis cõuerſiõibus ſigno-
rũq; ortu / neq; de ijs que neceſſitate aut natura fiunt / aut propter aliã ſimilẽ cauſã. itẽ neq; de oĩbus ijs: que
alias aliter ſeſe habẽt vt de ſiccitatibus ⁊ imbribus. neq; de ijs cõſultamus: que a fortuna contigũt vt de the-
ſauri inuẽtione. imo vero neq; de oĩbus rebus cõſultamus humanis. nã quo pacto Scytharũ reſpublica opti-
me gubernetur: nemo Lacedemoniorũ cõſultat. predictorũ eni oĩm per nos nihil agi poteſt. cõſtat igitur non
omniũ cõſultationẽ eſſe: q2 nõ omne ſit cõſultabile. ¶ Secũda cõcluſio. Cõſultatio earũ rerũ eſt: que a no-
20 bis agi poſſunt / ⁊ que in noſtra poteſtate exiſtũt. Quoniã he ſole reſtãt in quibus conſultationẽ collocemus.
nam operationũ cauſe ſunt natura neceſſitas fortuna / mens ⁊ omne quod per hominẽ efficit. at nõ conſulta-
mus de ijs que aut natura / neceſſitate / aut fortuna fiunt. ſed cõſultat quiſq; de ijs que per ipſum agi queũt.
conſultatio igitur earũ rerum eſt: que a nobis agi poſſunt ⁊ que in noſtra poteſtate ſunt. ¶ Tertia cõcluſio.
21 Non de omnibus que a nobis agi poſſunt ⁊ que in noſtra poteſtate iacent / ſitaq; ſunt: cõſultamus. ¶ Primo
quia circa exactas percertaſq; diſciplinas ⁊ ſufficientes: non conſultamus. vt de litteris in grãmaticis. non
enĩ ambigimus quo pacto litere ſint ſcribẽde. ſed nos de ijs cõſiliũ capimus que a nobis quidem fiunt: ſed nõ
ſemper eodẽ modo. vt de ijs que ad medicinã ⁊ rẽ pecuniariã pertinent ⁊ de gubernãdi faculrate / ⁊ exercẽ-
di. ſed eo amplius de gubernandi faculrate q̃ exercendi: quo magis gubernãdi facultas indeterminatior / in-
certiorq; habetur. ⁊ pari quoq; modo de ceteris conſimilibus ⁊ magis circa artes deliberamus q̃ circa ſciẽ-
tias: q2 circa artes ipſas magis ambigimus. etenim conſultatio in ijs ipſis verſari videtur: que vt frequenter
accidunt. attamen que incerta quo euentura ſint modo: indeterminata / incognitaq; ſunt. at cũ de arduis re-
bus ⁊ que pondus habent deliberare volumus: aſciſcimus ⁊ alios nobiſcum ad conſiliũ non ſatis nobipſis con
fidentes / tanq̃ ad diſcernẽdum inſufficientioribus. ¶ Secundo. nõ conſultamus de finibus ſed de ijs que nos
ad fines ipſos perducunt. non enim medicus conſultat ſi ſanabit / nec orator ſi perſuadebit nec reipublice gu
bernator ſi bene atq; tranquille ciuitatem legibus inſtituet ac moderabit / nec aliorum quiſq; de fine delibe-
rat ſed omnes ſtatuto fine primũ cõſiderant: quo pacto an vno / an pluribus medijs ad ipſum perueniatur. ſe-
cundo. ſi pluribus deueniri poteſt medijs quo illorum faciliime / atq; optime deuenietur. tertio. ſi vnico de-
ueniendum eſt medio: quo pacto id fiet / ⁊ per quid id aſſequemur medium quouſq; ad primam deueniamus
cauſam / que inuentione vltima eſt. qui enim conſultat: querere videtur ac reſoluere perinde atq; ille qui line-
22 as deſignat. ¶ Quarta cõcluſio. Tameſi omnis conſultatio perquiſitio quedã ſit: nõ õnis tamẽ perquiſitio
cõſultatio eſt. Nã mathematici perquirũt. huiuſmodi aũt perquiſitiões: cõſultatiões nõ ſũt. attamẽ vt dictũ
eſt / omnis conſultatio perquiſitio eſt. ⁊ quod in huiuſmodi reſolutione perquiſitioneq; vltimũ eſt: id in nego-
cio conficiendo primũ eſt. ⁊ ſi conſultantes reſoluendo in aliquid inciderint (vt ſunt pecunie) quod haberi nõ
poſſit: hoc modo conſultare deſiſtunt. ſi autem poſſit: tunc ab illo aggrediuntur opus. ⁊ hoc in loco dicimus
nos poſſe que per nos ipſos poſſumus / ⁊ que per amicos poſſumus / per nos ipſos poſſe reputamus. nã principiũ
in nobis eſt. ⁊ in hac conſultatoria inueſtigatione: quandoq; querũtur inſtrumenta / quandoq; inſtrumentorũ
vſus / quandoq; per quod fit quod intenditur quandoq; quo modo fit ⁊ per quẽ modum quoue mediante fit.
⁊ homo (vt dictum eſt) ſuarum actionum principium eſt: ⁊ de ijs cõſultat ſemper que ſunt aliorũ gratia. qua-
23 propter rurſum ipſius finis conſultatio non eſt: ſed eorum que nos in ipſũ finẽ perducunt. ¶ Quinta cõcluſio.
Singularium non eſt conſultatio. Nam hec: ipſius ſunt ſenſus. vt nemo conſultat an hoc ſit panis an ſit con-
coctum vt oportet. ¶ Sexta concluſio. Conſultatio finitorum eſt. nam ſi in infinitum conſultatur: hoc in in-
24 finitũ abibit. id autẽ eſſe neq̃t. nam conſultabile ⁊ eligibile idẽ ſunt. q̃d tamẽ ſit eligibile: prius determinatũ eſt. ⁊
reuera id eligibile eſt: qd ex cõſultatiõe ceteris pretulerim⁹. ſi itaq; cõſultatio in imẽſũ ſine termino progrede-
retur: nihil eſſet eligibile q2 nihil eſſet ceteris prelatũ. finitorũ igr̃ cõſultatio eſt. quinimo ⁊ tũc deſinit vnuſ-
quiſq; conſultare quonã pacto aget: cũ principium in ſeipſum redigit ⁊ quicquid ipſius conſultationis preceſ-
ſerit in id ipſum. ⁊ id quidem quod preceſſit eligibile eſt. quod ⁊ patet ex vetuſtiſſimis inſtitutis que Ho-
merus ſectatus eſt: vbi inducit reges que elegerant denunciare in populum. quo fit cum eligibile iterum eſſe
cognoſcatur conſultabile quoddam affectabile eorum que in noſtra ſunt poteſtate: vt electio identidẽ ſit con-
ſulta quedam affectio / eorum que in noſtra poteſtate ſunt. ita ex conſultatione enim iudicantes: ſecundum cõ-
ſilium affectare dicuntur. Sed hactenus de electione. circa que exiſtat. ⁊ q2 circa ea que nos ad finẽ perducũt /
vt ⁊ ipſa conſultatio: dictum putetur abunde.

Cap.IIII.

25 Voluntatẽ autẽ finis q̃dẽ ipſius eſſe: iã paulo antea diximus. Sed videtur
alijs quidẽ eſſe veri boni: alijs apparẽtis boni. Atq2 ſit ſentẽtia quidẽ eorũ
q̃ verũ bonũ id eſſe cẽſent qd eſt affectabile volũtate: vt id nõ ſit affectabile
volũtate qd is q̃ nõ recte expetit vult. Nã ſi ſit: erit et cõtinuo bonũ. at erat
forte malũ. Sẽtẽtia aũt eorũ q̃ bonũ apparẽs ĩquunt eſſe qd eſt affectabile volũtate / vt
nichil ſit proſus qd ſuapte natura ſit affectabile volũtate: ſed id qd vnicuiq2 videt̃. at
aliud alij videtur: et repugnãtia forte. ¶ Quod ſi hec nõ placẽt; dicẽdũ eſt ſimpliciter
quidẽ et reuera verũ bonum eſſe affectabile volũtate: vnicuiq2 vero id quod vnicuiq2
26 videtur. ¶ Studioſo igitur id eſt affectabile voluntate / quod vere eſt bonũ: vicioſo ve
ro quicquid contigerit. Fitq2 hoc perinde atq2 in corporibus ipſis. his enim quorum
corpora bene ſeſe habent: ſalubria ſunt ea que vere talia ſunt. ijs autem quorum cor-

poꝛa ſunt egrota:non hec ipſa/ſed alia.ſimiliter ⁊ amara ac dulcia/⁊ calida/atq̧ gra
uia:⁊ ſingula ceteroꝛum. ¶ Studioſus enī homo recte ſingula iudicat:⁊ ſingulis in
rebus id ipſi videtur quod vere eſt tale.in vnoquoq̧ enī habitu ſunt pꝛopꝛia quedam
honeſta atq̧ iucunda.atq̧ in ſingulis plurimum foꝛtaſſe pꝛeſtat vir ſtudioſus / in di-
noſcendis ijs que vere talia ſunt:pꝛopterea quod eſt vt noꝛma quedam atq̧ menſura
ipſoꝛum.Multitudo vero decipi videtur ob voluptatem.ipſa namq̧ bonum quidē
non eſt:bonum tamen eſſe videtur.pꝛoſequitur igitur ipſam tanꝙ bonum:doloꝛem
autem fugiunt tanꝙ malum.

Socratici ¶ Quarti capitis note. ¶ Pꝛima opinionum:quorundam Socraticoꝝ eſt/⁊ ſecunda Academicoꝝ. ¶ Stu 25
Academici dioſus circa agenda vite:recte iudicat.⁊ vnuſquiſq̧ artifex eoꝛum que nouit.⁊ in facilitate iudicij maxime 26
Anacarſis errare ſolent homines:ꝙ Anacarſis ſcytha admirari ſolebat/⁊ vehemēter carpere:ꝙ cū apud grecos certa-
rent artifices/iudicarent qui opifices non eſſent.

¶ Quartum cap. duabus opinionibus ⁊ vna concluſione partitum eſt.

Quarti capitis Cōmentarius ad litteram. ¶ Due opiniones. Voluntatem eſſe ipſius finis iam diximus: 25
ſed eius ſunt due opiniones. Vna eſt ponentium voluntatem eſſe ſolius veri boni.⁊ iccirco hi diffiniunt ve-
rum bonum:quod eſt voluntate affectabile/voluntq̧ nos ea non velle que non recte cupimus. nam ea mala
ſunt. nos autem(vt eoꝛum fert opinio)nichil niſi bonum volumus. quare pꝛotinus ſi ea vellemus/bona eſſēt:
mala autē ſunt. Scḋa eſt ponentium voluntatē ſolū eſſe apparentis boni.⁊ iccirco eoꝛum ſententia diffinitur
apparens bonum quod eſt voluntate affectabile/voluntq̧ nichil eſſe quod ſuapte natura bonum ſit volunta-
teq̧ affectabile:ſed vnicuiq̧ id bonum dici volunt quod vnicuiq̧ videtur.ſed cum vnū vni videatur/⁊ alte-
rum alteri:contingent de eodem contraria.nam cum vnum alicui apparet bonū:eoꝝ ſententia bonum eſt.⁊
cum idem alteri apparet malum:eoꝛum itidem ſententia malum eſt.idem igitur ⁊ bonum ⁊ malum.que ſūt
contraria.que ſi abſurda videntur atq̧ nimirum diſplicent:diffiniri poterit ſimpliciter ⁊ reuera bonū quod
ſimpliciter voluntate affectabile eſt.ſecundum quid vero/⁊ vnicuiq̧ bonum:quod cuiq̧ videtur. ¶ Conclu 26
ſio. Quod ſtudioſo eſt voluntate affectabile/ſimpliciter/⁊ reuera bonū eſt:quod vero vicioſo/ſecundū quid
bonum/⁊ quicquid contigerit. ¶ Pꝛimo. quia in ijs bonoꝝ affectationibus:ſtudioſus ⁊ vicioſus perinde ſe
habent ac coꝛpoꝛa ipſa ad ſua bona.atqui quoꝛum coꝛpoꝛa recte valent/ſanaq̧ ſunt:hi que vere ſalubꝛia ſunt
appetunt.illi vero quoꝛum coꝛpoꝛa inualitudine languent/non que vere ſalubꝛia ſed que ſibi ſalubꝛia appa-
rent:nunc ſine vllo diſcrimine amara nunc dulcia/nunc calida/nunc grauia ⁊ cetera id genus.igiꝛ ſtudioſus
voluntate affectat quod vere bonum eſt:vicioſus vero contra non id ſed quod ſibi apparet. ¶ Secundo.ſtu-
dioſus ſingula recte iudicat:⁊ in ſingulis quod vere tale eſt agnoſcit.ſecundum enim vnumquemq̧ habi-
tum pꝛopꝛia quedā ſūt.honeſta ⁊ iucūda.atq̧ in ſingulis rite dinoſcēdis que vere talia ſint longe antecellit
ſtudioſus:ꝙ vere bonoꝛum quedā regula ſit ac mēſura.nichil mirum igiꝛ ſi quod vere bonum eſt/voluntate
ſtudioſus:vicioſus vero non id ſꝫ quod illi ipſi apparet.multitudo enim vicioſoꝛumq̧ turba vt conſtat volu-
ptate decipitur.nam voluptas bonū non eſt.at bonū illis eſſe videtur.pꝛoſequūtur itaq̧ tanꝙ ea bonū ſit:
doloꝛēq̧ tāꝙ malum hoꝛrēt.⁊ fugiunt.

Cap.V.

CUm igitur finis quidem ſit affectabilis voluntate/ea vero quibus itur ad fi 27
nē cōſultabilia ſint atq̧ eligibilia:fit vt actus ij qui circa hec verſātur ab ele 28
ctione pꝛoficiſcantur/noſtraq̧ ſponte efficiantur. ¶ At operationes virtu-
tum circa hec ipſa verſātur.noſtra igitur in poteſtate ipſe virtutes:⁊ idēti-
dem vicia collocātur. ¶ Quibus enim in rebus noſtra ī poteſtate ſitū eſt agere:in ijs
⁊ non agere.⁊ in quibus non agere:in ijs eſt ⁊ agere.quare ſi agere bonū (quod ho-
neſtum eſt) in nobis eſt ſitum:⁊ non agere/quod eſt turpe/in nobis eſt collocatum.et
ſi nō agere malum(quod eſt honeſtum)in noſtra eſt poteſtate:⁊ agere/quod eſt turpe/
in nobis eſt ſitum.ꝙ ſi in nobis eſt ſitum tam honeſta ꝙ turpia agere:⁊ ſimili modo
nō agere/hoc autē erat bonos ⁊ malos eſſe:in nobis certe eſt ſitū nos pꝛobos ipꝛobos
eſſe. ¶ Dicere autem ſua ſponte neminem pꝛauum/nec inuitū quemq̧ beatum eſſe:al 29
terum falſo eſt ſimile/alterum vero. Nā beatus quidem nemo eſt inuitus:ſponte aūt
noſtra pꝛauitas comparatur.vel obſtandum eſt ijs que modo ſunt dicta:⁊ hominem
nō eſſe pꝛīcipiū eſt dicēdū neq̧ pꝛocreatoꝛē actuuꝫ ꝑinde ac liberoꝛū.ꝙ ſi hec vera
videntur/nec in alia vlla/pꝛīcipia actuū ꝙ̄ i ea q̄ ſūt ī nobis/reducere poſſumus:quoꝛū
pꝛīcipia ſūt ī nobis/ea quoq̧ ī nobis ſūt ſita/ſpōteq̧ a nobis fiūt. ¶ Hec ita eſſe/teſtes
ſunt ⁊ pꝛiuatim ſinguli homines:⁊ ipſi legumlatoꝛes.nam eos quidem qui pꝛaua fa-
ciunt/ſi modo non vi/nec ob ignoꝛationem eam cuius ipſi non fuerint cauſa/illa agāt
caſtigant ac puniunt.ijs autem qui honeſta agunt/honoꝛes inſtituunt:vt homines
partim hoꝛtentur/partim pꝛohibeant.At ad ea agenda que nec in noſtra ſunt poteſta-
te/nec noſtra ſponte efficiuntur/nemo pꝛoꝛſus hoꝛtatur:quippe cum vanum ſit perſua
ſum eſſe cuipiam non calere aut non dolere/aut nō eſurire/aut quiduis aliud tale.nā
nichilominus hec ipſa patietur. Etenim pꝛo ignoꝛatione etiam ipſa:penas inſtituūt:
ſi quiſpiam ignoꝛationis eſſe ſibi cauſa videretur.ebꝛios namq̧ duplici pena afficien-

doſ eſſe putarunt. ꝓ̄cipium enim in ipſis eſt: quippe cū in ipſorū ſit poteſtate ebrie-
tatē vitare/ q̄ quidem ignorātiōis eſt cauſa. Puniūt etiā eos qui aliquid eorū igno-
rant q̄ legibus ꝯtinēt: q̄ quidē ſcire oportet/ nec ſunt difficilia cognitu. ſimiliter ⁊ ī
alijs q̄cūq ꝑ negligentiā hoīes ignorare videt̄: ex eo plane q: in ipſis eſt non igno
rare. eſt enim in ipſorū poteſtate diligentiā adhibere. at fortaſſe tales ſunt q̄dā vt di
ligentiam non adhibeant. ¶ At vt tales fierent/ ⁊ iniuſti/ aut intemperantes: ipſi
ſunt ſane cauſa diſſolute viuentes/ ⁊ res iniuſtas agentes/ ⁊ potui/ ⁊ rebus talibus
indulgentes. operationes enim que ſunt circa ſingula: tales efficiunt. Quod quidē
ex ijs patet q̄ cuiuis ludo vel actui ſtudent. ꝑſeuerāt enim in operādo. Ignorare igi-
tur ex operationibus q̄ fiūt circa res ſingulas/ habitꝰ ipſos emergere: nimiū hebetis
hoīs eſt. ¶ Preterea metas ratiōis egredit̄: iīurias faciētē hoīem aut intēperate agē
tē/ nolle ſe iniuſtū aut intēperatū eſſe. ꝙ ſi quis nō ignorans agit ea ex q̄bꝰ erit iniu-
30 ſtus: is ſua ſpōte erit iniuſtus. ¶ Nō tn̄ ſi vult/ cū eſt iīuſtꝰ/ deſinet eſſe talis: ac iuſtꝰ
erit. Nec eni q̄ egrotat: ſi vult/ erit ſanus. ⁊ forte ſua ſpōte egrotat: ſi icōtinent viue
bat/ ⁊ p̄cepta medicorū negligebat. tūc igit̄ licebat ipſi nō egrotare. ſ3 poſteaꝗ̄ va-
litudinē ꝑdidit ſuā: nō lic3. Sicut neq fit vt q̄ſq reſumat lapidē quē ꝓiecit. erat tn̄
in ipſo ſuū ſumere ipm̄ atq ꝓijcere. ꝓ̄cipiū enī erat in ipſo. Modo eodē ⁊ iniuſto/
⁊ intēperāti licebat quidem ab initio talē nō fore. quapropter ſua ſpōte eſt talis. ſed
poſteaꝗ talis eſt factus: non licet ipſi non eſſe talē. ¶ Nō ſolum aūt animi vicia: no-
ſtra ſponte fiunt: ſed corporis etiā interdum a nōnullis identidem comparantur.
Quos quidem ⁊ increpamus. eos eni qui natura ſunt turpes/ reprehēdit ꝑfecto ne-
mo. ſed eos qui per inertiam tales atq ocium euaſerunt. Idem ⁊ circa imbecillitatē
euenire videtur. ⁊ cū quiſpiā membris eſt captꝰ. nemo nāq exprobrabit cuiꝗ̄ id ip-
ſum: ſi ſit aut natura/ aut egritudine/ aut vulnere cecꝰ/ ſ3 potiꝰ miſerebit̄. Q: ſi ebrie
tate/ vel aliquo alio flagicio captꝰ ſit oculis: oēs vtiq carpēt/ ac icrepabūt. viciorū3
igit̄ corporis: ea q̄dē que in noſtra ſunt poteſtate/ reprehendunt̄. ea vero q̄ non ſunt/
nō increpātur. hec cū ita ſint: ⁊ in ceteris ea vicia q̄ increpant̄/ noſtra in ptāte ſunt
31 collocata. ¶ Sed fortaſſe quiſpiā dicet vniuerſos q̄dē hoīes id affectare ſemꝑ: qđ bo-
nū apparet. ipſius tn̄ apparentie dominos ipſos non eſſe. Sed qualis tādē vnuſq̄ſq
eſt: talē ⁊ finē ipſi videri. at ſi habitꝰ ipſiꝰ aliquo mō ſibi quiſq eſt cauſa: erit ⁊ appa
rētie ipſe ſibi quodā mō cā. ſin vero nemo eſt ſibi mala agēdi cauſa/ ſ3 hec ob ignora
tionē finis ipſiꝰ agit putās ꝑ ea ſe ſūmū bonū cōſecuturū: affectatioq finis nō ī nr̄a
eſt poteſtate. ſed ita natū eſſe oportet/ vt habeat quaſi viſu3/ quo q̄dē recte diſcernet/
⁊ id expetet qđ vere eſt bonu3. atq is eſt ingenio bono: cui id ipſum bene ſeſe habet
natura (id enim quod maximū eſt atq pulcherrimū/ ⁊ quod fieri nō pōt vt ab alio
accipiat atq diſcat: quale eſt ortū natura / tale habebit) atq hoc recte natura bn̄q
32 ortū eſſe ipſa eſt habilitas perfecta/ veraq nature. ¶ Si igit̄ hec vera ſūt: cur magis
virtꝰ ſpōte nr̄a ꝗ̄ viciū cōparabit̄? Ambobꝰ enī ſiſiter tā bono ꝗ̄ malo finis ipſe na-
tura/ aut quouis modo videt̄ ac ponit̄. cetera aūt agūt quouis modo: ea ipſa referen-
tes ad illum. ſiue igit̄ finis nō natura talis vnicuiq videat̄/ ſed ſit aliquid etiā apđ
ipſum. ſiue q̄dē finis ſit naturalis/ q̄a vero ſua ſponte vir ſtudioſus cetera agit/ vir-
tus ſponte cōparetur ac acquirat̄: viciū quoq non minus comparabitur ſponte. Et
homini nāq malo eadē cōpetūt: ⁊ actuū3/ ⁊ finis reſpectu. Si igit̄ (vt dicitur) nr̄a
ſpōte comparant̄ virtutes (ipſorum enim habituū nos ipſi concauſe quodā modo ſu
mus: finemq talem ex eo ponimus/ quia nos tales ſumus) viciaquoq ſponte ab ho
33 minibꝰ acq̄rentur. ſimiles enī ſubeunt modos. ¶ Communiter igitur dictu3 eſt de
virtutibꝰ: ⁊ genus ipſum figura/ mediocritates inꝗ̄ ipſas eſſe ac habitus. Et a q̄bꝰ
fiunt/ ⁊ principia eſſe illa per ſe agendi/ noſtraq in poteſtate collocatas eſſe ⁊ noſtra
fieri ſpōte: atq ita vt ipſa recta ratio iubet. Verū nō ſimiliter noſtra ſpōte actus ac
habitus fiunt. actuū enī a ꝓ̄cipio vſq ad finē dn̄i ſumꝰ: ipſa ſingula cognoſcētes.
habituū vero ꝓ̄cipij. Singulorum autem additio nō eſt nota: quēadmodū et in ad-
uerſa fit valitudine. ſed noſtra ſponte ideo fiunt: quia noſtra erat in poteſtate ſic aut
nō ſic agere atq vti. At nūc repetentes de ſingulis dicamus virtutibꝰ: que nā ſint/
⁊ circa que verſant̄: ⁊ quo etiā modo. ex quibus ⁊ illud ſimul emerget quot ſunt ip-
ſe virtutes. atq de fortitudine primum dicamus.

¶ Quinti capitis note. ¶ Quorũ cauſe in noſtra ſunt poteſtate: pariter ⁊ ipſi effect⁹. ¶ In nobis/ in no- 29
ſtra poteſtate. ¶ Cauſa/ cã volũtaria. ¶ Chryſipp⁹ ⁊ qui omnia fato ⁊ neceſſitate quadam venire ponunt:
neq₃ virtutes/ neq₃ vicia in noſtra poteſtate relinquunt. ſed vt Pyrrhonea ſecta: ita horum impia delira-
menta dudum exploſa ſunt. ¶ Boni/ finem bonum ſtatuunt/ eſtq₃ finis eorum bonus: corrupti vero atq₃ vi- 31
cioſi finẽ malũ. eſtq₃ quales ⁊ ipſi ſunt/ finis eorũ malus: tametſi illis bonus appareat.
¶ Quintum cap. quinq₃ cõcluſionibus/ vna inſtantia/ ⁊ vna queſtione partitum eſt.

Quinti capitis Cõmentarius ad litteram. ¶ Prĩa cõcluſio. Actus eorũ qui ad finem ſunt: ſecundum 27
electionem/ ⁊ in noſtra ſunt poteſtate. Nam voluntas ipſius eſt finis. finis ipſe voluntate affectabilis. iden-
tidem ⁊ conſultatio ⁊ electio eorum ſunt: que ſunt ad finem. igitur talium actus ſecundum electionem exi-
ſtunt/ atq₃ in noſtra poteſtate ſunt. ¶ Secunda concluſio. Virtus/ pariter et vicia: in noſtra poteſtate ſita 28
ſunt. ¶ Primo. quia virtutes ⁊ vicia ex operationibus ſecundum electionem: eorum que ſunt in finem gi-
gnuntur. at ille in noſtra poteſtate ſunt. igitur virtutes ⁊ vicia in noſtra poteſtate ſunt ſita. ¶ Secundo. in
quibuſcunq₃ enim rebus in noſtra poteſtate collocatum eſt agere: in eiſdem in noſtra poteſtate eſt non age-
re. ⁊ in quibus non agere: eſt in noſtra poteſtate itidem et agere. quare ſi bonum/ honeſtumq₃ agere in no-
ſtra poteſtate ſitum eſt: itidem non agere quod quidem turpe eſt in noſtra poteſtate iacet collocatumq₃ ẽ. ⁊
ſi non agere turpe (quod quidem eſt honeſtum) in noſtra poteſtate eſt: ⁊ agere turpe in noſtra poteſtate ſi-
tũ eſt. ⁊ ſi in noſtra poteſtate ſitũ eſt tã honeſta ꝙ turpia agere: ſimili modo ⁊ nõ agere. ſitum autem₃ id eſt.
et hoc eſt bonos ⁊ malos nos euadere. bonos igitur et malos eſſe in noſtra poteſtate ſitum ẽ. ſunt itaq₃ vir-
tutes ⁊ vicia in noſtra poteſtate ſita. ¶ Tertia cõcluſio. Virtutes ⁊ vicia: voluntaria ſunt. ¶ Primo. Nã 29
dicere neminem ſua voluntate prauum eſſe/ neq₃ inuitum quemꝙ eſſe felicem: primum profecto falſum
eſt et ſecundum veritati conſentaneum. nemo enim inuitus felix. ſed prauitas ipſa ſponte noſtra compara-
tur: alioqui reclamandum eſt his que modo adduximus atq₃ dicendum hominem non eſſe principium/ ef-
fectoremq₃ ſuorum operum tanꝙ liberorum. ꝙ ſi ſuperius adducta vera videntur: nec in alia nos vlla prin-
cipia/ ꝙ in nos ipſos noſtras operationes referre valemus: ⁊ virtutes ⁊ vicia in noſtra poteſtate erunt/ atq₃
voluntaria. quorum enim principia in nobis ſunt: ⁊ ea quoq₃ in noſtra poteſtate ſunt/ atq₃ voluntarie a no-
bis ipſis fiunt. ¶ Secundo. harum rerum teſtes eſſe videntur/ cum priuati homines tũ legũ adminiſtratores
atq₃ publici. nam legum adminiſtratores/ eos qui praua faciunt/ ſi neq₃ vi neq₃ ignorantia cuius ipſi cauſa
non ſint ea perpetrent/ ac admittant: corripiunt/ peniſq₃ afficiunt. at eos qui honeſta agunt: premiis/ honori-
buſq₃ donant atq₃ afficiunt/ tanꝙ hos ad preclara prouocantes/ illos autem a prauis deterrentes. atqui ad
ea peragenda que neq₃ in noſtra poteſtate neq₃ voluntaria ſunt: non prouocat quiſꝙ/ aut abſterret. cum id
quidem vanum eſſet: perinde ac vanum eſt cuiꝙ ſuadere nõ calere/ non dolere/ non eſurire aut aliquid ſi-
mile. nam ſuadeat hortetur/ deterreat aut non: nichilo ſecius hec omnia patietur. ſunt igitur virtutes et
vicia in noſtra poteſtate atq₃ voluntaria. Et cum illi qui ignorantia peccant ſue ignorantie cauſa ſunt: pe-
nas eis inſtituunt. ceu ebrioſos duplici pena afficiẽdos lege diſcernunt. nec iniuria. nam principium in ip-
ſis eſt cum in ipſorum₃ poteſtate ſitum ſit ebrietatẽ vitare: que ignorantie cauſa eſt. ſimiliter puniunt ⁊ eos
qui peccant ignorantia eorum: que ſcire tenentur. vt ſunt aliqua eorum que legibus continentur/ ⁊ que co-
gnitu facilia ſunt/ cõſimiliq₃ mõ in alijs in qbus per negligẽtiã ignorãtia peccãt/ ac deliquũt. nã in eorũ po-
teſtate ẽ diligentiã adhibere. ſũt eteni tales q̃ diligẽtiã nõ adhibeãt. ¶ Tertio. qui cuiuis ſtudio/ exercita-
tioniq₃ ſe addicũt/ ⁊ in eo perſeuerãt operãdo/ ſic diſſolute viuẽtes vt tales euadãt ⁊ iniuſti/ ⁊ intẽperati: ſi-
bi ipſis cã ſunt flagicia ꝯmittẽtes ⁊ potui/ ſimilibuſq₃ reb⁹ indulgẽtes. quales eni operatiões circa ſingula
exiſtẽtes: tales ⁊ ipſi euadũt. ignorare aũt ex actib⁹ habit⁹ fieri: nimiũ hebetis ẽ/ atq₃ obtuſi. ¶ Quarto.
a ratiõe alienũ ẽ dicere iniuriãtẽ nolle eſſe iniuſtũ neq₃ intẽperate viuẽtẽ eſſe intẽperatũ. at ſi quis non igno-
rans agit ea ex qb⁹ fit iniuſtus: ſponte atq₃ volũtarie euadit iniuſtus. vicia igit volũtaria erũt. quare ⁊ vir-
tutes. de ipſis eni min⁹ ambigit. ¶ Quarta ꝯcluſio. Vicia a pricipio in nr̃a ſũt ptãte vt ea ipſa vitemus: 30
poſteaꝙ vero parta ac ꝯtracta ſũt/ nõ ãpli⁹ noſtre ptãtis ẽ vt illa nõ habeam⁹. ¶ Primo. q2 cũ quis iam ẽ
iniuſtus: nõ icirco ſi vult/ protinus deſinet eſſe iniuſtus/ eritq₃ iuſtus. ¶ Secũdo. ſi quis egrotãs iacet: nõ
ſue poteſtatis eſt vt ſtatim ſi vult/ ſanus incolumiſq₃ fiat/ tametſi ita contingere poſſit/ vt ſponte ſua egro-
tet. vt pote qui voluntarie incontinenter vixerit/ ſalubriaq₃ medicorum precepta contempſerit. licebat eni
tum ipſi non egrotare. ſed poſteaꝙ valitudine pulſa egrotat: non amplius licet ſi vult. vt neq₃ qui lapidem
emiſit/ ſue poteſtatis amplius eſt reſumere euntem/ atq₃ ſiſtere cum vult: ſed in ipſo ſitum erat ipſum non
proijcere/ verum ſumptum retinere. principium enim in ipſo erat. ſimili quoq₃ modo ⁊ iniuſtum/ et intem-
peratum a principio licebat talem₃ non fieri: icirco ſua ſponte talis eſt. poſteaꝙ vero talis factus euaſit in-
iuſtus/ intemperatus/ aut aliquid huiuſmodi: non amplius licet ipſi ſi vult talem non eſſe. vicia igitur a
principio nimirum in noſtra ſunt poteſtate: ſed non amplius noſtre poteſtatis eſt ſi parta ſunt illis ſi volu-
mus carere. ¶ Tertio. quid hoc mirum eſt: ſi animi vicia noſtra ſponte fiant/ ſintq₃ in principio in noſtra
poteſtate cum corporis vicia ita nonnunꝙ in pleriſq₃ fieri videamus/ quos icirco redarguimus/ atq₃ in-
crepamus. nemo enim eos qui natura deformes ſunt iure reprehendit: ſed eos qui per ſecordiam atq₃ incu-
riam tales euaſere. ⁊ idem euenit circa corporis imbecillitatem: cum quiſꝙ aliquo membro captus ſit. nã
nemo exprobrat ceco: ſi natura cecus ſit aut egritudine/ aut fortuito vulnere/ verum₃ miſerebitur potius. at
ſi ebrietate/ aut quoꝙ alio flagicio oculis ſit orbatus: omnes paſſim carpent/ increpabuntq₃ omnes. ergo
corporis vicia que in nr̃a ſunt ptãte reprehenduntur: que autem₃ in nr̃a ptãte nõ ſũt/ minime. cũ igit hec ita
ſint: ea vicia reprehenduntur que in nr̃a ſunt ptãte. ¶ Inſtantia. Dicet forſitan quiſpiam omnes homines 31
ſemper id affectare: quod ſibi bonum apparet. at talis apparentie domini non ſunt: ſed qualis vnuſquiſq₃
natura ẽ talis ⁊ ipſi finis videt. quapropter ſue ptãtis non ẽ id nõ ſequi: qd ipſum tãꝙ ſũmum₃ bonũ trahit.
¶ Secũdo. ſi vnuſquiſq₃ ſui habitus aliquo modo vt voluntarie cauſa eſt: erit et ipſius apparentie eodẽ
modo cauſa. non autem ſi vult ſic apparet. nõ igitur ſponte ſuorum habituum cauſa eſt. ¶ Tertio. ſi nemo
ſibi mala agendi cauſa eſt ſed ignorantia finis propter quam agit/ ſic arbitratus agendo ſũmum bonũ cõſe-
cutũ iri/ ⁊ affectatio finis nõ in nr̃a ſit ptãte: nemo ſpõte malus. at nemo ſibi mala agendi cauſa ẽ: ſ₃ igno-
rantia finis cuius affectatio atq₃ deſiderium in noſtra poteſtate non ẽ. ſed qui optimum bonum ſit appeti-
turus ſic natura inſtitutum eſſe oportet: quaſi viſum habeat quo recte diſcernat/ ⁊ id expetat qd vere bonum

eſt. ⁊ is generoſus bonoqꝫ ingenio eſt: cui id a natura feliciter obtigerit/ rem optimã/ rẽqꝫ pulcherrimam
(qualem nec ab alio accipere/ nec diſcere poteſt) initijs nature ductam poſſidens. ⁊ hec eſt vera/ perfectaqꝫ
32 nature habilitas. ¶ Reſponſio. Si hec vera concludunt: cur potius virtus ſpõte noſtra paretᷣ ꝙ viciũ: idẽ
profecto iudiciũ. nã ambobus ⁊ bono ⁊ malo finis natura/ aut quouis cõſimili modo eſſe videturac põitur/
⁊ reliqua omnia agunt boles ad ipſum referentes. ſiue igitur finis non vnicuiqꝫ natura appareat/ ſed talis
apparentie domini exiſtant/ habeantqꝫ aliquid quod illius apparentie ſit cauſa/ ſiue finis natura conſtet/
neqꝫ ſit affectatio libera atqꝫ ſpontanea quia: tamen ſua ſponte vir ſtudioſus ipſius finis gratia cetera agit
et virtus ſponte comparatur ac requiritur: eodem modo iure et vicium ſponte comparatur. neqꝫ ſua quod
volunt conficiunt argumenta. nam conſimiliter homini malo cuncta competunt: tum actuum/ tum ipſius
finis conſideratione habita. Si ergo vt recte conceditur noſtra ſponte virtutes parentur ꝗ ipſorum habi-
tuum quoquo pacto noſipſi concauſe ſumus/ et talez finem ſtatuimus quales noſipſi ſumus: identidem vi-
33 cia/ noſtra ſponte parabuntur. ſimiles enim vtrorumqꝫ modi. ¶ Quinta concluſio. Non prorſus conſimi-
li modo actus atqꝫ habitus voluntarij ſunt. Nam ipſi actus a principio ad finem vſqꝫ prorſus voluntarij
ſunt atqꝫ in noſtra poteſtate ſingula cognoſcentum. habitus autem ſolum a principio in noſtra poteſtate
ſunt: neqꝫ ſingula que ipſis habitibus partis acquiſitiſqꝫ addemus cognoſcemus/ vt neqꝫ is qui aduerſa
valitudine laborat. ſed icirco noſtra poteſtate fieri dicuntur: quia in noſtra poteſtate ſitum eſt ſic aut non
ſic agere/ atqꝫ vti. ſed generaliter de virtute ſatis dictum eſt: quid eius genus vt mediocritas vel habitus
a quibus ꝑ ſe fiunt principijs. nam ab operationibus recta ratione moderatis/ et illas eſſe in noſtra po-
teſtate atqꝫ ita comparari vt recta ratio iubet. nunc autem ſpecialiter de ſingulis virtutibus diſcutendũ
eſt/ quenam ſint circa que verſentur. et quomodo parentur/ et quot ſunt. et primo de fortitudine aggre-
diendum eſt.

Cap. VI.

34 Fortitudinem itaqꝫ circa metus mediocritatem eſſe/ fiduciaſqꝫ: perſpicu-
um iam euaſit. metuimus autem ea que terribilia ſunt. atqꝫ hec ſimplici-
ter dicendo ſunt mala. quapropter et veteres metum diffinientes: expecta-
tionem inquiunt eſſe mali. Metuimus igitur omnia mala: vt infamiam/
paupertatem/ morbos/ inimicitias/ mortem. at non circa hec omnia vir fortis eſſe
videtur. ſunt etenim nonnulla mala/ que quidem metuere oportet et honeſtum eſt:
et non metuere turpe. infamiam namqꝫ qui timet/ eſt probus et verecundus: qui nõ *Infamiam vir fortis timet.*
timet/ impudens. fortis tamen tranſlatione dicitur a quibuſdam: quippe cum ali-
quid ſimile videatur habere. eſt enim et ipſe fortis interritus quidam. paupertatem
autem metuere forſitan non oportet/ nec morbum/ nec omnino quicꝙ eorum que
nec a vicio/ nec a nobiſipſis proueniunt. nec tamen is eſt fortis qui hec non metuit:
ſed hunc etiam fortem ſimilitudine quadam vocamus. nõnulli enĩ homines in bel-
licis quidem periculis meticuloſi ſunt. liberales autem ſunt ⁊ ad erogandas pecuni-
as animoſe ſe habent. At neqꝫ ſi quis pro filiorum atqꝫ vxoris pudicitia timet/ aut
inuidiam metuit/ aut aliquid tale: timidus eſt. Neqꝫ etiam fortis: ſi cum eſt verberi-
35 bus cedendus/ cõfidit. ¶ Circa que igitur terribilia vir fortis verſatur? An circa ea
que ſunt maxima? etenim nemo tolerantior eſt malorum homine forti. mors autem
maxime omnium eſt terribile. eſt enim vltimum vite: et nihil poſt/ homini mortuo
36 aut bonum/ aut malum eſſe videtur. ¶ At enim neqꝫ circa omne genus mortis vir *Mortis genus vir fortis timet.*
fortis eſſe videtur. Non enim circa mortem eam que fit in mari: aut euenit morbis.
circa quam ergo mortez vir fortis erit? An circa eam que eſt pulcherrima? talis autẽ
eſt ea que fit in bello. in maximo namqꝫ fit ⁊ pulcherrimo profecto periculo. Eodez
37 accedunt ⁊ ipſi honores: qui tum a ciuitatibus/ tum a regibꝰ ſunt inſtituti. ¶ Is igi-
tur homo fortis proprie dicitur: qui circa honeſtam mortem/ ⁊ ea omnia que repen-
te eueniunt atqꝫ afferũt ipſam interritus eſt. huiuſmodi vero ſunt ea que in bello cõ- *pulcherrimumque mori succurrit in ar*
tingunt. Quinetiam et in mari: ⁊ in ipſis morbis vir fortis timore vacat. nõ tñ ita
vt naute. fortes enim ⁊ de ſalute ſua deſperant ⁊ genus tale mortis moleſte ferunt:
illi vero ſpe propter experientiam ſunt freti. Simul autẽ ⁊ viriliter/ fortiterqꝫ agũt
in q̃bus viris hñt locũ/ aut honeſtũ eſt mori: quorũ neutrũ eſt in tali gñe mortis.
34 ¶ Sexti capitis note. ¶ Metum eſſe expectationem mali: eſt ipſum perturbationẽ/ affectũqꝫ eſſe/ q̃ malũ
futurũ atqꝫ iminẽs reformidamꝰ. Nichil mirũ ſi mors in hoc mũdo olim terribiliſſimus dicat: quandoqdẽ
terribile ſit propter quod omnia alia in hoc mundo terribilia formidantur/ ⁊ vltimum terribilium eſt/ poſt
quod neqꝫ bonum neqꝫ malum amplius in hoc mundo expectantur. de bonis aũt aut malis alterꝰ vite/ al-
teriuſve mundi periculis nichil hic intelligr/ vbi de ijs bonis aut malis ſolũ agitur que ad huius vite feli-
citatem perducunt/ aut miſeriam. ⁊ conſimilem ſententiam hoc dialogo expreſſit Horatius. Horatius.
V. Vir bonus. P. Pentheus.
Vir bonus et ſapiens audebit dicere Pentheu
Rector Thebarum quid me perferre/ patiqꝫ
Indignum coges? P. adimam bona. V. nempe pecus/ rem/
Lectos/ argentum tollas licet. P. et manicis et

Compedibus ſeuo te ſub cuſtode tenebo
U. ipſe deus ſimul atq3 volam me ſoluet. P. opinor
Hec ſentit. U. moriar/ mors vltima linea rerum eſt.
¶ In mari: in periculis tempeſtatibuſq3 maris. ¶ De fortitudine primo officiorum fonte conſequenter 37
exequitur Ariſtoteles: que ad parentes ad patriam ⁊ ad diuinum cultum pietatis officia ſeruat. Ad pa=
Emilius — rentes. vt Emilius Lepidus apud Ticinū inuenis admodum contra Hanibalez: captum patrem liberat ⁊
Hanibal — hoſtem interficit qua in parentem ſeruata fortitudinis pietate memorabilem ſtatuam emeruit. ¶ In pa=
Leonides — triam. Leonides Spartanorum rex (authore Juſtino) cum quattuor milibus hominum in anguſtijs Ter=
Juſtinus — mopylarum ſpacio trium dierum innumere multitudini copiarū Xercis Perſarum regis obſtitit: et perſua=
Xerces — ſi tandem plus patrie ꝙ vite debere ac mori cum gloria ꝙ patria ſub tyranni iugo poſita ſuperuiuere: ſe
centi viri in caſtra ſecentorum milium poſtremo irruperunt/ et inter ſtragem/ et cadauerū aceruos inedia/
vigilijs/ et labore longe cedis feſſi cum ſuo duce ceu leones fortiſſimi inuictas tandem emiſerunt animas:
David — pulchre pietatis in patriam habende ſua morte poſteris/ exemplum relinquentes. ¶ In cultum diuinum.
In ſacris litteris Dauid puer inermis impauidus aggreditur gigantem: hamata lorica / multiplicique te=
lo tumentem: nudus occupat armatum/ occupatū obtruncat. vnus puer fortis decem milia cedere cogit:
ecce quid pro cultu diuino generoſe mentis virtus/ infractaque fortitudo valere debeat: cui ſemper virtutū
dominus et fortiſſimus rerum aſpirat ab alto. Et ſi hec vel ſola nunc inter Chriſtianos principes regnaret
virtus: non eſſet tam paruum nunc Chriſti ſaluatoris regnum/ ⁊ in tantis anguſtijs nomen eius contractū:
qui ex duodecim fortibus totum ſibi conquiſierat orbem. Ubi nunc Ceſar qui pro Chriſto vexilla portet/
et qui pro Chriſto fortiter mori nō timeat: qui pro nobis omnibus (vt viueremus omnes) mortuus eſt. Ce
Ceſar — ſar inquam ille qui quinquagies et bis ſignis collatis cum hoſte conflixit: et qui vndecies centenorum quin=
quaginta milium hoſtium/ ſuperba colla contriuit. de quo Poeta.
Si veris magna paratur
Fama bonis ⁊ ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur virtus: quicquid laudamus in illo
Maiorum fortuna fuit. quis Marte ſecundo
Quis meruit tantum populorum ſanguine nomen?
Ecce parens patrie verus digniſſimus aris
Roma tuis: per quem nunꝙ iurare pudebit.
Xenophon — Et xenophon philoſophus cum coronatus rem ſacram faceret/ ⁊ inter ſacrificandum nūciatum eſſet Gril
Grillus — lum filium ſuum in bello cecidiſſe: lauream depoſuit. at cum dictum eſſet fortiter egiſſe: ad fortitudinis no
men reſpirans coronam reſumpſit nec lachrymari quidem viſus eſt. Plorandi enim nō ſunt: quos clara vir
Traſybulus. — tus ad ethera euexit. ¶ Et de Traſybulo Lacedemonio in ſue memorande fortitudinis argumētum: hoc
Auſonius. — Excipis aduerſo: ꝙ pectore vulnera ſeptē/ (inſigne epigramma reliquit Auſonius.
Arma ſuper veheris: ꝙ Traſybule tua.
Non dolor hic patris Pitani ſed gloria maior:
Rarum tam pulchro funere poſſe frui.
Quē poſtꝙ meſto ſocij poſuere ſepulchro:
Talia magnanimus edidit ore pater.
Flete alios: natus lachrymis non indiget vllis
Et meus et talis/ et Lacedemonius.
Ergo O Chriſtiani principes fortia facta maiorum: generoſa corda excitent/ ⁊ temeritas omnis/ et ſocor
dia procul abſit/ atque nunc viuite fortes fortiaque aduerſis opponite pectora rebus. et rogate dominum for
titudinis vt vnum inter vos ſuſcitet fortem: qui res Chriſtianorum labefactas reſtituat diuine bonitatis i=
ſtrumentum fortiſſimuſque pugil/ quas dudum principum Chriſtianorum in ſemiuicem ſtygio Marte de=
bacchantium temeritas/ et in aggrediundis religionis hoſtibus ſegnicies ac tarditas/ ad tantas anguſti=
as redigi paſſa eſt. Et ſi eſt aliquis vt creditur diuina iam pietate delectus/ qui mundum extreme labo=
rantem reformet. et ad meliorem virtutum ſtatum ⁊ ad puriorem dei cultum inſtituat et religiōis hoſtes
humiliet/ ſuperbos conterat/ mites autem (deo preſtante victoriam rebuſque ſuccurrente lapſis) ſub dulce
fidei iugum mittat: omnes Chriſtiani gratijs habitis/ et pijs ad deum vere fortitudinis parentem profuſis
lachrymis conclament.
Baptiſta. — Surge: tuo pater enſe tuos defende nepotes.
Quam geris aduerſas feriat rhomphea cohortes.
Cappadoces Phrygij: virides vbi flumine ripas
Curuat: et argutos audit Meander holores
Et veteres Eneti/ Cares vbi dicitur ortum
Augurium/ Lycij/ Pontus/ Bithynia diues
Hanibalis tumulo inſignis/ Lydique: vetuſtum
Unde genus Tuſcis fuluas vbi voluit arenas
Diuitibus Pactolus aquis: hec omnia noſtris
Hoſtibus/ et rigido parent inuita tyranno.
I decus O regum tantoque accinge labori
Preteritiſque nouam meritis hanc adijce laudem
Quam delere ſequens annis labentibus etas
Nulla queat que celo ipſo ſcribatur et aſtris.
Parce tamen miſeris: nec te fortuna ſuperbum
Eleuet. et caſu virtus dominetur in omni.
Hec de fortitudine que ſola regnorum lapſas (aſpirante deo) releuat ruinas.
¶ Sextum cap. tribus concluſionibus et vna diffinitione partitum eſt.
Sexti capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Etſi fortitudo circa metus et fidu= 14

cias verſetur:non tamen circa metus omnes atqȝ ſiducias verſatur. Nam fortitudinem mediocritatem
eſſe circa metus et ſiducias:prius perſpicuum euaſit/ at metuimus terribilia atqȝ (vt apertius dicamus)
metuimus mala. quapropter veteres metum diffiniuere: expectationem eſſe mali. metuimus ergo om=
nia mala vt infamiam egeſtatem morbos/ inimicitias/ mortem et id genus ſimilia. ſed non circa omnia
hec verſatur fortitudo. nam iſtorum ſunt quedam vt infamia: que ſemper metuere honeſtum eſt/ et non
metuere turpe. qui enim infamiam timet:probus et verecundus eſt. qui vero non timet:impudens. atta=
men non timentem infamiam tranſlatiue et ſimilitudine quadam fortem appellauere nonnulli:qꝛ vterqȝ
eſt impauidus. item eſſe poteſt vt paupertas metuenda non ſit neqȝ morbus atqȝ (vt ſummatim dicatur)
neqȝ omnino que neqȝ ob improbitate neqȝ a nobis proueniunt. attamen qui hec non metuit: non proprie
fortis appellatur/ niſi ſimilitudine quadam ita vocetur. nam hominum plurimi in bellicis periculis timidi
ſunt:iccirco minime fortes/ qui liberales pecunias audacter erogant neqȝ paupertatem neqȝ morbum me
tuentes. ſimiliter ſi quis pro liberorum atqȝ vxoris pudicitia timet/ ſi inuidiam metuit/ aut aliquid ſimile:
non proprie timidus eſt. neqȝ fortis ſi virgis cedendus:non terretur ſed confidit. manifeſtum itaqȝ eſt for=
35 titudinem non circa omnes metus atqȝ ſiducias verſari. ¶ Secunda concluſio. Fortitudo circa mortis
pericula verſatur. Nam viro forti nemo malorum tolerantior eſt. terribiliſſimum vero omnium mors. eſt
enim vite vltimum:poſt quam mortalibus neqȝ bonum / neqȝ malum quicqȝ eſſe videtur. merito igitur
36 fortitudo circa mortis pericula verſatur. ¶ Tertia concluſio. Non circa omne genus mortis ſed circa eaȝ
mortem que in bello contingit: vir fortis eſſe dicitur. Nam vir fortis minime dicetur circa mortem que
euenit in mari/ aut ex morbis confectis:ſed vir fortis erit circa pulcherrimam mortem et in maximo/ pul
cherrimoqȝ periculo. hec autem mors eſt que contingit in bello: quod teſtantur honores/ tum a ciuitati=
bus tum a regibus inſtituti:hijs qui generoſe atqȝ fortiter talia adeuntur pericula. non igitur circa omneȝ
37 mortem/ ſed circa eam que in bello eſt: vir fortis eſſe dicitur. ¶ Diffinitio. Hinc hō proprie fortis diffiniri
poteſt qui circa honeſtam mortem/ et ea omnia que repente eueniunt ipſamqȝ afferunt:interritus eſt. et ea
que repente eueniunt/ ipſamqȝ afferunt:ſummopere pericula mortis exiſtunt in bello. et non ſolum modo
circa honeſtam mortem in bello impauidus eſt:ſed et in mari et in morbis vir fortis inconcuſſus eſt/ atqȝ
timore vacat. non tamen vt naute. nam fortes de ſua ſalute deſperantes:tale genus mortis moleſte ferunt.
naute vero ob experientiam:ſpem euadendi retinent/ ac confidunt. item fortes viriliter et fortiter agunt:
quotiens viribus ſuis et locus/ et honeſte mortis prebetur occaſio. ſed in dicto genere mortis: neqȝ locus
neqȝ honeſte mortis prebetur occaſio. hinc eam mortem tametſi animo inconſternati:moleſte ferunt.

38 NOn eſt aūt idē vniuerſis terribile. Et dicim⁹ etiā aliqd eſſe Cap. VII.
qd̄ facultatē ſuperat hominis. id igitur vnicuiqȝ terribile eſt homini ſane (quod humanam superat facultatem terribile cuiq;)
mētis. At ea que metas facultatis nō egrediunt humane: magnitudīe dif
39 ferūt/ ⁊ intēſione/ remiſſiōeqȝ. ſiſr aūt ⁊ ea q̄bus confidim⁹. ¶ Fortis itaqȝ
impauid⁹ eſt vt hō:atqȝ timebit qdē ⁊ huiuſcemodi res formidoloſas. verū vt opor= (Fortis timet, et quo.)
tet. ⁊ vt dictat ratio/ tolerabit:honeſtatis cauſa. hec enim ipſius virtutis eſt finis.
¶ Fit aūt vt hec ⁊ magis ⁊ min⁹ timeāt hoīes. ⁊ etiā vt ea q̄ non terribilia ſunt: vt
terribilia metuant. atqȝ delinquitur:cum metuunt aut ea que non oportet metuere/
aut nō quēadmodum oportet/ aut non quando oportet/ aut aliquid talium. ſimiliter
peccatur et circa ea quibus confidimus. Qui igitur et ea que oportȝ/ ⁊ gratia cuius
oportet/ et vt oportet/ ⁊ quando oportet/ fert et metuit/ et identidem confidit:is ho=
mo eſt fortis. fortis enim pro dignitate/ et vt ipſa ratio iubet:tam patit̄ ꝙ etiā agit.
40 ¶ Finis autem operatiōis omnis is eſt:qui accōmodatur habitui. et viro etiā forti
honeſtum eſt ipſa fortitudo. talis igitur et ipſius eſt finis. ſingula namqȝ ſuo fine de
finiuntur. Fortis igitur honeſti cauſa:ſubit ⁊ agit ea que ad ipſam fortitudinem pti
41 nēt. ¶ Exuperantium autem is quidem qui in non metuēdo exuperat: nomine ca=
ret. atqȝ dictum eſt antea nominib⁹ ꝯplura vacare. at vocari pōt inſan⁹ qdē vel ſtu
pidus:ſi nichil oīno neqȝ motus terre/ neqȝ fluctus (vt de Celtis dr̄) metuat. Sed
is qui circa res formidoloſas exuperat confidendo:audax eſt. videtur autem ipſe au=
dax ⁊ arrogās eſſe ⁊ fortitudinis ſimulator. Qualis igitur eſt fortis circa res ipſas
formidoloſas:talis ⁊ ipſe videri vult. itaqȝ imitatur illuȝ in quibus poteſt. Quapro
pter et complures ipſorum audaces ſūt ſimul ⁊ timidi. in his eni audētes res formi
doloſas nō ſuſtinēt. Is aūt qui metuēdo exuperat:timidus eſt. Nā timet ea que nō
oportet/ et vt non oportet/ et omnia talia ipſum ſequuntur. deficit autem et in confi
42 dendo. ¶ Sed in doloribus exuperās magis eſt manifeſtus. meticuloſus igitur ma
le ſeſe habet circa ſpem/ quippe cū vniuerſa metuat:fortis vero ꝯtra ſeſe habet. con=
43 fidere nāqȝ:bene ſperātis hominis eſt. ¶ Circa igitur hec verſat̄ ⁊ audax/ et meticu
loſus ⁊ fortis. Sed diuerſo modo ad hec ſeſe habent. illi namqȝ exuperāt et deficiūt.
at hic mediocriter ſeſe habet:et vt oportet. Et audaces quidem precipites ſūt añ ip=
ſa pericula ⁊ volunt ea:ſȝ cū in ipſis ſunt/ tergiuerſantur. Fortes autem in ipſis qui
dem operibus feruidi ſunt:antea vero q̇eti. Ut igitur dictum eſt:fortitudo medio=
critas eſt circa ea q̇bus confidimus/ et ea que terribilia ſunt/ in ijs que dixim⁹. et eli=
44 git atqȝ fert ipſa:quia eſt honeſtum/ et qꝛ eſt turpe non ſubire atqȝ perferre. ¶ Mor
tem aūt ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem/ aut amorem aut moleſtum ali=

quid:non fortis eſt hominis/ſed potius timidi. Eſt eni mollitudinis laborioſa fuge-
re.atq non quia res eſt honeſta/oppetit mortē:ſed quia maluz/fugit. Fortitudo igi
tur tale aliquid eſt.

Celte. Herodotus. Cyneſij. Galli. Aretinus.

¶ Septimi capitis note. ¶ Auſus fiducia. ¶ Finis virtutis proximus eſt : ſecundum rectam rationem 38
ſingula aut agere aut pati honeſti gratia aut eius boni quod eſt ſupra omne honeſtuz. ¶ Celte populi Hi 40
ſpanie qui olim omni immanitate vſi creduntur. de Celtis ita Herodotus in euterpe. Celte autem ſunt ex 41
tra cippos Herculis Cyneſijs finitimi omnium in Europa ad occaſum habitantium vltimis. Sunt et qui
Celtas/Gallos interpretantur. vt Aretinus ſeptimo politicorum capite tertio. ¶ Audax temerarius/fe
rox. Audax eſt vt ſophiſta fortium. ¶ Audax et abundat et deficit. abundat enim confidendo: deficit autē
metuendo. ſed ſimpliciter abundare dicitur: q ad agendum abundet. Similiter timidus et abundat et defi
cit. abundat enim metuendo: et deficit confidendo. verūtamē ſimpliciter deficere dr q deficiat ad agēduz.
¶ Septimum cap. quinq conclusionibus tribus diffinitionibus et vno documento partitum eſt.

Septimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Terribilia nō in omnibus vno exi- 38
ſtunt modo. Nam terribilium aliquod eſt quod hominis facultatem ſuperat: et id vnicuiq (qui ſane men-
tis eſt) terribile eſt. aliud eſt quod facultatis humane modum non ſuperat. et rurſus talia que facultatem
non ſupergrediuntur humanam: magnitudine/paruitate/ intentione et remiſſione inter ſe differunt. terri-
bilia igitur non in omnibus vno exiſtunt modo. et ſimiliter auſus varijs quoq exiſtunt modis.
¶ Secunda concluſio. Fortis non omnino impauidus eſſe debet/et nichil prorſus metuens. ¶ Primo. 39
nam vir fortis impauidus eſt vt homo: timens quidem humana terribilia formidoloſaq vt oportet et vt
recta ratio dictat ea tolerans et honeſtatis cauſa. hoc enim virtutis finis eſt. non igitur fortis omnino im-
pauidus eſſe debet/nichilq prorſus metuens. ¶ Secundo. fit vt homines terribilia magis q̄ oportet ti-
mendo ſuperent: et minus q̄ oportet ea metuendo/deficiant. immo fit vt ea que minime terribilia ſunt: per
inde ac terribilia metuant. at delinquunt cum metuunt ea que metuere non oportet / aut non quemadmo-
dum oportet aut quando non oportet / aut aliquid talium: neq plane fortes eſſe poſſunt. et ſimili quoq mo
do non metuendo/ aut confidendo. ſed qui terribilia que oportet/gratia cuius oportet/ vt oportet / et quan-
do oportet tolerat/metuit ac confidit: vir fortis eſt. fortis enim pro dignitate et vt ſana ratio iubet: tam
patitur q̄ etiam agit. ¶ Tertia concluſio. Viro forti ſuus finis honeſtus eſt. Nam omnis operationis ta 40
lis finis eſſe debet: qui ſuo habitui conſentaneus ſit. atqui viro forti ſuus habitus/ſuaq fortitudo honeſta
eſt. talis igitur et viro forti finis eſt. nec iniuria quidez: nam ſingula a ſuo fine determinantur. vir itaq for
tis: opera fortitudinis honeſti gratia aggreditur/ ſuſtinetq /atq agit. ¶ Diffinitiones. Ex ijs extremoruz 41
diffinitiones colligere poſſumus. Inſanus atq ſtupidus vocari poteſt: qui prorſus non metuendo ſuperat:
vt qui nichil omnino neq terre ſucculſiones atq motus neq fluctus vt de Celtis dicitur. ſed proprie no-
mine caret. ſunt enim pleraq (vt dictum iam eſt) que nomine vacant. Audax eſt qui circa humana pericu
la confidendo ſuperat. et is ſuperbus /atq elatus eſt/ et fortis emulator. qualis enim fortis circa pericula:
talis et ipſe audax videri deſiderat: atq fortem quoad poteſt imitatur. vnde fit vt audacium complures
ſint timidi. nam temerarie confidentes pericula adoriuntur : que (vbi difficultas ingruit) cedentes non
ſuſtinent. Timidus eſt qui metuendo exuperat et confidendo deficit. is enim timet que non oportet / vt nō
oportet: et cetera ſimilia timidum conſequuntur. ¶ Documentum cognoſcendi timidi. In moleſtijs et do- 42
loribus maxime deprehenditur. naz timidus ferme circa vniuerſa mala ſpe deſtituitur: fortis autem con-
tra bene ſperat ac confidit. Confidere enim: bene ſperantis hominis eſt. ¶ Quarta concluſio. Audax/ti- 43
midus/et fortis circa eadem ſed vario modo verſantur. Nam et audax et timidus et fortis circa timores
et fiducias (vt dictum eſt) verſantur: hic mediocriter ſeſe habens vt oportet. illi vero abundantes et defici
entes. audaces enim ante pericula admodum ad ea proni ſunt et valenti animo: ſed cum pericula aſſunt mi
nus valent tergaq vertunt. et fortes ante aggreſſionez periculorum quieti ſunt /atq in opera ipſa feruidi
ac valentes. eſt enim (vt dictum eſt) fortitudo mediocritas circa terribilia/ et metuendo et confidendo: ea
eligens et perferens honeſti gratia / et q etiam turpe eſt ea non ſubire atq perferre. ¶ Quinta concluſio. 44
Qui mortem ſibi conſciſcunt ad inopiam fugiendam/ amorem aut aliquid in vita moleſtuz: fortes non ſūt
quin potius timidi/ atq molles. ¶ Primo. quia mollicies quedam et effeminatio eſt: laborioſa fugere: et
non fortitudo. ¶ Secundo. mortem non ſubeunt honeſti gratia / ſed vt malum/ faſtidientemq moleſtiam
deuitent. hoc pacto igitur mortem ſibi conſciſcere non fortitudo eſt que ſemper honeſti eſt gratia: ſed mol
licies quedam eſt et diuturnioris mali timor.

Dicuntur autem et alie fortitudines q̄nq modis. Atq prīa Cap. VIII. 45
eſt ipſa ciuilis. maxie autem ſimilis eſt. ciues enim ob increpationes q̄ ſūt
ex legibus/ et opprobria honoreſve/ pericula ſubire videnr. et propterea for
tiſſimi videnr eſſe: apud quos timidi quidē infames ſunt: fortes aūt affici-
untur honore. Tales et homerus affert: vt Diomedem ac Hectorē. dicit eni Hector.

Homerus. Hector. Polydamas Diomedes.

Nam me Polydamas ante omnes ipſe reprehendet. Et Diomedes.
Inter enim dicet Troianos optimus Hector:
Tytides metuens puppes confugit ad altas.

Hec autem ex eo maxime ſimilis eſt ei de qua ſupra diximus : que fit ob virtutem.
Ob pudorem enim et appetitionem honeſte rei/ honoris inq̄/ et ob fugiendam rep-
henſionem: que quidem eſt turpis. in eodem poſuerit quiſpiam et eos qui compellū
tur a magiſtratibus. Verum deteriores eo ſunt: q non ob pudorem/ ſed ob metum
id faciunt. et fugiunt non rem turpem: ſed rem moleſtam. cogunt enim ij qui pote-
ſtatem habent. vt Hector.
Quem procul a pugna trepidantem forte videbo:
Is canibus fiet/ fiet quoq vulturis eſca.

Idem faciunt et qui alijs imperant. et ſi recedunt: verberibus afficiũt. ⁊ qui ante mu-
ros foſſas/ et huiuſmodi conſtruunt aciem. om̃nes enim cogunt. At non neceſſitate: ſʒ
46 quia res eſt honeſta/ fortem eſſe oportet. ¶ Videtur etiam et ipſa ſingularum rerum
peritia fortitudo eſſe. quapropter et Socrates fortitudinem ſcientiam eſſe putauit. Ta- Socrates.
les autem alij quidem in alijs ſunt. in rebus autem bellicis milites. ſunt enim in bel-
lo complures res vane/ que quidẽ maxime ipſis ſunt note. atqʒ ideo fortes videntur:
quia quales ſunt ille/ alij neſciunt. Deide et aduerſarios offendere/ ⁊ ſeipſos tueri ma
xime experientia poſſunt/ ⁊ euitare hoſtis conatus/ ⁊ illum percutere/ cum armis vti
poſſint/ ⁊ talia habeant: vt et ad faciendũ ſint et ad non patiendum aptiſſima. quibus
efficitur/ vt ipſi tanꝙ aduerſus inermes armati: et tanꝙ aduerſus rudes ludimagiſtri
decertent. etenim in huiuſmodi certaminibus non ij ſunt pugnaciſſimi/ qui fortiſſimi
ſunt: ſed ij qui vires ampliſſimas habẽt/ et optime ſeſe habent corporibus. At vero mi-
lites tunc timidi fiunt: cum excreſcit periculum/ et inferiores ſunt copijs ac apparatu.
primi namqʒ fugam arripiunt. vrbane vero copie manent/ atqʒ intereunt. quod qui-
dem et in Hermeo accidit. He namqʒ turpe fugere: et mortem tali ſaluti preferendam
eſſe cenſent. illi vero vt ſuperiores ab initio ſeſe obiectant periculis: re autem intelle-
cta/ fugam arripiunt/ mortẽ magis ꝙ dedecus formidantes. Sed vir fortis nõ eſt ta
47 lis. ¶ Atqui iram etiam ad fortitudinem referunt. Fortes enim et ij videntur qui ob
iram feruntur/ perinde atqʒ fere: in eos qui ipſos vulnere affecerunt. quia et fortes con
citantur ira. eſt enim ira res impetuoſiſſima ad aggrediẽda pericula. quapropter et
Homerus dixit. Vires iniecit ire et animum ira concitauit. et acuta per nares vis: et
efferbuit ſanguis. Hec enim vniuerſa ire concitationem impetumve ſignificare vidẽ
tur. fortes igitur ob honeſtatem agunt: et ipſa ira ſubminiſtrat. fere autem ob dolorẽ.
quia namqʒ vulnus acceperunt: vel quia timent. nam ſi ſuis in luſtris ſint: non inua-
dunt. Non igitur ſunt fortes: propterea ꝙ a dolore concitati ac ira/ ad periculum irru-
unt/ nichil preuidentes malorum. nam hoc pacto et ipſi aſini cum eſuriunt fortes eſ-
ſent. non enim a pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoqʒ propter libidinem
multa audent. non igitur fortes ſunt qui ob dolorem ac iram ad pericula compellun-
tur. Maxime autem naturalis ea eſſe videtur/ que eſt ob iram: et eſſe fortitudo electio-
ne ſumpta fineqʒ. et ipſi etiam homines: cum iraſcuntur dolent/ cum vlciſcuntur ca-
piunt voluptatem. qui autem propter hec agunt: pugnaces quidẽ ſunt/ at non fortes.
non enim ob honeſtatem agunt nec vt ratio precipit/ ſed ob ipſum affectum. aliqua ta
48 men ex parte ſunt ſimiles fortibus. ¶ Nec etiam ij qui ſunt ſpe freti/ ſunt fortes. nam
ex eo quia ſepe/ multoſqʒ vicerunt: fiduciam in periculis habent. Sunt autem ſimiles
fortibus/ quia vtriqʒ confidunt. ſed fortes quidem ob eas res quas paulo antea dixi-
mus. illi vero qui ſe ſuperiores eſſe putant/ et nichil viciſſim ſuſcepturos mali: tale et
ipſi ebrij faciunt. ſperant enim omnia ſibi proſpere euenire. cum vero non eueniunt ip
ſis: talia fugam arripiunt. At viri fortis erat/ res eas que ſunt hominibus ⁊ videntur
formidoloſe ferre/ quia honeſtũ eſt ferre/ ⁊ turpe eſt non ferre. Quamobrem ⁊ magis
fortis eſſe videtur ſubitis potius in terroribus interitum eſſe ac ſine turbatione: ꝙ in
preuiſis. eſt enim ab habitu magis aut minus ex apparatu. nam antea viſa: cogitatio-
49 ne et ratione quiſpiam eliget. at ea que repente eueniunt: habitu. ¶ Fortes etiam eſſe
videntur et qui ignorant. Et ſunt non longe ab ijs/ qui ſpe freti confidunt. deteriores
autem ſunt: quantum dignitatis nichil habent. illi autem habent. Quapropter et ali-
quo tempore manent. hi vero decepti/ ſi cognouerint/ vel ſuſpicati fuerint aliud eſſe
ꝙ putabant: fugiunt. Quod quidem Argiuis contigit cum in Lacedemonios tanꝙ
in Sicyonios incidiſſent. Dictum eſt igitur qualeſnã ſint ipſi fortes: et ij rurſus qui
fortes eſſe videntur.

45 ¶ Octaui capitis note. ¶ Agger: terreus aceruus ꝙ ex terra effoſſa aggeratur. et eſt proprie terra illa que
46 conſtituto vallo aceruatur. valli ſunt pali fuſteſqʒ in furcillatam figuram denſati: in portarum/ murorum/
locorumqʒ defenſionem. ¶ Homerus in Iliade. ¶ Socrates in Lachete de fortitudine diſputat et ad hoc ꝙ Homerus.
ſcientia ſit perducit: non omnino exequitur ſed rem ancipitem relinquit. et in Protagora virtutes prudenti- Socrates.
as ſapientiaſqʒ eſſe. ¶ Bruta per iram naturaliter fiunt fortiora. et in hominibus fit aliquid ſimillimum: cũ
ob iram ebulliunt/ fiuntqʒ pugnaciores. ¶ Illi: fortes propter fiduciam/ hi propter ignorantiam fortes.
49 ¶ Hermeum: loci nomen in Euboia in quo cum in ciuitate obſiderent Athenienſes vbi ceperũt arcem Cha
ron dixit Thebanorum in ſubſidium miſſus bello occubuit. qua re cognita milites eius deiectis animis et de
belli ſucceſſu male ſperantes fugam corripuerunt. Vrbane vero copie que ſecute erant interierunt. ¶ De do
lo Lacedemoniorum cũ Sicyonijs eorum armis mutatis/ et Argiuis: aiunt Xenophontẽ hiſtoriã reliquiſſe.
¶ Octauum cap. quinqʒ modis non vere fortitudinis partitum eſt.

Octaui capitis commentarius ad litteram. ¶ Quinq; aliarum fortitudinum modi que vere fortitudini 45
(de qua iam diſcuſſum eſt) aſſimilantur. ¶ Primus modus eſt fortitudo ciuilis que eſt cū ciues ſtrenue pe-
ricula ſubeunt: metu increpationis et opprobriorum que ex legibus eueniunt / et ſpe conſequendorum hono-
rum. ⁊ propterea videri ꝙ fortiſſimi laborant / apud quos timidi infames: fortes vero in honore precioq; ha-
bentur. quales affert Homerus Diomedem et Hectorem cum ita introducit Hectora loquentem.
Nam me Polydamas ipſe: ante coarguet omnes.
Et Dyomedem ita.
Inter Troianos dicet fortiſſimus Hector.
Titides metuens puppes confugit ad altas.
Et hec fortitudo maxime ſimilis eſt ſuperiori fortitudini: quam ob virtutem fieri diximus. ſed hec non ob
virtutem prouenit ſed ex pudore / et cupiditate rei decore / honoris ſcilicet gratia: ad fugiendam vituperatio
nem que turpis eſt. et huic fortitudini annumeramus eam: que eſt eorum qui a magiſtratibus compelluntur
que ideo / modo dicta deterior eſt: ꝗ non pudore ſed metu fit et non ad dedecus fugiendum ſed penam. cogū-
tur enim ab iis qui ſuperiores ſunt / poteſtatemq; habent: quēadmodū Homerus inducit Hectora hoc mō.
Si procul a pugna trepidantem quemq; videbo
Ille canum fiet / fiet quoq; vulturis eſca.
Et prefecti bellorum eos qui a pugna recedunt: verberibus affectos redire cogunt. cogunt et eos qui ante mu
ros / foſſas / aggeres et huiuſmodi preparamenta muniunt. ſed tales / fortes non ſunt. nam non neceſſitate ſed
quia fortitudo res ſit honeſta: fortem eſſe oportet. ¶ Secundus modus eſt fortitudo militaris: que eſt cum 46
milites ipſi ob peritiam ſingularum rerum que in bello contingunt: adoriuntur pericula. hinc Socrates for-
titudinem ſcientiam eſſe credidit. et quemadmodum in aliis ſunt alii qui ſingula callent / ac cognoſcunt: ita ⁊
in bello milites. et bellum multos ac varios habet errores: et illos quidem agnoſcunt milites. et ideo fortes
videntur / quoniam alii qualia ſunt illa que timentur: ignorant. fortes etiam videntur: ꝗ aduerſarios ledere
et ſeipſos tueri experientia docti maxime poſſint / ꝗq; ad hoſtium conatus repellendos / et hoſtes ſternendos
armis vtentur aptiſſimis. itaq; fit vt ipſi tanꝙ armati aduerſus inermes: et tanꝙ ludi magiſtri aduerſus ru-
des decertent. et reuera in huiuſmodi certaminibus non ii pugnaciſſimi ſunt qui fortiſſimi ſunt: ſed ii qui pre-
potentiores vires habent robuſtiſſimaq; corpora. Sed huiuſmodi milites: fortes non ſunt. nam tunc timidi
fugitant: cum increbreſcit periculum et inferiores ſunt deiectioriq; animo vrbanis copiis / reliquoq; belli ap
paratu. nam vrbane copie manent / atq; intereunt. quod et apud Hermeum accidit. eſt eñi vrbanis ciuilibuſq;
copiis turpe fugere / et mors illis / potius huiuſmodi per fugam parte ſaluti preferenda: contra vero / milites
ab initio vt ſuperiores ſeſe periculis obiectant / re autem intellecta fugam corripiunt / mortem magis ꝙ dede
cus formidantes. talis autem vir: fortis non eſt. ¶ Tertius modus eſt fortitudo que obuenit ob iram: que eſt / 47
cum ira perciti / ferarum more in eos feruntur / qui ipſos aliquo vulnere affecerunt. qui icirco fortes vidētur:
ꝗ fortes ira acriores fiunt. etenim ire / furoriſq; concitatio ad aggrediunda pericula: impetuoſiſſima res eſt.
hinc illud apud Homerum.
Et vires addidit ire
Ira corripuit animum / vis ferbuit acris.
Naribus: et ſanguis.
Sed hec omnia ſignificare videntur: ire concitationem / atq; impetū. Sed hi proprie fortes non ſunt.
¶ Primo quidem. nam fortes propter honeſtatem agunt: et ira eos coadiuuat. ſed fere ob dolorem agunt
vt quia vulnerate ſunt / aut metuunt. nam ſiuis in latibulis eſſent vt in ſylua / aut palude: neq; quemꝙ inua-
derent. igitur ſimili pacto fortes non erunt: qui dolore concitati pariter et ira / in periculum irruunt nichil pre
uidentes malorum. ¶ Secundo. nam ſic et aſini fortes dici mererentur: cum eſurientes ne verberibus qui-
dem a pabulo deſiſtunt / et adulteri propter libidinem multa audent. non igitur fortes erunt qui ob dolorem
et iram: ab huiuſmodi periculis non dimouentur et in pericula feruntur. ¶ Tertio. fortitudo ob iram maxi-
me ei accedit que fit ſecundum naturam: electionem preueniens. at vera fortitudo ſine electione / et fine non
eſt. eſt enim honeſti gratia. ¶ Quarto. cum homines iraſcuntur / dolent: ⁊ cum vlciſcuntur voluptate affici-
untur / et horum gratia agunt. qui autem propter hec agunt / non fortes dicantur: ſed potius pugnaces. non
enim ob honeſtatem agunt / nec vt recta precipit ratio / ſed ob perturbationem atq; affectum. non igitur tales
ſunt fortes / ſunt tamen aliquo pacto fortibus aſſimiles. ¶ Quartus modus eſt fortitudo propter ſpem: que 48
eſt cum ſpe victorie freti pericula aggrediuntur. vt quibus vincendo ſepe ſecunda arriſerit fortuna et hinc in
periculis fiduciam ſumunt. et hi quidem fortibus ſunt ſimiles: quia vtriq; confidunt. verum fortes non ſunt:
ſimiles ferme ob cauſas iis que paulo ante adducte ſunt. nam illi qui ſe ſuperiores ſperant nec illis vices ma-
li rependi: ſimile aliquid faciunt ebrii. ſperant enim omnia ſibi proſpere ceſſura: que cum proſpere non ce-
dunt / corripiunt fugam. at viri fortis eſt que hominibus ſunt atq; videntur terribilia: illa honeſtatis gratia
ferre. quia ſcilicet illa ferre honeſtum eſt: non ferre vero turpe. Quo fit vt magis fortis eſſe videatur: qui in
ſubitis terroribus intrepidus / interritusq; ac inconcuſſus ſine perturbatione manet / ꝙ qui in preuiſis. quan-
doquidem ſubitis in terroribus interritus magis ab habitu / minuſq; ex preparatione manet. nam antea pre
uiſa / cogitatione et electione perferre quis eliget: repentina vero habitu. ¶ Quitus modus eſt fortitudo ob 49
ignorantiam: que eſt cum qui (quia illa ignorant) periculis ſe committunt. et ſatis hi affines ſunt iis fortibus
qui propter ſpem atq; fiduciam audent: ſed illis tanto deteriores quanto hi dignitatis nichil habent illi autē
habent nam hi non exiſtimatione vt illi: ſed ſola ignorantia audent. hinc fit vt illi ad aliquod tempus ſuſtine-
ant ſed. ſimulatq; hi aliud eſſe intelligunt ꝙ ipſi rati erant: fugiunt. quod Argiuis accidit cum in Lacedemo
nios / tanꝙ in Sicyonios incidiſſent. Sed qui fortes ſunt ⁊ qui fortibus ſimiles: abūde iam dictum eſt.

Quanquā aūt circa fiducias / metuſq; fortitudo verſat / tamen Cap. IX.
non ſiṫ mō circa vtrūq;: ſ; magis circa res formidoloſas verſat. qui nāq; in 50
hiſce nō turbatur / atq; ſe habet circa has vt oportꝫ: magis eſt fortis ꝙ is qui
circa ea in qb9 ꝯfidit / ſe habet vt oportet. ¶ Fortes igitur ex eo dicunt: qꝛ res
(vt dictū eſt) inferentes dolores tolerant. icirco fortitudo dolores affert: ⁊ nō iniuria

51 laudatur. ¶ Difficilius eni eſt dolores ferre: q̄ a voluptatib9 abſtinere. ¶ Enivero fortitudinis finis iucũdus eſſe videtur. verũ ab euenĩetibus doloribus obfuſcatur. vt et in certaminibus fieri ſolet. nam pugilibus finis quidem ipſe iucũdus eſt gratia cuius certant/ corone inq̄ atq; honores. ſed cedi moleſtum eſt: cum ſint e carne/ doloreſq; affert/ ⁊ omnis omnino labor. Atq; quia hec ſunt multa: ideo id gratia cuius certant/ cum ſit res parua/ nichil iucundi videtur habere. ꝙ ſi tale ⁊ circa fortitudinem eſt: mors quidem atq; vulnera forti viro moleſta erunt / atq; inuito. feret
52 tamen: ꝙ honeſtum eſt ea ferre/ vel turpe non ferre. ¶ Atq; quo magis omni virtute pollet ⁊ felicior eſt: eo magis ob mortem ſane dolebit. vir enim talis maxime dignus eſt vita/ maximiſq; bonis priuatur/ id ipſum ſciens/ quod quidem dolorẽ affert. verum nichilominus eſt fortis. et eo magis fortaſſe ꝙ honeſtatem que eſt in bel
53 lo his anteponit. ¶ Nec fit vt omnibus in virtutibus cũ voluptate operemur: niſi
54 quoad attingitur finis. ¶ Nichil autem fortaſſe vetat: non eos qui tales ſunt preſtãtiſſimos milites eſſe. ſed eos qui minus quidem ſunt fortes: nullum autẽ aliud bonum habent. hi namq; parati ſunt ſeſe periculis obiectare: vitamq; pro paruo emolumento perdunt. De fortudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat. Quid autẽ eſt: ex ijs que diximus non eſt difficille comprehendere/ ac aſſignare figura.

50 ¶ Noni capitis note. ¶ Circa id ſemper magis dicetur verſari virtus: circa quod magis cautos/ intentos/ vigileſq; nos eſſe oportet.

¶ Nonum cap. quattuor concluſionibus ⁊ vno correlario partitum eſt.

50 Noni capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Quãuis fortidudo circa timores ⁊ fiducias verſetur: non tamen eque circa vtrũq; verſatur/ ſed magis circa terribilia. ¶ Primo. nam qui in terribilibus inconcuſſus/ imperturbatuſq; habetur/ in illis ſeſe habens vt oportet: magis eo fortis eſt/ qui id agit in ijs que fiduciã pre ſe ferunt/ ac promittunt. verſatur igitur magis circa terribilia. ¶ Secundo. fortes ex eo dicuntur: ꝙ res aſperas/ atq; triſtes tolerant. et iccirco ꝙ fortitudo quicq̃ aſperum atq; graue affert/ taliaq; cã comitantur: merito laudatur. id autem circa terribilia magis fit: q̄ vbi ſe fiducia prebet. ¶ Tertio. difficilius eſt dolores perferre: q̄ a voluptatibus abſtinere/ ⁊ virtus magis circa difficile verſatur. igitur fortitudo magis circa terribilia verſatur/ ⁊ que dolorem afferunt: q̄ circa fiducias que afferũt
51 voluptatem. ¶ Secunda concluſio. Finis fortitudinis dulcis atq; iucundus eſt: tametſi a ſuperuenientibus doloribus obſcuretur. Nam quemadmodum in certaminibus eſſe ſolet: vbi pugilibus finis (gratia cuius certant) dulcis / ⁊ iucũdus eſt/ corone ſcilicet atq; honores / ſed cedi illis moleſtum eſt/ cum carnei ſint/ pariter ⁊ quicquid dolorem affert/ ⁊ omnis labor res moleſta eſt: ⁊ cum hec/ plage inquam/ dolorem afferentia/ ⁊ labor multa ſint/ ⁊ id gratia cuius certant res ſit admodum exigua: finis voluptas obſcuratur. ⁊ nichil iucundum habere videtur. conſimili pene modo circa fortitudinem accidit. nam mors ac vulnera doloroſa ſunt / eaq; nollet. perfert tamen quoniam honeſtum eſt ea perferre / aut turpe non perferre.
¶ Tertia concluſio. Quanto magis vir fortis omni virtute pollet/ feliciorq; eſt: tanto amplius in morte
52 dolebit. Nam huiuſmodi vir maxime vita dignus eſt / maximiſq; priuatur bonis ⁊ id quoq; ſcit. mors igitur illi moleſta eſt: doloremq; affert. neq; iccirco minus fortis eſt: verumenimuero forſitan ⁊ magis / ꝙ
53 honeſtatem que pro iuſte rei defenſione in bello eſt/ longe illis anteponit. ¶ Correlarium. Quo fit vt nõ omnibus in virtutibus ſemper cum voluptate operemur: niſi quatenus finem attingimus/ ipſiuſq; contem
54 platione. ¶ Quarta concluſio. Nichil prohibet eos qui fortes non ſunt preſtãtiſſimos eſſe milites: ſed cũ fortes non ſint aliud bonum non habent. Nam ſunt qui parati ſunt periculis ſeſe obiectare/ ⁊ vitam paruo ſtipẽdio emolumentoq; perdere. igitur ij valentiſſimi ſunt milites: ſed cum virtutem non habeant preter id/ eo in facto aliud bonum non habent. ſed de fortitudine hactenus/ ⁊ quid ea vocetur: non eſt difficile ex ijs que dicta ſunt vtcũq; aſſignare.

Cap. X.

55 POſt hanc autem de temperantia dicamus. He namq; virtutes partiũ earũ eſſe videntur q̄ ſũt rationis expertes. Atq; temperantiam circa voluptates mediocritatem eſſe iam antea diximus. minus enim/ ⁊ nõ ſimiliter circa dolores verſatur. In eiſdem autem ⁊ intemperantia eſſe videtur.
56 ſed nunc circa quas eſt voluptates determinemus oportet. ¶ Diuidẽtur igitur anime atq; corporis voluptates. vt honoris cupiditas/ ⁊ auiditas diſcipline. nam tam ambitioſus q̄ auidus diſcipine eo gaudet cuius eſt auidus. ⁊ corpus nichil: ſed mẽs potius patitur. atq; ijs qui voluptatibus huiuſcemodi alliciuntur: nec temperãtes nec intemperantes dicuntur. Pari modo neq; qui circa ceteras voluptates que non attribuuntur corpori occupantur. eos enim qui fabulis/ ⁊ narrationibus delectantur/ ⁊ circa talia dies cõſumũt/ verboſos quidẽ atq; deliros: intemperantes autem non conſueuimus appellare. Nec eos etiam: qui pecuniarum vel amicorum cauſa dolent. temperantia igitur non circa anime: ſed circa corporis voluptates verſatur.
57 ¶ Non tamen ⁊ circa has ipſas om nes. Qui namq; rebus ijs gaudent que viſu percipiuntur/ vt coloribus / figuris / pictura: nec temperantes nec intemperantes

dicuntur.etſi videntur ⁊ his homines ⁊ vt oportet / ⁊ magis ꝙ oportet/ ⁊ minus
etiam gaudere.Simili modo neqꝫ qui rebꝰ ijs gaudent que auditu percipiũtur.ne=
mo enim aut eos qui cantu/ vel hiſtrionis gaudẽt voce pluſꝙ oportet/ intẽperãtes/
aut eos qui vt oportet eiſdem gaudent temperantes appellat. Nec etiaꝫ ij qui circa
odores gaudent:niſi per accidens.non enim eos qui malorum aut roſarũ/ aut vapo
rum/ſed eos potius qui vnguentorum aut epularum odoribus delectantur:intẽpe-
rantes dicimus eſſe.his enim intẽperantes ex eo gaudent:quia per hos ipſis reruꝫ
earum quas cupiunt recordatio fit. Videre etiam licet ⁊ ceteros/cum eſuriunt:epu=
larum gaudentes odore.at his delectari intẽperantis eſt:quippe cum eius hec obij=
ciantur cupiditati. ¶ Atqui neqꝫ cetera animalia voluptatẽ:niſi per accidens / per
hoſce capiunt ſenſus. Neqꝫ enim odore leporum/ſed eſu gaudent canes:odor autem
ſenſum ferit. neqꝫ voce bouis leo:ſed eſu.per voceꝫ autẽ ſenſit illum eſſe propinquũ:
atqꝫ hoc ipſo gaudere videtur. Pari modo neqꝫ ſi vidit aut inuenit ceruum/aut fe
rã caprã/hoc ipſo gaudet:ſed quia cibum habebit.circa voluptates igitur tales tẽpe
rantia intemperãtiaqꝫ verſatur/quequidem ⁊ ceteris animalibus ſunt cõmunes.
¶ Quocirca ſeruiles ⁊ ferales eſſe videntur. he autem ſunt que tactu/guſtuqꝫ ſuſci= 58
piuntur. ¶ Atenim ⁊ guſtu intemperantes parum/ vel minime vti videntur. gu= 59
ſtus enim officiuꝫ/ſaporũ iudiciuꝫ eſt.quod quidẽ ij faciant qui vina probant: ⁊ epu=
las condiunt.non nimium autem hiſce gaudent intẽperãtes/ſed voluptate/que fit
omnis per tactum/ ⁊ in eſculentis/ac poculentis/ ⁊ in iiſce que venerea nuncupan=
tur. Quapropter ⁊ quidem voluptatibus deditus epularum (Philoxenus quidam
Eryxius.precatus eſt: vt lõgius ſibi guttur ꝙ gruis fieret ꝓpterea ꝙ tactu delecta=
batur. ¶ Senſuum igitur maxime cõmunis eſt is:circa quem intemperantia verſa= 60
tur. Atqꝫ propterea iure vituperanda eſſe videtur: ꝙ hominibus non ratione qua
hoīes ſunt/ſed qua animalia/accidit.talibus igitur gaudere/maximeqꝫ talia amare:
ferale eſt. Etenim liberaliſſime voluptates que per tactum proueniunt:excepte ſũt.
Vt ee que in ludis ac certaminibus per fricationem/caloremqꝫ fiunt.non enim in=
temperantis tactus circa vniuerſũ eſt:corpꝰ ſꝫ circa quaſdã corporis partes.
Fortitudo Temper⁹ | cur partium dicant irronalium — ¶ Decimi capitis note. ¶ Fortitudo ⁊ temperantia iccirco partium irrationalium rationiſqꝫ expertium 55
eſſe dicuntur: ꝙ partes anime irrationales moderentur / hec concupiſcibilem / illa vero animoſũ iraſcibi=
lemqꝫ. ¶ De tẽperantia ſecundo officiorum fonte / que intẽperantiam fedum mortalibus monſtrum expu
gnat mox ſuſcepit Ariſtoteles determinandum. ⁊ hec puritatis ⁊ mundicie virtus circa cibum: circa potũ/
⁊ circa venerea verſatur. ⁊ quãuis ſancta religio quam ſuſcepimus/ ſummopere nos ad hanc vite purita=
tem non modo inuitet ſed obliget: valebunt tamen aliorum exempla nos ad tam preclare virtutis obſer=
Temperantie ex — Maſiniſſa — uantiam iuuare. ¶ Temperantia cibi: Maſiniſſa Numidarum imperator centeſimũ ſue vite annum agẽs,
vel ſtans vel ambulans ſolum in meridie ante tabernaculum ſuum(vt ſuos milites ſuo exemplo ad tempe=
rantiam formaret)cibum ſumere ſolebat. ad hanc enim venerandam caniciem: eum ſanitatis comes tem=
Urius — perantia perduxerat. Urius dux Romanus fortiſſimus qui valentiſſimam Italie gentem: ⁊ ditiſſimũ Gre
Pompeius — cie regẽ ſuperauit: oluſculis contentus viuebat. Pompeius quoqꝫ ſimili tẽperantia commendatur. Cyrus
Cyrus — ſenior cum ad hoſpitẽ diuertiſſet rogareturqꝫ quid ſibi cene apponi vellet: reſpondit panem tantũ / ⁊ ſpe=
rare ſe prope fluentem aque riuum cenaturum. Et ab his hominũ excellentiſſimis temperãtie potius ex=
empla ſumi debent: ꝙ a molli Sardanapalo aut a diuite illo intemperantie exemplum: qui quotidie epu=
Juuenalis — labatur ſplendide ⁊ ſepultus eſt in inferno. Sed nunc plane eſt quod damnat Satyricus.
Curius — Curius paruo que legerat orto
Ipſe focis breuibus ponebat oſcula: que nunc
Squallidus in magna faſtidit cõpede foſſor.
Neqꝫ animaduertunt perditi gulones: quo pacto idem author ſic eos ãmoneat.
Quis enim te deficiente crumena
Et creſcente gula manet exitus/ ere paterno
Et rebus merſis in ventrem: fenoris atqꝫ
Argenti grauis ⁊ pecorum agrorũqꝫ capacem.
Hippocrates — Neqꝫ conſilium ſequuntur Hippocratis. deceret tamen egros tam probati medici/ ſapiens concilium reci=
pere clamat enim Hippocrates viuendum eſſe temperate. nam eos homines qui gule / ac ventri ſtudent:
nunꝙ bene valere neqꝫ longeuos eſſe poſſe/ eorumqꝫ animas a nimio ſanguine / nimiaqꝫ ſagina ita eſſe ipe=
ditas/ acſi luto forent obuolute. iccirco nichil tenue nichilqꝫ celeſte meditari poſſe: ſed dumtaxat de pati=
nis ⁊ feda ventris ingluuie. hec Hippocrates ad vos popine ſomniculatores. Si ergo ſapitis: feditatẽ re=
linquite/ ⁊ temperantie puritatem(que vobis plurimo erit ornamento) vite vobis comitẽ aſciſcite. tempe=
halicarnaſeꝰ — rantia potus. Halicarnaſeus author eſt Romulum magnam curam temperantie potus habuiſſe legemqꝫ
Romulus — tuliſſe vt temulente mulieres. ⁊ qui ſumpti meri debaccharentur infama: morte plecterentur / viuebantqꝫ
Ouidius — ea tempeſtate mulieres abſtemie abſtemiiqꝫ viri. Et vtinam contigiſſet Clitorium Archadie fontẽ no=
ſtras alluere terras ⁊ nos omnes eo de fonte bibiſſe. de quo canit Ouidius.
Clitorio quicunqꝫ ſitim de fonte leuarit

Vina fugit gaudetq̃ meris abſtemius vndis.
Utinam rurſus noſtra tempeſtate tantum valerent homines ad intemperantiam potus/ebrietatemq̃ tē- Laertius
perandā: quantum legitur potuiſſe Xenocrates. qui cum Polemo Athenienſis impudens iuuenis ebrius/
coronatus/eius ſcholam cum ſodalibus irrupiſſet: tunc de temperantia ſermonem habens/cum ad tēperā- Xenocrates
tie reuocauit honeſtatē factuſq̃ ex eo die eſt Xenocratis auditor. qui tēperātia ⁊ ſtudij diligētia ceteros Polemo
anteiret: ſēper ab eo tēpore Xenocratis inocētiā bonitatēq̃ predicās. Et Anacarſis philoſoph⁹ ſola aqua Anacarſis
pro potu vſus legitur/⁊ adeo omnem intemperantiam horruiſſe: vt ſtatuas emeruerit hoc vno epigrāma-
te: lingua/ventre pudendis abſtinendum eſſe omnem intemperantiam damnantes. ¶ Temperantia ve-
nereorum. Studium Pythagore circa omnem temperantiam fuiſſe legitur/oluſculis ⁊ fruge veſcebatur/ Pythagoras
carnibus abſtinebat/potum illi fons tribuit/caſtus in matrimonio vixit/mox duxit celibatum. Dammā Damma
filiam ad virginitatis votum perpetuumq̃ candorem induxit. Damma vero caſti Pythagore filia virgi-
nitatem ſeruauit/⁊ virgines ea tēpeſtate diſcipulas habuit q̃plurimas: quas virginitatis voto firmauit.
hic ille eſt Pythagoras a quo litterarum primordia fluxerunt ad philoſophos. hic eſt candidus Pytha-
goras: qui ſtudioſis nitide temperantie debet eſſe exemplum. neq̃ viri in hoc puritatis voto: a mulierib⁹
debent ſe pati ſuperari. Lucretia enim violate caſtitatis perferre non valens iniuriam: ferrū per pectus ad- Lucretia
egit. Sed ea viriliores Spartane virgines fuiſſe leguntur/que cum numero quinquaginta ſacrificij cauſa Virgines
ad Meſſenios hoſpitalitatis gratia a parentibus miſſe eſſent: in eas tanta libidinis impatientia flagrarūt ſpartane
Meſſenij/vt violato hoſpitalitatis iure eas ad ſtuprum poſcerent. ⁊ tandem mortis penam minantibus ſi Meſſenij
non aquieſcerent: mori maluerunt omnes q̃ vna ſola (violata pudicitia) ſuperuiuere/a Lacedemonijs po- Lacedemonij
ſtea viriliter (vt decuit) vlte. Si enim temperantia regnaret: hec mōſtra/ſtuprum inceſtus adulteriū/ze-
lotypia/⁊ cetera id genus que etiam nominare horrendum eſt/nullum in mortalibus locum haberent. Et
ducitur matronis in exemplum caſta Hieronis Syracuſani matrona. que cū Hiero Syracuſanus aliquā- Hiero
do obiurgatus a quodam familiari ſuo fuiſſet: q̃ os ſibi male oleret/⁊ ipſe nullis vteretur remedijs/vxorē
autem increpuiſſet/q̃ nunq̃ de hac re eum ammonuiſſet verecunde ſe excuſans mi vir (inquit) noli michi
ſuccenſere/putabam enim viros omnes ita olere/⁊ proinde tacuiſſe. Sed Chriſtianis aliena non ſunt exē-
pla querenda: cum deus ex alto in gremium deſcenderit alme virginis ⁊ ad virginem totam ſuam ſpem ⁊
ſua tota vota conuertant. hec enim virtus deo diſplicere non poteſt: quam in virgine matre ſemper habet
acceptatiſſimam. ¶ Sed nunc que inſania ſit gule et que veneris/pauliſper adhuc edoceamur exemplis: Intemperantie accuſatio
quo amplius probate virtutis mundiciam ſequamur horreamuſq̃ aduerſantiū viciorum turpitudinem.
Imprimis intēperantiam harpiarum feditate horroreq̃ monſtri: damnant poete. ⁊ id de intemperantia a Virgilius
Marone generaliter adductum intelligatur.

Triſtius haud illis monſtrum nec ſeuior vlla
Peſtis ⁊ ira deum: ſtigijs ſeſe extulit vndis.
Virginei volucrū vultus/fediſſima ventris
Proluuies/vnceq̃ manus: ⁊ pallida ſemper
Ora fame.

Et intemperantiarum: hec cibi eſt/hec potus/hec venereorū fedeq̃ libidinis/hec vero compoſita. ¶ In- Vitellius
temperantis cibi. Quis Vitellio quāuis imperatori nunc vellet eſſe ſimilis: qui quater quotidie menſam
ad ſaturitatem diſponebat: facta ſuis cōuiuis in loco poteſtate vomendi: qui minus ſtomacho valerēt. ni-
chil enim illis turpe ducitur: quibus turpis imperat ingluuies. ſed q̃ ſeruile ſit intemperantie gule indul- Iuuenalis
gere: Iuuenalis te cautiorem reddere debet.

Tu tibi liber homo/⁊ regis cōuiua videris
Captum te nidore ſue putat eſſe culine.

Nec male coniectat. ¶ Sed operepreciū eſt cognoſcere: que ſunt Epicureorū precepta quibus ad ſuū
honeſtū/ſuamq̃ honeſtatem voluptatem perducere moliuntur. vt multi ſe eſſe de Epicuri ſchola cogno-
ſcant: qui frugalem credunt ſe ducere vitam. Epicureorum ergo ſummū bonū/honeſta voluptas: ad quā
his contendunt preceptis. Primum. Ouorū ſit longa facies, nam ſucci ſunt meliores, ſint cādida/ſint cal- Epicureorū
loſa. duriora enim tenacioremq̃ maſculūq̃ vitellum promittunt. Secundum. Caulem eligito qui ſicciori- precepta
bus in locis adoleuerit. nam dulcior eſt: in ſuburbanis autem irriguiſq̃ locis elutior/inſipidiorq̃. Ter-
tium. Si veſpertinus hoſpes ad te aduentarit: memento viuā adhuc gallinam mixto merſare falerno/ne
duriuſcula delicatum offendat palatum. ſic enim eo tenerrimam efficies ingenio. Quartum. Fungorū pra-
tenſium natura optima eſt: ceteris autem malefida creditur. Quintum. Ijs qui nigris moris prandia fi-
niunt: eſtates ſalubres Epicurei promittunt. Sextum. Forti falerno mel admiſcendum iubet Aufidius. Aufidius
Nam vacuis venis nichil niſi dulce cōmittere precepit Epicurus. Septimum. Mugilus ⁊ viles conche
probantur: q̃ ſubducant aluum. quo beneficio/preceptorum Epicuri obſeruatoribus: frequēter eſt opus.
Herbe rumicis ad idem quoq̃ mirifice cōmendant vſum. Octauum. Conchilia creſcente luna capi debe-
re: apud eos eſt aphoriſmus. nam lubrica naſcentes implent conchilia lune. Nonum. Hec ſine problemate
in tota Epicureorum ſchola probate ſunt ſententie/quaſi dignitates et axiomata. Murex Locrinus Ba-
iano melior eſt. E Circeis oſtrea probantur. E Piſceno probantur echini. Probatos pectines mittit ti-
bi molle tarentum. Decimū. Nullus artem cenarum arroget: qui exactam ſubtili ratione/ſaporum nō te-
neat rationem. Undecimum. Tenet quiſq̃ Epicuree ſchole diſcipulus: que in iure elixa preſtantiora/et
que aſſa ſunt meliora. Duodecimū. Aper iligna glande nutritus eligendus: vitandus autem paluſtribus
vluis arundineq̃ ſaginatus. Decimumtertium. Fecūdi leporis harmos: ſectari debet Epicureus ſapiēs.
⁊ talia id genus deliramēta/que Marcus Cati⁹ Epicureus in ſatyra Horatiana cōmeminit/⁊ que Demo- Catius
critus ridebat: quotiens a limine mouerat vnum/extuleratq̃ pedem: hic in contemptum gule adducta pu- Democritus
tentur. quis enim eos probaret philoſophos: quibus tota philoſophia in palato adheret/erraui non phi-
loſophos/ſed philopotas Epicureos. Et noſtra tempeſtate Epicureos ridēs Platina libellū ſcripſit de Platina
honeſta voluptate. Sed dic iterum O Epicuree cui (vt inquit Flaccus) vēter aqualiculus extenſo ſeſqui- Perſius
pede extat. Horatius

Que prima iratum ventrem placauerit eſca?

Imprimis Lucanus aper: leni fuit auſtro
Captus vt aiebat cene pater / acria circum
Rapula: lactuce / radices qualia laſſum
Peruellunt ſtomachum: ſiſer alec / fecula Coa.
Nos inquam cenamus aues / conchilia piſces
Longe diſſimilem noto celantia ſuccum
Nos niſi damnoſe bibimus: moriemur multi.
Sed audi Epicuree ꝙ ſis miſer
Non horam tecum eſſe potes / non ocia tecum
Ponere / teq; ipſum vitas fugitiuus vt erro
Iam vino querens / iam ſomno fallere curam
Tandem inamareſcunt epule ſine fine petite
Illuſiq; pedes vicioſum ferre recuſant.

Corpus. ¶ Res ridicula ſane ſed digna guloſis. mos apud Scythas olim inoleuit vt cum ſuis regib⁹ qui
Scythe molliculi / intemperantesq; vixerant pincernas / cocos pellicesq; ſepelirent: ne forte apud inferos eorũ egerent officio. ſi Epicurus illic docuiſſet / aut multi qui apud nos huius artis ſunt inſignes: proculdubio cum
Lacedemonij eorum regibus in honore iam ſepulti iacerent. ¶ Intemperantia potus Lacedemonij ſeruos olim ſue mẽ
Anacarſis ſe aliquando aſſiſtere iubebant: quos vinoſiores eſſe cognoſcerent quibus facta libere bibendi poteſtate:
Alexander ebrios illudebant / vt ſic filios ex ſeruorum turpitudine conſpecta / ſobrios eſſe docerent. Et Anacarſis ſcytha admonebat eos ebrioſorum turpes / indecoroſq; motus conſiderare: vt temperate / honeſteq; viueremus. Sed hec exempla principes debent reddere cautiores ſi legant aliquando que Alexander Macedo
Thomyris ebrietate commiſit flagitia: que vbi ex vini dementia factus eſſet ſanior ſe feciſſe plorabat execrabat ⁊ ſe
Hanibal
Aphri vnq̃ admiſiſſe dolebat. Si conſiderent regine Thomyridis filium vino / ſomnoq; ſepultum: vna cũ ſuo toto exercitu ſua intemperantia periiſſe. Nec alter ꝙ intemperantia potus excogitauit penus Hanibal expugnare Aphros: quos cognoſceret vino indulgẽtiores. cum enim vinũ mandragora infeciſſet: leui prelio ex induſtria cõmiſſo leuiter ceſſit omiſſis quibuſdam farcinulis omniq; vino: fugam ſimulans. at barbari occupatis caſtris in gaudium effuſi vinum immoderate hauriunt / ⁊ in modum defunctorum aſternũtur humi. reuocans autem pedem Hanibal obtruncat omnes. ſic enim plerumq; pereunt: qui modum non habentes intemperantie ſuccumbũt. ⁊ non ſolum hec debacchatio agreſtium mentes faſcinat: ſed ſacros muſa
Horatius rum choros inuadit / facitq; plerumq; (quod irridet Flaccus) plane furere poetas / ⁊ cantores.
Ennius Vina fere dulces oluerunt mane camene.
Laudibus arguitur vini: vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunq̃ niſi potus ad arma
verba Ennij Proſiliit dicenda. forum / puteal Libonis
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.
Hec ſimul edixit / nec ceſſauere poete.
Nocturno certare mero: putere diurno.
Sed aduertant ex eodẽ authore quali tententur inſania / ⁊ saniores reſipiſcant.
Quid non ebrietas deſignat: operta recludit
Spes iubet eſſe ratas / ad prelia trudit inermem.
Solicitis animis onus eximit / ac docet artes
Fecundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in pauertate ſolutum?

Sed vt intemperantiam potus concludamus: dignum ſupplicĩũ luit q apud Scythas vinum (vt lucrum faceret) intulit. vbi autem Scythe incautius tentarent: vacillantes ⁊ gradum firmare non valentes quaſi ſenſu ⁊ ratione capti in preſentia carorum plane delirabant. videntes autem eorum amici / illum: venenũ
Iuuenalis propinaſſe arbitrantes / ſubito virum adimunt / lacerant / minutatimq; decerpũt. ſed nunc hoc exitiale malum more Scytharum a nobis fugiendum: reddidit nobis intemperantia domeſticum. ¶ Intemperantia venereorum. Alterum eſt intemperantie mõſtrũ quod longe proſerpit / ⁊ fediſſima lues: hoc gula ⁊ ocioſe vite licentia ſecum trahunt. de quo Iuuenalis.
Preſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondam / nec vicijs contingi parua ſinebant
Tecta. labor ſomniq; breues / ⁊ vellere tuſco
Vexate / dureq; manus ac proximus vrbi
Hanibal / ⁊ ſtantes collina turre mariti
Nunc patimur longe pacis mala: ſeuior armis
Luxuria incubuit victumq; vlciſcitur orbem.

Et hec libidinis perturbatio primum iuuenilia pectora tẽtat / ⁊ mollia corda pretitillat inſanus amor: que res vt inquit Horatius
Nec modum habet / neq; conſilium. ratione modoq;
Tractari non vult. in amore hec ſunt mala: bellum /
Pax rurſum. hec ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia ⁊ ceca fluitantia forte: laboret
Reddere certa ſibi / nichilo plus explicet / ac ſi
Inſanire paret certa ratione / modoq;.

Et qui ſe illo ceno obuoluũt: Homerus facit immundos Circes / hoc eſt intemperantie porcos. Sed quia proci / qui aliorum lectos ſolicitant ſola littere tranſpoſitione a porcis diſtant: licet hic memorabile exemplum adducere. Memorie proditum eſt apud Galatas Synorigem / caſtum Synati eius loci concivis ſolicitaſſe thorum qui Cãme Synati caſtiſſime coniugis ardoris impatiens: miſere deperibat. ⁊ cum nullis

pollicitationibus poſſet Cāmam ad facinus adducere: virum eius Synatum dolo malo ſuſtulit. quo ex=
tincto per ſuam potentiam Cāmam a ſuis neceſſarijs vt ſecum nuberet cōpellere ſatagit. ſimulat autem
aſſenſum/ ⁊ ante aram Diane quā connubij authorem inuocabat: phialam tenēs quaſi ſacrificium factu=
ra partem poculi hauſit/ partemq; Synorigi porrexit. erat autem mulſum veneno permixtum: quam ſi=
mulatq; ipſe ebibit Dianam hoc pacto deprecata eſt matrona. Teſtor te dearum preclariſſima me hu⁹
viſionis gratia Synato viro meo ſuperuixiſſe/ nunc autem libens/ volenſq; ad eum deſcendo: tibi autem
Synorix pro thalamo ſepulchrum relinquo/ ⁊ tibi pro nuptijs tui funus parabunt amici. Synorix autem
dolore ſimul ac furore percitus lectica ſe offerri iubet. nihil venenate peſti remedium afferre valet/ ⁊ ma=
gno cum dolore emigrat e vita. Cāma vero defūctum Synorigem accipiens: prompto hilariq; vultu de=
ſcendit ad maritum. ⁊ hi iuſti putantur/ temerarie veneris euentus. Et hec de intemperantia pro ammo=
nitione noſtra vt eam tanq̃ peſtiferam tabē fugiamus: amplectamur autem deo gratā tēperātie puritatē.
¶ Decimū cap. quinq; cōcluſionibus ⁊ vno correlario partitum eſt.
55 Decimi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Poſtq̃ de fortitudine exactum eſt: ſu=
pereſt de temperantia determinandi locus. Nam he virtutes partium irrationalium rationiſq; expertiū
eſſe videntur. ⁊ prius dictum eſt temperantiam circa voluptates mediocritatē eſſe atq; triſtitias: licet mi=
nus ⁊ nō eque circa que triſtitias verſetur/ circa ſimiliter verſabitur intēperātia. expedit igitur hoc in loco
56 de temperantia/ ⁊ circa quas voluptatum ſtatuatur: determinare. ¶ Secunda concluſio. Non omnium
voluptatum/ pariter ⁊ dolorum temperantia eſt. Nam voluptatum quedam ſunt anime/ ⁊ quedā corporis:
vt honoris cupiditas pariter ⁊ diſcipline ſunt anime. ⁊ vterq; eorū / honoris ſcilicet cupidus ⁊ cupidus di=
ſcipline eo ipſo gaudet cuius auidus eſt. et eo gaudio nihil corpus ſed mēs potius patitur afficiturq; volu
ptate. at qui huiuſmodi voluptatibus tenentur: neq; temperantes/ neq; intemperantes dicuntur. ⁊ ſimili
quoq; pacto neq; qui in ceteris voluptatibus que corporis nō ſūt: detinētur. vt eos qui fabellis ⁊ narratio=
nibus delectantur/ et qui in talibus totos dies deterunt: verboſos quidem at intemperatos dicere haud=
quaq̃ conſueuimus. neq; eos etiā qui pecuniarum/ aut amicorum cauſa dolent/ ac triſtātur. non igitur om
57 nium voluptatum pariter ⁊ dolorum: temperantia eſt. ¶ Tertia concluſio. Temperantia voluptatū cor=
poris exiſtit: at non omnium. Nam circa voluptates anime non eſſe iam monſtrata eſt. relinquitur ergo cir
ca voluptates corporis exiſtere. ⁊ q̄ non circa omnes tales verſetur: ſtatim cognitum eſſe poteſt. nam qui
iis rebus oblectantur/ quas oculi hauriunt/ vt coloribus/ figuris/ picturiſq; ⁊ ſimilibus: eos nec tēperatos
nec intēperatos nemo dixerit/ etſi fieri poteſt vt huiuſce rebus hoīes qnantū op3/ ⁊ magis/ ⁊ minus q̃ op3
delectentur. ſimiliter in voluptatib⁹ earū rerū que auditū ciēt: nō cōſiſtit aut tēperantia aut itēperātia. ne
mo enī dixerit eos q̄ modulatione/ aut efficta hiſtrionis voce gaudent vt op3/ aut āpli⁹ q̃ op3 temperatos
aut intemperatos eſſe. idemtidem neq; in voluptatibus rerum que odoratu capiuntur cōſiſtit aut tempe=
rantia aut intemperantia/ niſi ſecundum accidens. vt qui ſuaue fragantium malorum/ roſarum/ aut ſuffi=
tuum odoribus gaudent: non intemperati ſunt ſed illi potius qui vnguentorum / epularumq; gaudent ni=
doribus. per accidens tamen dici queunt q̄ per illos ſenſus earum rerum quas intemperantes cōcupiſcūt:
renouetur memoria. ⁊ non modo intemperantes/ ſed ⁊ ceteri cum eſuriunt: epularum gaudent odore. ſed
his epulis delectari intemperantia eſt: cum illis quidem illarum ſue voluptatis explende copia facta eſt.
¶ Secundo. Cetera animalia per hos ſenſus viſum ſcilicet/ auditum ⁊ odoratum: voluptatem non niſi
per accidens capiunt. non enim odore leporum/ ſed eorum eſu gaudet canis: ⁊ ſi odor canis ſenſum feriat/
neq; mugitu bouis gaudet leo: ſed ipſius bouis paſtu/ niſi forte quātum ſua voce proditur bos propiquus.
⁊ hoc ipſo quaſi parato: et ferme ad os cibo gaudet leo. ſimiliter non hoc ipſo gaudet leo: q̄ ceruam/ ſylue
ſtrē ve capram aut viderit/ aut inuenerit: ſed quia ſibi futura ſit eſca. circa illorum igitur ſenſuum volupta=
tes nō verſatur temperantia/ aut intemperantia niſi ſecundum accidens: ſed circa eas que ⁊ ceteris ani=
58 mantibus ſunt cōmunes. ¶ Correlarium. Quo fit vt intemperantie voluptates: ſeruiles ſint atq; brute. ⁊
reuera he ſunt que guſtu/ tactuq; ſuſcipiuntur. non igitur omniū voluptatū corporis: temperantia aut in=
59 temperantia eſt. ¶ Quarta concluſio. Ad intemperantiam / ipſius guſtus perpaucus aut ferme nullus eſt
vſus: tactus autem plurimum. Nam guſtus officium eſt ſapores iudicare. quod faciunt qui pitiſſando vi=
na probant/ ⁊ qui epulas condiunt ac preparant. ſed in hiſce rebus nonmultum delectantur intemperātes:
ſed ea voluptate que in cibis ⁊ potibus contactu paratur/ ⁊ in rebus venereis. hinc quoq; voluptatibus
defluens epularum/ atq; pultiuorax quidam Phyloxenus Eryxius deos traditur precatus: vt longius ſi=
bi guttur q̃ gruis fieret ob id ipſum q̄ tactu delectabatur. perparum igitur ad intemperantiam conducit
60 ipſius guſtus vſus: tactus vero plurimum. ¶ Quinta concluſio. Intemperantia vicium maxime vile eſt/
reprehenſibile/ ⁊ ab hominis natura alienum q̃plurimum. Nam is ſenſus per quē intemperantia fit: ſen=
ſuum communiſſimus eſt: omnibus animalibus rationis expertibus conueniens. nō ergo iniuria vile/ re=
prehenſibile/ ⁊ ab hominis natura alienum vicium eſt: vt quod hominibus non qua homines ſunt/ ſed qua
ſunt animalia competit. talibus ergo gaudere/ atq; deditum eſſe: maxime brutū/ atq; beſtiale eſt. ſed liber=
rimas corporum voluptates que per tactū eueniunt ſemper excipimus: vt que in ludis ⁊ certaminibus per
ſudorū exterſionē/ ⁊ que per calefactionē fiunt. Nam non omnis tactus circa vniuerſum corpus intempe=
rantis: ſed duntaxat circa quaſdam corporis eſt particulas

Cap. XI.

61 CUpiditatum autem alie cōmunes eſſe videntur: alie proprie atq; adiun=
cte. Alimenti namq; cupiditas: naturalis eſt. omnes enim cum indigent
nutrimento/ ſiccum aut humidum alimentum/ ⁊ nonnūq̃ vtrumq; cupi=
ant. cubile etiam cupit (vt inquit Homerus) iuuenis atq; vigens. Nō au
te3 omnes tale vel tale/ vel eadem cupiunt. quocirca noſtrum idipſum eſſe videtur.
habet tamen et aliquid naturale. Alios enim alia delectant: et quedam quibuſdam
62 magis (q̃ alia quecunq;) ſunt voluptati. ¶ Hec cum ita ſint: in naturalibus quidem

cupiditatibus pauci peccant/⁊ ad vnum/ad ipſum inq̃ plus. Cum enim quiſpiam
queuis comedit/aut bibit donec impleatur ſuperfluo: fit tum rei naturalis exupe-
ratio multitudine. ipſa namq; naturalis cupiditas:indigẽtie eſt repletio.quapro-
pter hi furentes circa ventrem dicuntur:quia vltra q̃ oportet ipſum implent atq;
refarciunt. Tales autem ij fiunt qui mancipijs ſunt perſimiles. At circa proprias cu
piditates/ complures hominum/multiſq; modis delinquũt. Nam cum taliũ ama-
tores ex eo dicantur:quia vel gaudent quibus nõ oportet/ vel magis q̃ vt ipſi mul-
ti/vel non vt oportet/ in vniuerſis intẽperantes excedunt. gaudent enim quibuſdã
quibus nõ oportet gaudere:quippe cum ſint odio digna. ⁊ ſi talium quibuſdã opor-
teat gaudere:magis illis gaudent q̃ oportet/ ⁊ q̃ vt ipſa gaudet multitudo. ¶ Eã 63
igitur exuperationẽ que eſt circa voluptates intemperantiã eſſe/⁊ vituperabilem:
conſtat. Circa vero dolores:non vt in fortitudine/ſic in ipſa temperantia fit. vt tem
perans quidem dicatur quiſpiam ferendo dolores:intẽperans autem non ferendo.
ſed intemperans quidem ex eo dicitur/quia dolet magis q̃ oportet:cum voluptate
non potitur.atq; ipſum dolorem affert ei ipſa voluptas.temperans autem ex eo q:
abſentia rerum earum que efficiunt voluptatem non dolet illiſq; abſtinet. Intem-
peratus igitur ea omnia que afferunt voluptatem/ vel ea que maxime/ cõcupiſcit.
⁊ a cupiditate adeo ducitur: vt illa ceteris omnibus anteponat.quapropter ⁊ nõ adi
piſcens ⁊ cupiens dolet.cupiditas enim eſt cum dolore. Abſurdo autem eſt perſimi
le ob voluptatem dolere. ¶ Atqui deficientes in voluptatibus ⁊ minus gaudẽtes 64
homines q̃ oportet:non nimium fiũt. Non eſt enim inſenſibilitas talis humana.
etenim animalia cetera cibos diſcernunt:⁊ quibuſdam quidem gaudent/a quibuſ-
dam vero abhorrent. ꝙ ſi quis ſit cui nullus prorſus eſt voluptati/nec vllus ab alio
differt:is longe ab homine diſtat. nomen autem non habuit talis: quia non facile
fit. ¶ Vir autem temperans in his mediocriter ſeſe habet. Nec enim ijs gaudet/ 65
quibus intemperans maxime delectatur:ſed pot⁹ moleſte fert/nec ijs omnino qui-
bus delectari non decet/ nec vehementer vllis rebus huiuſcemodi delectatur/neq;
ſi abſint dolet/neq; cupit/ niſi mediocriter ſemper. nec magis q̃ oportet/ nec quã-
do nõ oportet: vlla res omnino talis ipſum delectat. mediocriter autem ⁊ vt opor-
tet eas res appetit que voluptate quidem afficiunt:ad ſanitatem autem ⁊ bonã cor-
poris habitudinem conferunt. ⁊ res ceteras voluptatis effectrices identidem:ſi nec
ĩpedimẽto ſint dictis habitibus corporis nec honeſtatis cancellos/ nec facultatum
metas egrediantur. Nam qui ita ſeſe habet magis q̃ dignum eſt: eiuſmodi volu-
ptates amare videtur. at temperans non eſt talis. ſed ita ſeſe habet: vt ipſa ratio re-
cta preſcribit.

¶ Vndecimi capitis note. ¶ Cupiditates/ preſertim gule. ¶ Ad plus/ pluri/ amplius accipiendo q̃ par 62
eſt. ¶ Quedam cõmunis cupiditas eſt: fit a communi cupiditate. ¶ Voluptas affert dolorem intempera-
to: perinde ac amicus affert dolorem amico cum ipſe deſideratus aliquo in loco procul abſiſtat. ¶ Sic ri- 63
diculum eſt ob voluptatem dolere: vt ob conſequendum calorem frigere. ¶ Ariſtippus qui de intempe-
Ariſtippus rantia/ ⁊ prodigalitate auro in via effuſo notatur: iuſſit perdicem quinquaginta dragmis emi, ⁊ cum di-
ceret aſſiſtenti tu hanc obulo non emeres: annuente illo/ mihi enim (inquit) tantum ſunt quinquaginta
dragme.

¶ Vndecimum cap. vna diuiſione/ tribus concluſionibus/ ⁊ vna diffinitione partitum eſt.

Vndecimi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Diuiſio. Cupiditatum quedam ſunt communes: alie 61
vero proprie. atq; adiuncte. communes: vt naturalis cibi cupiditas. omnes enim nutrimento aut ſicco qui
cibus/ aut humido qui potus eſt: interdum indigent/ ⁊ interdum vtrumq; cupiunt/ ⁊ cubile etiã cupit (vt
ait Homerus) iunior atq; vigens. proprie quod nõ omnes deſiderãt: ſed quod vnicuiq; tale eſſe videtur/ tam-
etſi aliquid naturale habeat. nũ enim omnes tale/ vel tale vel eadẽ cupiunt: ſed alios alia delectant/ ⁊ quedã
quibuſdam magis placent/ ſuntq; voluptati. ¶ Prima concluſio. Circa cõmunes cupiditates pauci pec- 62
cant ⁊ vno modo vt pluri: circa vero proprias multi delinquunt/ compluribuſq; modis. Nam cum quiſq;
bibit ⁊ comedit quecunq; / donec ſuperfluo repleatur: fit tum exceſſus cupiditatis communis pluſq; de-
cet accipiendo. nam repletio naturalis indigentie quedam communis cupiditas eſt. iccirco qui ſe hoc pacto
vltra q; debitum eſt implent ac refarciunt: dediti ventri/ circaq; ventrem furentes dicuntur. ⁊ qui tales
fiunt: ſunt mancipijs/ pecoribuſq; perſimiles/ quos conſtat eſſe paucos/ ⁊ circa maiores alimentorum co-
pias peccare. ſed qui proprias cupiditates ſequuntur/ earumq; ſunt amatores: peccant gaudendo quibus
non oportet aut magis q; oportet/ vt magis q; pleriq; vt temperati vel vt non oportet/ ⁊ in ſingulis his
intemperantes euadunt. nam plerumq; gaudent ijs/ que potius odio digna ſunt: ⁊ quibus potius triſtãdũ
eſt, ⁊ ſi gaudent ijs quibus gaudere oportet: ijs magis gaudent q̃ liceat/ ⁊ q̃ pleriq; gaudeant, atqui his

63 modis peccant: multi ſunt. circa igitur proprias cupiditates multi peccant/ atq; pluribus modis. ¶ Secū-
da concluſio. Non ſimili modo temperantia aut intēperantia dicitur circa dolores/ vt ipſa fortitudo. Nā
fortis eſt ferendo dolores: timidus aūt non ferendo. at tēperans non eſt quis ferendo dolores: intēperans
autem non ferendo. verum intēperans potius ex eo dicitur quia magis doleat ꝙ oportet: quotiens volu-
ptate non potitur. dolorem enim illi affert ipſa voluptas. ⁊ contra: temperans eo ipſoq; abſentia volupta-
tū nō torq̄tur/ ꝙq; illis preſentibꝰ abſtinet. itē itēperās oīa voluptatē afferētia vel eā maxīe afferētia cōcu-
piſcit/ ⁊ adeo voluptate ducitur captiuus: vt maxime voluptatē afferentia ceteris anteponat. Quo fit vt
continuo duplici pena afficiatur: ⁊ ꝙ ea non adipiſcitur/ ⁊ ꝙ ea cōcupiſcit. concupiſcentia enim dolori con-
64 iuncta eſt. ſed ridiculo perſimile videtur: ob voluptatem dolere. ¶ Tertia cōcluſio. In voluptatibus de-
ficientes homines ⁊ in iis minus ꝙ oportet gaudentes: vix reperiūtur villi. Nam huiuſmodi inſenſibilitas
humana non eſt: cum cetera animalia cibos diſcernant/ ⁊ quibuſdā gaudeant/ ⁊ aliquibus abſtineant/ tāto
magis igitur homo. ꝙ ſi quis reperitur/ cui nullus cibus voluptati ſit nec vllum aliis vllo pacto preponat:
hic longe ab humano more eſt. ⁊ iccirco nihil mirū videri debet ſi talis nondum nomen ſortitus ſit. cum ⁊
65 qui ita viuat non facile cōperiatur. ¶ Diffinitio. ex his quid ſit temperans non difficile eſt deprehendere.
Temperans: eſt qui in hiſce voluptatibus/ ac doloribus mediocriter ſeſe habet. nam omnino non gaudet
quibus gaudere nō oportet/ vt quibus intēperans maxime delectatur: verū potius moleſte fert. ⁊ ſi gaudē-
dum eſt: non vehementer illis delectatur/ nec amplius ꝙ par eſt/ atq; honeſtū. que ſi abſint: neq; dolet neq;
ea capit/ niſi ſemper moderate/ atq; mediocriter/ non magis ꝙ oportet/ nec quando non oportet/ nec omni-
no vlla res talis ipſum delectat ſecus ꝙ oportet. ⁊ delectabilia que ad bonam valitudinem/ ⁊ bonam cor-
poris habitudinem cōducūt appetit quidem/ ſed moderate/ atq; vt oportet. ⁊ res ceteras delectabiles que
bonis corporis habitibus non aduerſantur impedimentoq; non veniunt: nec honeſtatem offendunt/ nec fa-
cultatum noſtrarum terminos excedunt. nam qui in iis ſe habet magis ꝙ dignum eſt: nimium voluptates
amplecti videtur. neq; talis temperans eſt: ſed vt dictum eſt/ ⁊ vt ipſa ratio dictat.

Cap. XII.

96 Noſtra autem ſponte: magis intemperantia ꝙ timiditas comparatur. Hec
enim ob voluptatem: timiditas fit ob dolorem. quorum alterū expetimus:
alterum fugimus. ⁊ dolor quidem diſtrahit/ atq; corrumpit naturam eius/
qui habet ipſum: voluptas autem nil tale facit. magis igitur intēperantia
67 noſtra ſponte: ꝙ timiditas comparatur. ¶ Quapropter ⁊ reprehenſione magis eſt
digna. Nam ad res afficientes voluptate: facilius eſt aſſueſcere. ſunt enim complu-
res tales in vita. ⁊ aſſuefactio fit ſine periculo. in rebus autem formidoloſis: contra.
¶ Videbitur etiam timiditas non perinde atq; ſingula: ſponte agēdi pricipio ſub-
iici. Hec enim non affert dolorem. ſed illa adeo dolore diſtrahunt: vt ⁊ arma piice-
re/ ⁊ cetera contra decus agere compellant. quapropter ⁊ violenta eſſe videtur. At
intēperantia fit contra. ſingula namq; ſponte agendi principio: magis ſubiiciūtur/
quippe cum intemperans ea percupiat atq; affectet. totum autem minus. nemo enī
68 cupit intemperans eſſe. ¶ Nomen autē intemprantie: ⁊ ad puerilia delicta ferre ſo
lemus. habent enim ſimilitudinem quādā. Utrum autē ab vtro dicatur: nichil ad
preſentem refert ſermonem. conſtat tamen a priore: poſterius dici. atq; non abſur-
de videtur eſſe tranſlatum. Eſt enim caſtigandum ⁊ tēperādum id omne: quod tur
pia concupiſcit ⁊ incrementum ſuſcipit magnum/ atq; luxuriat. talis autem eſt ipſa
cupiditas maxime/ atq; puer. nam ⁊ pueri cupiditate viuūt. ⁊ in hiſipſis maxime
viget appetitio rerum earum: que voluptate afficiunt. ſi igitur non obtemperet/
neq; ſubiici patiatur: nimium efferetur. eſt enim voluptatū appetitio inſatiabilis/
⁊ operatio cupiditatis omni ex parte ipſi amenti id quod eſt ſibi affine exauget. ꝙ ſi
magne ſint vehementeſq; cupiditates: rationem quoq; extrudunt/ atq; eiiciunt.
69 ¶ Quāobrem mediocres ſint ipſe ⁊ perpauce/ ⁊ rationi non aduerſentur oportet.
Atq; id quod eſt tale: obediens/ ⁊ temperatum/ caſtigatumq; vocamus. Ut viuere
autem puerum ſub pedagogi preceptis oportet: ſic et cupiēdi vis cupere debet/ per-
inde atq; ratio iubet. iccirco temperati vim cupiendi: concordē eſſe cū ratione opor-
tet. nam vtriuſq; propoſitum eſt honeſtas. Atq; vir temperans ea cupit que cupere
oportet/ ⁊ vt oportet/ ⁊ quando oportet. hoc autem pacto: ⁊ ipſa ratio dictat. hec igi
tur ſunt de temperantia dicta.
69 ¶ Duodecimi capitis note. ¶ Pedagogus: puerorum inſtitutor. grecum eſt. ꝙ pueros agat/ ducatq; ita
dictus. ¶ Et intēperantiam a puerilibus delictis traxiſſe nomen: plane volunt qui cupidinē ſemper pue-
rū eſſe fingūt. quod quidē (cū in ceteris de diis prophane ſcripſerit Marullus) quodā epigrammate cum Marullus
eleganti tum vero/ hunc in modum non inſcite reliquit.
Quis puer hic? veneris. Pleneq; cauſa pharetre?
Non bene prouiſis certa ꝙ arma mouet.
Cur ſine veſte deus? mollis puer odit opertum.
Unde puer? pueros ꝙ facit ipſe ſenes.

Quis pēnas humeris dedit? inconſtantia. quare
Nulla deo frons eſt? ſigna inimica fugit.
Que ſoꝛs eripuit lucem? imoderata libido.
Cur macies? vigilis cura/ doloꝛq; facit.
Quis ſecum pꝛeit? ebꝛietas ſopoꝛ/ ocia/ luxus.
Qui comites? rixe/ bella/ odia/ oppꝛobꝛium.
Qui celo dignati? homines. que cauſa coegit?
Mitioꝛ authoꝛe credita culpa deo.
Heu curuum genus ⁊ veri coꝛda inſcia: quo ius
Faſq;? ſcelus miſeri ſi ſcelere abluimus.

¶ Duodecimum cap. tribus concluſionibus ⁊ vno coꝛrelario partitum eſt.

Duodecimi capitis Cōmentarius ad litterā. ¶ Pꝛima concluſio. Intēperantia magis ꝙ timiditas vo- 66
luntariū viciū eſt. ¶ Pꝛimo. quia intēperantia eſt ob voluptatē quam expetimus: ⁊ timiditas ob doloꝛē
quē refugimus. ¶ Secundo. doloꝛ retrahit/ ⁊ naturā coꝛrūpit habētis: ⁊ voluptas nichil tale facit/ verum
contra allicit/ neq; coꝛrūpit. magis igitur volūtaria intēperantia eſt ꝙ ipſa timiditas. ¶ Secūda conclu- 67
ſio. Intēperantia viciū repꝛehenſione dignius eſt: ipſa timiditate. ¶ Pꝛimo. nā viciū quo magis volunta
riū: eo magis vituperatione dignū eſt. intēperantia aūt magis timiditate voluntaria eſt. ¶ Secundo. fa-
cilius eſt intēperantiā ꝙ timiditatē vitare. nā facilius eſt ſe aſſuefacere ad oppoſita eoꝝ que intēperātiā
faciunt. occurrunt enī hec in vita frequētia ⁊ ſine periculo: terroꝛes autem qui timiditatem aggignūt raro
occurrūt/ ⁊ nō ſine periculo. ¶ Tertio. etſi timiditas voluntaria ſit: non tamē perinde/ ac intēperātia. nā in
intēperātia ſingula doloꝛē nō afferunt que agēdi pꝛincipiū diſturbēt: timiditatis autē ſingula doloꝛem affe
runt agentiſq; voluntatē diſturbāt/ adeoq; doloꝛe diſtrahunt/ vt arma pꝛoiicere/ ⁊ cetera contra decus pꝛ-
trare cōpellant. vnde euenit vt timiditas potius violentia eſſe videatur ⁊ intēperantia voluntaria: vtpote
cuius intēperatoꝝ volūtati ſingula intēperātiā efficiētia magis obſequātur/ ⁊ qui ea percupiat ⁊ affectet/
etſi totū minus affectet. nā nemo intēperans eſſe cupit. eſt itaq; manifeſtū intēperantiā ipſa timiditate eſſe
repꝛehenſibilioꝛē. ¶ Tertia cōcluſio. Intēperantia viciū puerile pueroꝝq; viciis ſimile eſt. Nam intēpe- 68
rātie nomē ad puerilia delicta tranſferimus: pꝛopter itēperatoꝝ/ pueroꝝq; ſimilitudinem. at vero vtrū
ab viro/ an intēperans a puero/ an ab intēperante puer: intēperanti nomen pꝛimū contraxerit nihil hic re-
fert. verūtamen hoc in loco ab intēperante puerilia delicta intēperantie dicuntur. nec abſurde quidē hoc
pacto nomen trāſlatum eſſe videtur. nam caſtigandum/ tēperandūq; omne id eſt quod turpia concupiſcit/
⁊ incrementū mali ſuſcipit/ atq; luxuriat. talis autem maxime intēperantia/ atq; puer. nā pueri ſecundū
cōcupiſcentiā viuunt/ plurimaq; illis innata adeſt voluptatū cupido. ſi itaq; puer moderanti non obtem-
peret/ ſi ſibi dominari non patiatur: longius ſerpet abibitq; voluptatum licentia. nam voluptatum inſatia
bilis eſt appetitus. ⁊ vndiq; voluptatibus furenti: voluptatū ſurgūt appetitus/ ⁊ ſue concupiſcentie exe-
cutio innatam auget cupiditatē. q ſi he perturbationes magne ſint ⁊ vehemētes: mentē extrudūt/ ⁊ pꝛoꝛ-
ſus a recta ratione dimouent. ¶ Coꝛrelarium. Quapꝛopter vt concupiſcentie mediocres ſint opoꝛtet/ per- 69
pauce/ atq; rationi non obuerſantes. Nam talem moderatāq; concupiſcentiā/ quid bene obſequēs tempe
ratum/ caſtigatumq; vocamus. vt enim puerū ſecundū pedagogi pꝛecepta viuere opoꝛtet: ita quoq; cupi
ditas parere debet/ obedireq; rationi/ idq; ſolum cupiendum eſt: quod recta ratio iubet. Quo fit iterum:
vt viri temperati concupiſcentia rationi diſcoꝛdare non debeat/ ſed cōfoꝛmeq;/ concoꝛdēq; ſe pꝛeſtare. Nā
vtriuſq; pꝛopoſitū debet eſſe honeſtas. tēperatus enim ea cupit que opoꝛtet vt opoꝛtet/ quando opoꝛtet
⁊ omnino quēadmodum recta ratio dictat/ atq; iubet. Sed de tēperantia abunde dictum ſit.

¶ Tertij Ethicoꝝ Ariſtotelis finis.

Quartus Ethicoꝝ Ariſtotelis Argyropylo interpꝛete. Cap. I.

DEinceps autem de liberalitate dicamus. videtur autem mediocri- 1
tas circa pecunias eſſe. Non enim bellicis in rebus ipſe vir libera-
lis: nec in quibus laudatur vir temperās/ nec etiam in iudicijs/ ſ; in
dandis capiendiſve. ⁊ magis in dandis pecunijs laudatur. Atq; pe
cunias ea dicimus vniuerſa: quoꝝ eſtimatio menſuratur numo.
¶ Eſt autem ⁊ circa pecunias exuperatio quidem pꝛodigalitas/ de- 2
fectio autem illiberalitas. ⁊ illiberalitatem quidem ac auaritiā; ijs
ſemꝑ accōmodamꝰ: ⁊ qui magis ꝙ opoꝛtet pecunijs ſtudēt. ¶ Pꝛodigalitatem autē 3
nectentes non nūꝙ afferimus. Nam eos homines qui ſunt incōtinentes/ ⁊ ob itē-
perantiā pecunias pꝛofligant: pꝛodigos vocitamus. quapꝛopter ⁊ flagicioſſimi ta-
les homines eſſe videntur. multa namq; vicia ſimul habent. ¶ At non pꝛopꝛie tali 4
nomine nuncupantur. eſt enim pꝛodigus qui malum vnum aliquod habet: coꝛrum-
pere inꝙ patrimoniū. pꝛodigus enim eſt qui ob ſeipſum perditur. videtur autē ⁊ pa-
trimonij diſſipatio interitus quidā ipſius eſſe: pꝛopterea ꝙ patrimonio ac facultati-
bus viuitur. Hoc igitur modo pꝛodigalitatem accipimus. ¶ Rebus autē ijs quarū 5
eſt aliquis vſus: ⁊ bene vti ⁊ male etiam poſſumus. At diuitie res ſunt tales. is au-
tē optime re quauis vtitur: qui eam virtutē habet/ que ad rem illā accōmodatur. et
diuitijs igitur optime is vtetur qui virtutē eā habet: que ad pecunias attinet. hic
autem eſt ipſe vir liberalis. ¶ Atqui ſumptus quidem/ datioq; pecuniaꝝ/ vſus ea- 6
rum/ acceptio vero conſeruatioq;/ poſſeſſio potius eſſe videtur. quocirca viri libera-

lis eſt potius dare quibꝰ oportet: ꝙ capere vnde oportet/ ⁊ nõ capere vnde nõ opor-
tet. ¶ Eſt enĩ ipſius virtutis: beneficia potius cõferre/ ꝙ ſuſcipere. ⁊ honeſta potius
agere: ꝙ non agere turpia. nõ eſt autẽ obſcurũ/ cũ das quidẽ: ſequi vt beneficia cõ-
feras/ honeſtaqꝫ agas. cũ capis vero: vt ſuſcipias/ aut nõ turpia agas. ¶ Gratia pre-
terea ſequitur eum qui dat: non eũ qui capit. ¶ Et laus etiã magis. ¶ Facilius eſt
etiã non accipere: ꝙ dare. hoĩes enĩ multo minus erogãt ſua: ꝙ nõ accipiũt aliena.
¶ Ii quoqꝫ qui dant: liberales dicũtur. ſed qui nõ accipiũt: nõ ob liberalitatẽ/ ſꝫ ob
7 iuſtitiã potius laudãtur. qui vero capiũt: nõ laudãtur valde. ¶ Liberales inſuper
hoĩes: maxime omniũ fere ſtudioſorũ amãtur/ proſunt enĩ. at id conſiſtit in dando.
¶ Oẽs autẽ actus virtutũ: honeſti ſunt/ ⁊ honeſtatis cauſa fiũt. Et liberalis igr̃ ho-
8 neſtatis cauſa dabit. ¶ Et recte. dabit enĩ qͥbus opꝫ/ ⁊ quot opꝫ/ ⁊ cũ oportet: cete-
9 raqꝫ õnia obſeruabit/ q̃ dãdi actũ rectũ ſequũtur. ¶ Et etiã cũ voluptate: vel ſine
vllo dolore. Id enĩ qꝺ per virtutẽ efficitur: afficit voluptate/ aut fit cũ indolẽtia ſane:
minime vero affert dolorẽ. At is q̃ dat quibꝰ nõ opꝫ/ aut nõ honeſtatis gratia/ ſed
ob aliquã aliã cauſã: nõ liberalis/ ſed alius quidã dicetur. Et itidẽ is qui dãdo do-
10 let. honeſtis enĩ actibus talis pecunias anteponet. qꝺ qͥdẽ nõ eſt liberalis. ¶ At ve-
ro neqꝫ capiet vnde nõ oportet. Talis enĩ acceptio: nõ eſt eius qui pecunias nõ ma-
gnifacit. nec etiã ad poſtulandũ propenſus erit. facile nãqꝫ ſuſcipere beneficia: nõ eſt
11 hoĩs beneficia cõferẽtis. ¶ Verũ vnde oportet accipiet: ex proprijs inquã rebus. nõ
12 quia idipſũ honeſtũ ſit: ſed ꝙ neceſſariũ vt donare poſſit. ¶ At neqꝫ ſuas negliget:
qͥppe cũ per illas qͥbuſdã affectet opẽ afferre. neqꝫ quibuſuis dabit: vt qͥbꝰ opꝫ/ ⁊ qñ
13 ⁊ vbi eſt honeſtũ largiri poſſit. ¶ Attinet etiã nimirũ ad hominẽ liberalẽ: vt ĩ dãdo
adeo exuperet/ vt ſibyipſi pauciora reliquat. Eſt enĩ liberalis: nõ ab ſeipſũ reſpicere.
14 ¶ At enĩ pro facultatibus ipſa liberalitas dicitur. liberalis enĩ actio nõ in multitu-
dine rerũ q̃ dãtur/ ſꝫ ĩ habitu dãtis cõſiſtit. hic autẽ ꝓ facultatibꝰ erogat. nichil igr̃
ꝓhibet/ eũ magis eſſe liberalẽ qui pauciora largitur: ſi modo minores ei ſint faculta-
15 tes. ¶ Magis autẽ ij liberales eſſe vidẽtur: qui nõ cõpararũt ſibi facultates/ ſed ab
alijs acceperũt. Nec enĩ experti ſũt indigẽtiã/ ⁊ opera õnes ſua amãt: vt parentes/
16 atqꝫ poete. ¶ At vero facile nõ eſt liberalẽ diuitẽ eſſe. Quippe cũ nõ ſit ad capiẽdũ
⁊ cõſeruãdũ/ ſed ad erogandũ procliuis: neqꝫ magni per ſe faciat ipſas pecunias/
ſed cauſa dandi. Quapropter ⁊ accuſatur fortuna: ꝙ homines ij qui maxime ſunt di-
gni/ minĩe ſunt locupletes. Accidit autẽ idipſũ nõ ſine ratione. fieri enĩ nõ poteſt vt
is pecunias habeat: qui non adhibet diligentiã vt habeat ipſas. quẽadmodũ ⁊ ce-
teris in rebus fieri ſolet. attamen non dabit quibus non oportet/ neqꝫ quando non
oportet. ⁊ de ceteris talibus ſimili modo. non enim ageret liberalitatis ipſius lege.
⁊ cõſumptis ad hec ipſa fortunis: ad ea que oportet/ ⁊ cum oportet ſũptus facere/ da-
reqꝫ non poſſet. Etenim is eſt (vt paulo antea diximus) liberalis: qui pro facultatibꝰ
17 erogat/ ⁊ in quibus oportet. ¶ Qui vero exuperat: prodigus eſt. Quocirca tyrãnos
prodigos nõ dicimus. nõ enĩ facile videtur eſſe: dando ac erogando/ tãtã rerũ quas
13 habent copiã exuperare. ¶ Cũ igitur liberalitas mediocritas ſit circa dãdas/ capi-
endaſqꝫ pecunias: liberalis dabit in quibus opꝫ/ ⁊ qꝺ oportet/ tã in paruis ꝙ etiaꝫ
in magnis/ atqꝫ cũ voluptate. ⁊ accipiet vnde oportet/ ⁊ qꝺ oportet. nã cũ virtꝰ cir-
ca vtrũqꝫ ſit mediocritas: vtrũqꝫ faciet vt oportet. ſeqͭtur eĩ dationẽ bonã: talis ac-
ceptio. ea vero q̃ nõ eſt talis: cõtraria eſt. He igr̃ q̃ ſequũtur: fiũt ĩ eodẽ ſimul. cõtra-
19 rie vero nõ fiũt. ¶ Qꝫ ſi ꝑter id qꝺ oportet ⁊ bene ſeſe habet/ cõtigerit ipſũ pecunias
erogare: dolebit ſane. moderate tamẽ/ ⁊ vt oportet. ad virtutẽ enĩ ꝑtinet: vt ꝓ quibꝰ
20 oportet/ ⁊ vt oportet voluptas fiat/ ac dolor. ¶ Eſt etiã in rebus pecuniarijs lenis ſo-
cius ipſe vir liberalis. Poteſt enĩ iniuriã pati: quãdoquidẽ pecunias nõ multifacit.
magiſqꝫ moleſte fert/ ſi quid cũ oporteret nõ erogauerit: ꝙ dolet ſi quid cũ nõ opor-
teret erogauerit. Simonidiſqꝫ ſentẽtiam nõ ꝓbat. Prodigus autẽ ⁊ ĩ hiſipſis deli-
quit. nec enĩ letatur nec dolet ꝓ qͥbus oportet/ ⁊ vt oportet. atqꝫ hoc magis patebit
21 ꝑ ea q̃ deinceps dicemus. ¶ Diximus aũt exuperationẽ quidẽ eſſe ꝓdigalitatẽ/ defe-
ctũ autẽ illiberalitatẽ/ ⁊ in his duobus: in datione atqꝫ acceptiõe. ⁊ ſũptũ enĩ ĩ da-
tione ponimꝰ. prodigalitas igitur in dando quidẽ: ⁊ non in capiendo exuperat/ in

capiendo autem deficit. at illiberalitas/ac auaritia: deficit quidem in dando/exu-
perat autem in capiendo/in paruis tamen. ¶ Prodigalitatis igitur illa duo nõ ni- 22
mium ſimul perſiſtunt. Non eſt enim facile/ nulla ex parte capientem: cunctis lar-
giri. cito namqꝫ deficiunt patrimonia priuatorum hominum erogantium: qui qui-
dem ⁊ prodigi eſſe videntur. ¶ Atqꝫ talis non paulo melior videbitur eſſe illibera 23
li. Et ab etate enim ⁊ ab egeſtate facile curari: et ad mediocritatem accedere poteſt.
¶ Nam habet ea que ſunt hominis liberalis. dat enim ⁊ non accipit: quãꝙ neutrũ
facit vt oportet/ac recte. ꝙ ſi ad hoc aſſueſcat/ vel aliquo alio modo mutetur: euadit
vtiqꝫ liberalis. Etenim dabit quibus oportet: et capiet vnde oportet. Quapropter
⁊ videtur non eſſe moribus prauus. non eſt enim improbi/nec ingeneroſi tã in dã
do ꝙ in non capiendo exuperare: ſtolidi tamẽ. qui vero hoc modo eſt prodigus: mul
to melior videtur eſſe illiberali atqꝫ auaro. ¶ Cum ob ea que dicta ſunt: tum etiam
quia prodigus quidem compluribus prodeſt. illiberalis autem nemini: ne ſibi qui-
dem ipſi. Sed pleriqꝫ prodigorum (vt dictum eſt) et accipiunt vnde non oportet: et
ſunt hoc ipſo illiberales. ad capiendum autem proni fiunt: quia cupiũt quidem ero-
gare. hoc autem facile nequeunt facere: cum cito facultates ipſis deficiunt. itaqꝫ ex
alienis dare coguntur. ⁊ ſimul quia nulla eſt eis honeſtatis cura: ſine vllo diſcrimi
ne/⁊ vndiqꝫ capiunt. dare namqꝫ percupiunt. quonam autem modo aut vnde: nul
lum eſt apud ipſos diſcrimen. ¶ Quapropter nec dationes ipſorum ſunt liberales.
non enim ſunt honeſte: nec honeſtatis gratia/ nec vt oportet efficiuntur. Sed inter-
dũ quos opꝫ eſſe pauperes/eos diuites faciũt. ⁊ iis q̄dẽ q̄ moderati ſũt morib⁹: ni-
chil dãt. adulatorib⁹ aũt multa: aut quãpiã aliã afferentib⁹ voluptatẽ. ¶ Quãobrẽ
⁊ pleriqꝫ ipſorum intẽperantes ſunt. nam cum facile erogent: proni ſunt ⁊ ad ſum-
ptus in flagitiis faciendos. atque quia non ad honeſtatem viuũt: ad voluptates de-
clinant. ¶ Prodigus igitur ſi nullam prorſus habeat emendationem ad hec trãſgre 24
ditur. cura vero/diligentiaqꝫ adhibita: ad medium ⁊ id quod oportet tandem deue
nerit. ¶ At illiberalitas ac auaritia: incurabilis eſt. Etenim ⁊ ſenectus/⁊ imbecil- 25
litas omnis: auaros videtur efficere. Eſtqꝫ hominibus inſita magis ꝙ prodigalitas.
pleriqꝫ namqꝫ cupidi ſunt magis pecuniarum: ꝙ ad dandum procliues. ¶ Extendi-
tur preterea longe: ⁊ plures ſpecies ſubit. cõplures enim eſſe vidẽtur illiberalitatis
ac auaritie modi. Nam cum in duobus hiſce conſiſtat/in defectione inquã dandi/⁊
exuperatiõe accipiẽdi: non omnibus ineſt tota/ſed interdum ſeiungitur. ⁊ quidam
in capiendo exuperant: quidam in dando deficiunt. Qui namqꝫ talibus appella-
tionibus nuncupantur parci/tenaces/aridi: omnes in dando deficiunt/aliena ve-
ro non appetunt/neqꝫ accipere volunt. Quidam enim in dando deficiunt: propter
modeſtiam quandam/turpiumqꝫ rerũ cautionẽ. videntur enĩ nonnulli/vel ſaltem
aiunt/ob eã rẽ ſua conſeruare: ne cõpellerentur aliquando turpe aliquid agere. Ex
his eſt ⁊ ipẽ cumini ſector/⁊ quiuis talis: qui quidẽ ab exuperatione nõ dandi cuiꝙ/
nomen habuit tale. Quidam vero ob metũ abſtinent alienis. quippe cum non faci-
le ſit ipſos aliena: ⁊ non alios res ipſorum accipere. itaqꝫ nec accipere ipſis/nec dare
placet. Quidã autẽ in capiendo exuperant: vndiqꝫ/⁊ quiduis capiẽtes. Quales ſũt
ii qui operationes illiberales exercent: vt lenones/⁊ omnes tales/⁊ feneratores et
qui dant parua pro magnis. hi namqꝫ omnes vnde non oportet/⁊ quantũ non opor
tet accipiunt. cõmune autẽ ipſis omnibus eſſe videtur turpis cõparatio lucri. vni-
uerſi namqꝫ gratia lucri/⁊ huiuſce quidẽ praui probra ſuſtinent. Eos enim qui gran
dia vñ nõ opꝫ ⁊ q̄ nõ opꝫ accipiũt/ vt tyrannos ciuitates expugnãtes ⁊ tẽpla ſpoliã
tes: non illiberales/ſed pernicioſos/ſed impios/ſed iniuſtos potius appellamus.
¶ Aleatores tamẽ/⁊ fures atqꝫ latrones: illiberales ſũt. Turpi enĩ verſãtur i lucro. 26
õnia nãqꝫ cauſa queſt⁹ agunt/⁊ ſuſtinent probra. atqꝫ fures quidem capiendi gratia:
maxima pericula ſubeũt. aleatores autẽ ab amicis quibus dare oportet lucrantur.
vtriqꝫ igr̃ vñ nõ oportet lucrari volẽtes/turpi in lucro verſãtur. et õnes tales acci-
piẽdi actus: illiberales ſũt. ¶ Merito autẽ illiberalitas liberalitati contraria dicir̃. 27
Nã et mai⁹ eſt malũ ꝙ prodigalitas: et homines magis hac ipſa peccãt/ꝙ ea quã
diximus ꝓdigalitate. De liberalitate igr̃ et viciis ipſi cõtrariis: hec dicta ſufficiãt.

3 ¶ Primi capitis notę. ¶ Illiberalitas/ auaritia. ¶ Res quibus vtimur/ res ſolũ vtiles. ſolũ aũt dicim⁹: q̃
ſimul nõ ſunt honeſte. ¶ Beneficia conferre/ bene agere. ¶ Moleſtia/ triſtitia. ¶ Qui dat vt honeſtis pe=
5 riculis ſe exponere non cogatur: timidus nominatur. qui explendarum cõcupiſcentiarũ gratia: intẽperãs.
6 et hoc pacto in reliquis. ¶ Pro facultatibus/ pro potentia/ viribuſqꝫ dantis. vidit enim dominus Jheſus Dominus
14 cuius nomen eſt ſuper omne nomen/ quãdã viduam pauperculam mittentem era minuta duo in gazophi=
lacium/ ⁊ dixit: vere dico vobis quia vidua hec pauper pluſq̃ omnes miſit. nam õnes hi ex abũdanti ſibi
18 miſerũt in munera dei: hec autẽ ex eo quod deeſt illi/ omnẽ victũ ſuũ quẽ habuit miſit. Lucas. ¶ Ea que Lucas
ſequuntur dationẽ ⁊ acceptionẽ. bonum ⁊ malum. Et cũ ipſius habitus ſit attẽdere non ſolum dationem
ſed ⁊ ſimul acceptionem/ nõ attendit quod/ ⁊ cui dat hoc eſt qui recipit; ideo ſi datio liberalis ac bona eſt:
⁊ acceptio pariter bona erit. ⁊ cõtra ſi acceptio mala/ ⁊ datio quoqꝫ mala. naꝫ ſi datio bona eſſet ⁊ acceptio
mala: contraria ſimul eſſent/ aſſererenturqꝫ ſimul de eodem. nam cum datio bona eſſet: ⁊ acceptio bona
eſſet. atqui poſita eſſet ſimul mala. ⁊ rurſum cũ acceptio mala igitur ⁊ datio mala: ſimul autẽ poſita eſſet
bona. contraria igitur ſimul fierent/ aſſererenturqꝫ de eodẽ. hoc aũt impoſſibile. Et ſi liberalis aliorũ acce=
ptionem curat eſſe bonam: tanto magis ſuã talem eſſe curabit/ accipietqꝫ vnde oportebit. ¶ Liberalem
19 interdũ contingit quicq̃ erogare quibus non oportet aut amplius aut minus q̃ oportet per excuſabilem
ignorantiã: qꝛ circumſtantia particularis aliqua eũ latebat/ quã ſcire neqꝫ poterat/ neqꝫ tenebatur. qꝺ ſi po=
20 ſtea reſciſcat/ dolet: ſed moderate tamen ⁊ vt oportet. ¶ Simonidis poete ſentẽtia fuit: magis eſſe dolẽ=
21 dũ ſi quid erogetur indignis/ q̃ ſi nõ erogetur dignis. ¶ In paruis illiberaliter capiundis: potius notatur
auarus. nã qꝛ illis exiſtimet ſe obligatũ ad parem gratiã referendã: capit. magna autẽ nõ capit qꝛ reddere
⁊ gratiã recognoſcere cogeretur. Itẽ qui magna capiũt vt tyranni: nõ illiberales ſed potius pernicioſi/ im
pij/ iniuſtiqꝫ/ dicuntur. vt Dionyſius Syracuſanus. qui vbi auro ⁊ magnificis oblationibus tẽpla deorum
25 ſpoliauerat: i diuos iocaulabatur/ cachinoſqꝫ mouebat. ¶ Dicũt Therẽtiũ deſiderio comediarũ que in flu
mẽ ceciderant: ſe iã tedio vite affectũ in flumẽ precipitaſſe. tantũ ſua deperibat poemata. ¶ Tales qui
cõnumeratas alias malicias habent: neqꝫ proprie prodigi/ neqꝫ proprie illiberales/ ſed vtriuſqꝫ nonnichil
habent. nã dant vt prodigi/ ⁊ accipiunt vt auari. ſi prodigalitas ⁊ illiberalitas proprie capiantur: vt in vi=
ceſima prima concluſione/ contraria/ atqꝫ oppoſita ſunt. ¶ Inſanabile/ incurabile difficulter admodũ ſa=
nabile. difficulterqꝫ curabile. ¶ Cyminon greci dicunt: latini cuminũ/ legumen eſt quod ſtomacho/ tormi=
nibus/ morbis oculorũ/ ⁊ comitiali morbo (authore Plinio) medetur. ¶ Lenones qui ſpe queſtus turpiter
meritoria exercent. ¶ Nebulones id genus leuium hominũ/ aliorum fex ⁊ noſtri generis dedecus. ¶ Fe
neratores qui dant ad funus hoc eſt ad vſuram/ ⁊ quorum numi numos pariũt. ¶ Qui dant parua pro ma
26 gnis: quidã qui paruas merces exponũt venales/ ⁊ ab incautis duplũ/ triplũ/ quadruplũ ve recipiũt. ¶ Ale
ator qui queſtus cauſa illiberalibus ludis vt iactibus alee operam preſtat. ¶ Fur: qui res aufert alienas.
¶ Latro: qui tenebrarum oportunitate nacta/ aliorũ bona diripit. ¶ De liberalitate hic proſequitur Ari=
ſtoteles: que circa pecunie dationem acceptionemqꝫ virtus eſt fidiſſima diſpenſatrix. cuius officia ſunt
viſitare infirmos/ potare ſitientes/ cibare famelicos/ redimere captiuos/ operire nudos/ colligere peregri=
nos/ ⁊ ſepelire mortuos: virtus ad miſericordiam nata/ ⁊ nata miſericordiam conſequi. quã pauculis mani=
feſtemus exemplis. Camillus de liberalitate commendatur: cui cum a Gallis oblatum eſſet aurũ genero= Camillus
ſe refutauit/ inquiens ferro non auro patriam eſſe ſeruandam. itaqꝫ liberalitas patriam ſeruauit: quã illi= Galli
beralitas auro corrupta perdere potuiſſet. eſt enim liberalitati fides/ illiberalitati vero comes perfidia.
Darius Xerxis pater/ in periculis dubijſqꝫ rebus cum pecunia opus eſſet: prouinciarũ preſides principeſqꝫ
accerſiri iubebat rogabatqꝫ grauia ne tributa irrogarentur. reſpondentibus vero ea mediocriter ſe habe= Darius
re: dimidiũ vt ex queſtoribus ſoluerent precepit. pluris enim populorum gratiam: q̃ pecunie magnitudi=
nem faciebat. nam liberalitas nullum niſi gratum pectus inhabitat. Phocion qui quinquies ⁊ quadrage=
ſies imperatoriam dignitatem legitur magna cum laude iniſſe/ perpetuo pauper fuit: cum facile propter Phocion
dignitates ſibi a populo traditas diues eſſe potuiſſet. cui cum multe pecunie a Philippo rege dono mitte= Philippus
rentur nequaq̃ accipere voluit. ⁊ hortantibus oratoribus vt ſi ip̃e facile carere poſſet/ filijs tamẽ acciperet/
q̃bus difficile eſſet in tãta paupertate/ paternam dignitatem tueri: reſpondit. ſi ſimiles michi erũt liberi:
hic idem agellus qui me ad hanc dignitatem euexit/ illos educabit. ſin diſſimiles: nolo his opibus eorum
luxuriam alere. Et hic exemplo eſt: liberales facile diteſcere non poſſe/ ⁊ plus gaudere alijs ſua diſpenſa=
re q̃ aliena recipere. Et ad liberalitatem paruas admodum rerum copias credidit ſatis eſſe Satyricus:
ita quoqꝫ inquiens.

Menſura tamen que Iuuenalis
Sufficiat cenſus/ ſi quis me conſulat: edam
Inquantum ſitis atqꝫ fames/ ⁊ frigora poſcunt.
Quantum Socratici ceperunt ante penates.
Nunq̃ aliud natura/ aliud ſapiens tibi dicet.
Sed nunc
Nemo petit modicis que mittebantur amicis
A Seneca. que Piſo bonus que Cotta ſolebat
26 Largiri. namqꝫ ⁊ titulis ⁊ faſcibus olim
Maior habebatur donãdi gloria. ſolum
Poſcimus vt cenes ciuiliter. hoc face ⁊ eſto
Eſto (vt nunc multi) diues tibi/ pauper amicis.

Sed audite qui preceptis liberalitatis indigetis q̃ ſana vobis Stoici preparant documenta: vt cum li= Horatius
beralitate liberi viuatis/ vos prius apologo equi ⁊ cerui premonentes/ ſubiungenteſqꝫ.

Si qui pauperiem veritus potiore metallis
27 Libertate caret: dominum vehet improbus/ atqꝫ
Seruiet eternum qui paruo neſciet vti.
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuiqꝫ
Tolle querelas.

Pauper enim non eſt cui rerum ſufficit vſus.
Si capiti bene / ſi lateri eſt pedibuſve tuis: nil
Diuitie poterunt regales addere maius.
Cena breuis iuuat ⁊ prope riuum ſomnus in herba
Non iſtic oculo obliquo mea commoda quiſꝗ
Limat / non odio obſcuro morſuꝗ venenat.

Archeſilaus — Archeſilaus philoſophus ſue liberalitatis literarie poſteritati pulchrum reliquit exemplum: qui cũ Cte-
Cteſibius — ſibius egrotaret / rerumꝗ inopia premgustiaretur: ipſum viſitans plenum nummis ſacculum clam eius pul-
uino ſubiecit: quo inuento Archeſilai inquit / hic ludus eſt. liberalis enim admodum erat Archeſilaus / vo-
lebatꝗ gratiam latere. ⁊ dicere ſolebat ſe malle liberalitatem ꝙ auream argenteamꝗ ſupellectilẽ. ⁊ vti-
Zeno — nam nunc omnes Archeſilai voto viuerent. Zeno Citticus adeo liberalis in recognoſcendis ſuorum
Simonides — preceptorum laboribus extitit: vt cum centum peterent ducenta tribueret. Simonides docta ceteris ar-
gumento eſſe poteſt: huius preclare virtutis officia / nunꝗ digno fruſtrari poſſe premio. Nã cum iter age-
ret forte vidit mortuum quendam ignotum / humi iacentem: alitibus / feriſꝗ expoſitum. cum vero ꝙ primũ
inhumari diligenter curauit. verum cum nauem conſcenſurus eſſet: vidit per quietem quem ſepelierat /
ipſũ ammonẽtẽ ne id omnino faceret / alioqui naufragio periturum. quod ſomnium: cum ſocijs recitaſſet
Simonides irriſus eſt / ſoluſꝗ in littore ipſe manſit relictus. at eius ſocij cum paululum a terra receſſiſſẽt
tẽpeſtate ſuborta / amiſſis armamẽtis / fractaꝗ naue omnes periere. ſic itaꝗ Simonides pro beneficio ſe-
pulture: vite beneficium recepit. Sed hec virtus aduerſus duo ſeuiſſima viciorum monſtra pugnat: prodi
Belides — galitatem ſcilicet / ⁊ auaritiam. Prodigalitas. Apud poetas per Belides que terebratis vrnis aquas hau
riunt: deſignari volunt prodigos. qui querunt quidem / ſed per luxum omnia prodige fundunt. et ſanabilẽ
Themiſtocles — morbũ eſſe prodigalitatẽ: ſacra de filio prodigo fidem facit hiſtoria. fidem facit ⁊ Themiſtocles ⁊ Fabius
maximus. Themiſtocles enim in iuuenta adeo perdite adoleſcentie fuit: vt eius mater laqueo ſibi mortẽ
Fabius — conſciuerit. Pater autem eius Neocles eum exheredem fecit. at hac patris ignominia ita ad bene viuen-
Neocles — dum emendatus eſt Temiſtocles / ratus non ſine ſumma induſtria ⁊ laude / huius infamie notam extingui
poſſe / vt ſe totum hinc virtuti dedicari ⁊ omni ſtudio reipublice operam ſuam nauauerit / omnibus obſe-
quioſus / officioſus omnibus. ⁊ officio ſuo ſtatim adeo errata prioris etatis emandauit: vt ei nullus anteſer
retur / ⁊ clariſſimus vixit officijs. Identidem Fabius maximus in adoleſcentia corruptiſſimus vixit: cum
autem ad etatem peruenit nichil ei defuit quod ad perfectũ virum pertineret. ergo O iuuenes ſi quis ve-
ſtrum in prodigalitatem ceciderit. exemplum reſurgendi diſcat. Virtus enim / humana eſt: que ad ſeſe ve-
Horatius — nientes blande in ſuos ſinus recipiat. alioqui poetam audite.

Prodigus ⁊ ſtultus donat que ſpernit ⁊ odit.
Hec ſeges ingratos tulit / ⁊ feret omnibus annis.
Vir bonus ⁊ ſapiens dignis ſe ait eſſe paratum
Nec tamen ignorat: quid diſtent era lupinis.

Ariſmaſpi. — ¶ Auaritia. Hec longe triſtior peſtis aduerſus liberalitatem pugnat: que primum Ariſmaſpos in Ponto
Gryphes — vno oculo in media fronte deformes cum gryphibus aurum cuſtodientibus armat / ⁊ continue bella gerere
Serpens — cogit. Horum autem monſtrorum pulchrum certamen auari / ⁊ eadem quoꝗ pro cauſa ſe ſentiant imitari
Serpens heſperidum — ⁊ Ariſmaſporum gryphiumꝗ ſe glorientur ſocios. vel querant a poetis quos ipſi efficiant auaros: reſpon-
debunt protinus peruigilem ſerpentem heſperidum / vel ſi malint in ſtygia palude Tantalum. ſi de eorum
Tantalus — ſtatu interrogent ſatyricum: ſtatim ſuam audiant inſaniam.
Iuuenalis

Sed quo diuitias hec per tormenta coactas
Cum furor haud dubius ſit: ſed manifeſta phrenesis
Vt locuples moriaris / egenti viuere fato.
Interea pleno cum turget ſacculus ore:
Creſcit amor nummi / quantum ipſa pecunia creſcit.
Et minus hanc optat qui non habet.
Inde fere ſcelerum cauſe: nec plura venena
Miſcuit aut ferro graſſatur ſepius vllum
Humane mentis vicium ꝙ ſeua libido:
Indomiti cenſus. nam diues qui fieri vult
Et cito vult fieri: ſed que reuerentia legum /
Quis metus / aut pudor eſt nunꝗ properantis auari?
Et maiore domus gemitu / maiore tumultu
Planguntur nummi ꝙ funera. nemo dolores
Fingit in occaſu

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris. Et non modo ploratur ſed plerumꝗ curritur ad necem. O aua-
Auſonius — ri animaduertite: elegantem poetam habetis Auſonium gallum / veſtrum fatum deſcribentem.

Qui laqueum collo nectebat reppererit aurum:
Theſauriꝗ loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat poſtꝗ non reppererit aurum:
Aptauit collo quem reperit laqueum.

Ita certe digna mulcta pereũt: ꝗs auri ſacra fames cõtempe ſtrãgulat. ⁊ nichil ad tãtã miſeriã finiẽdam
facere deeſſe putauit Auſoni⁹: pret laqueũ; ⁊ numerũ forte dicet aliqs: habẽt enĩ quẽ i ſacris lrĩs imitẽtur
Iudã auarũ cui⁹ fauces laquei cõſtrixerũt / ⁊ cuius media crepãtis viſcera lapſa fluxerũt / dignũ profecto
auari ſpeculũ. qb⁹ enĩ adẽpti ſũt virtutis oculi: illis relicti ſũt ad õnia turpia ſenſ⁹. Et hoc mõſtrũ princi-
Pandora — pũ venatur capita / ⁊ nunc in eſca nũc in poculis toxica miſcet. per deũ imortalẽ O pricipes hãc ſeuiſſimã
beluam / hanc Pandoram omnium viciorum parẽtem ab omnibus regnis pellite. hec enim victoria vobis
ſecuram vitam relinquet. vitam reſtituetis pupillis. vitã orphanis / pauperibuſꝗ viduis. ſed cauete ſum-
mopere ne ſuum virus in penetralia pectorum veſtrorum inſtillet / inſanabile malum. ⁊ occurrat vobis.

frequenter cogitandus Craſſus. magnus ille Craſſus: q̄ auaritie virus afflatus/ Parthie ſitiebat aurū. Craſſus
qui cum hoſti ſuccubuiſſet reciſū eius caput cerebro vacuato plūbo oppletum eſt. tantūq; auri qui caput
Craſſi obtulerat: a rege Parthorum recepit. Et cum Mithridates cognouiſſet Aquilium ducem contra Plinius
ſe ob auaritiam bellum ſuſcepiſſe: capto Aquilio aurum in os eius liquauit. Author Plinius. Aquilius
¶ Sed auari quibuſdam argumentis/ fucatiſq; ſententijs nituntur ſuum morbum defendere. Dicunt eni Argumenta
primo. auarorum

Lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet. illa ſuo ſententia ſemper in ore. Horatius
Sed diſcant cui ſatis eſt quod habet: ſatis illum conſtat habere.
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphe:
Narrares medicis. q̄ quanto plura paraſti/
Tanto plura cupis: nulli ne fateriet audes? Secundo dicunt
Exemplo eſt nobis magni formica laboris/
Ore trahit quodcūq; poteſt / atq; addit aceruo.
Sed formice naturā que corpentes inſtruere debet/ non autē auaros: non ſatis explorerat ā habent auari.
Que (ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum)
Non vſq; prorepit: ⁊ illis vtitur ante
Queſitis patiens. cum te neq; feruidus eſtus
Dimoueat lucro/ neq; hiems/ ignis/ mare ferrum. Tertio dicunt.
At ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
Sed audi ariculate Myda
Copia nulla famem releuat/ ſitis arida guttur Ouidius
Urit/ ⁊ immiſſo merito torqueris ab auro
Pingue ſed ingenium manſit nociturāq; vt ante
Rurſus erunt domino ſtulte precordia mentis.
Nam qui tantuli eget quantum eſt opus: his neq; limo Horatius
Turbatam haurit aquam neq; vitam amittit in vndis. Quarto dicunt.
Nil ſatis eſt aiunt: quia (quantum habeas) ſis.
Sed audi medicum te incurabili morbo tentatum: deſtituentem.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter
Quatenus id facit vt quidam memoratur Athenis
Sordidus/ ac diues/ populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat at michi plaudo
Ipſe domi ſimulac nummos contemplor in arca. Audi inſuper
Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Quinto sacrū vatē afferūt Heſiodū ita eos (vt volunt) ammonentem. Heſiodus
Adde paruum paruo/ paruo ſuperadde puſillum
Fiet ⁊ hoc magnum: infelix pelletur egeſtas.
Sed O homines emedullati cerebri vos Heſiodus vetat eſſe deſides: nō autem iubet eſſe auaros. quid?
Heſiodum non videtis/ vos adhortantem propter vſum diuitias eſſe querendas? ſed nunc oculos virtutis
reſumite/ atq; percipite Heſiodum.
Hymnos cane/ thura miniſtra
Ut tibi dij faueant/ immenſaq; copia rerum
Hinc tibi naſcatur: multis vt egentibus ipſe
Subuenias. hec Heſiodus. Et Horatius Horatius
Cur eget indignus quiſq; te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deum? cur improbe: quare
Non aliquid patrie tanto emetiris aceruo?
Sed ſatis infirma deprehenſa iam ſunt auarorum argumenta. ⁊ nunc grata deo largitas: victrix exulta/ mentibuſq; humanis te vberius inſere. Sed hec ſatis pro ijs quos verba poſſunt ad virtutis amorem emollire/ ⁊ qui melioribus ſunt animis.

¶ Primum cap. ſex ⁊ viginti cōcluſionibus ⁊ vna diffinitione partitum eſt.

1 Primi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Prima cōcluſio. Liberalitas eſt in dandis/ accipiēdiſq; pecunijs mediocritas. Nam non laudatur liberalis in rebus bellicis/ neq; in ijs in quibus laudatur temperans/ nec in iudicijs: ſed in ſolis dandis capiendiſq; pecunijs/ quāuis magis in dandis. igitur in illis tum dādis tum accipiendis liberalitas: mediocritas eſt. ⁊ pecunias hic vocamus omnia: quorum eſtimatio menſura-
2 tur numo. ¶ Diffinitio. Prodigalitas ⁊ illiberalitas ſunt circa pecunias exuperatio atq; defectus. ipſam enim illiberalitatem atq; auaritiam ſemper ijs tribuimus: qui magis q̄ oportet pecunijs inhiant atq; ſtu-
3 dent. ¶ Secunda concluſio. Plerumq; prodigalitatem alijs vicijs cōnumeramus. Nam eos qui incontinentes viuunt/ ⁊ qui per luxuriam pecunias patrimoniaq; profligant ac ligurriunt: prodigos nūcupamus.
4 ⁊ hac de cauſa fit vt prodigi/ hominū flagicioſiſſimi eſſe videantur. nā multa vicia ſimul habent. ¶ Tertia cōcluſio. Qui ita viuunt multa ſimul vicia tenētes: nō proprie/ prodigi nomine cēſētur. Nam prodigus proprie is eſt: qui viciū vnū aliquod habet/ vt patrimoniū conſumere. eſt enī prodigus qui ſeipſum perdit. ⁊ videtur profecto ſeipſū perdere/ qui ſuū patrimoniū diſſipat: vnde propriā vitā debet ducere. ⁊ hoc pa-
5 cto prodigalitatē proprie accipimus. ¶ Quarta cōcluſio. Uir liberalis omniū optime bene vtetur diuitijs. Nā ijs rebus quibus vtimur: cōtigit ⁊ bene ⁊ male vti. diuitijs aūt vtimur. ijdē igitur cōtigit ⁊ bene ⁊ male vti. atq; is ſingulis reb⁹ optie vtit: qui virtutē ad bene illis rebus vtēdū accōmodatā poſſidet. igitur qui virtutem poſſidet ad bene vtendum diuitijs: ⁊ illis quoq; optime vtetur. talis autem eſt vir liberalis.
6 igitur vir liberalis: omnium optime diuitijs vtetur. ¶ Quinta concluſio. Uiri liberalis potius officium

eſt erogare quibus oportet: ꝙ vnde oportet accipere / ac non accipere vnde non oportet. ¶ Primo. quia
vir liberalis erogando: pecunijs vtitur. accipiendo vero aut non accipiendo: non. eſt enim pecuniarum
vſus earum erogatio / datioqꝫ. acceptio vero potius: earum conſeruatio / atqꝫ poſſeſſio. ⁊ non accipere neu
trum eſt. ergo viri liberalis potius officium eſt erogare quibus oportet: ꝙ vnde oportet accipere / ⁊ vnde
non oportet non accipere. ¶ Secundo. potius virtutis eſt beneficia conferre ꝙ ſuſcipere: ⁊ potius agere
honeſta ꝙ a turpibus abſtinere. atqui cum das: beneficia confers honeſtaqꝫ patras. id enim ſequi obſcu-
rum non eſt. ⁊ cum vnde oportet accipis: beneficia ſuſcipis / turpiaqꝫ non agis. igitur viri liberalis potius
officium eſt erogare ꝙ accipere. ¶ Tertio. gratia dantis eſt: non autem non accipientis. potius igitur eſt
dare: ꝙ vnde etiam non oportet non accipere. ¶ Quarto. dantem magis laudamus: ꝙ non accipientem.
¶ Quinto. facilius item eſt nõ accipere / ꝙ dare. inſitum enim ferme hominibus eſt minus ſua erogare:
ꝙ aliena non capere. igitur potius eſt dare / ꝙ non accipere. nam circa difficilius: potius virtutis officium
verſatur. ¶ Sexto. qui dant liberales dicuntur / ob idipſumqꝫ laudantur: qui autem non accipiunt / non
ob liberalitatẽ laudantur / ſed ob iuſtitiam potius. ⁊ qui accipiunt non laudantur plurimum. ¶ Septimo.
liberales maxime omnium ferme ſtudioſorum amantur. id enim ideo eſt quoniam proſunt in dando. igi-
tur liberalis potius / digniuſqꝫ officium eſt quibus oportet erogare: ꝙ vnde oportet accipere / aut non acci
pere vnde nõ opꝫ. ¶ Sexta concluſio. Liberalis: honeſtatis gratia dat. Nam cuiuſlibet virtutis actus ho- 7
neſti ſunt / ⁊ honeſtatis gratia fiunt. liberalitas autem virtus eſt: cuius quidem actus eſt dare. liberalis igi
tur: honeſtatis grã dat. ¶ Septima cõcluſio. Liberalis recte dat. Nã dat quibus oportet / et quot / ⁊ quan- 8
do oportet / ceteraqꝫ omnia obſeruat: que rectam rationem ſequuntur. dat igitur recte. ¶ Octaua conclu-
ſio. Liberalis delectabiliter / aut ſaltem ſine moleſtia dat. Nam quod per virtutem fit: delectabile eſt / vel 9
ſine moleſtia / minime dolorem afferens. liberalis autem datio per virtutem fit. is enim qui dat quibus nõ
oportet / aut non honeſtatis gratia / ſed alia quapiam de cauſa: non liberalis ſed alius quidam nominatur.
ſimiliter ⁊ qui dando dolet. nam is honeſte operationi pecunias anteponit. quodquidem minime ipſius eſt
liberalis. ¶ Nona concluſio. Liberalis vir non capiet vnde non oportet. Nam huiuſmodi acceptio eius 10
non eſt: qui pecunias non magnipendit. non autem magnipendit pecunias liberalis. ¶ Secundo. huiuſmo
di acceptio non eſt huius qui ad petendum minime propenſus eſt atqꝫ procliuis. talis autem liberalis. non
eſt enim beneficia conferentis vt facile ſibi aliorum beneficia procuret. ¶ Decima concluſio. Liberalis eſt 11
accipere vnde oportet. Nam capit ex proprijs rebus quas poſſidet. non quidem quia id honeſtum ſit: ſed
quia neceſſarium eſt / vt dare poſſit. ¶ Undecima concluſio. Liberalis ſua nõ negligit. Nam liberalis ea no 12
negliget ex quibus opem compluribus afferre cupit. non autem quibuſuis dabit: ſed ſic dabit vt ⁊ quibus
oportebit quando / ⁊ vbi honeſtum eſſe cognouerit / dare poſſit. ¶ Duodecima concluſio. Liberalis eſt vt 13
ſic in dando excedat: ⁊ ſibi pauciora relinquat. Nam liberalis non ad ſeipſum reſpicit: ſed ad eos quibus
erogare honeſtum eſt. ¶ Decimatertia concluſio. Nichil vetat cum liberaliorem eſſe: qui pauciora largi- 14
tur. Nam ipſa liberalitas pro facultatibus dicitur. non enim in multitudine datorum ſed in dantis habitu
liberalitas cõſiſtit. nichil ergo vetabit vt liberalior ſit qui pauciora dabit: ſi minor adeſt ei dandi potentia
atqꝫ facultas. Decimaquarta concluſio. Magis liberales eſſe ſolent / qui non ſibi compararunt opes: ſed 15
ab alijs acceperunt. Nam qui ab alijs acceperunt: nunꝙ indigentiam ſunt experti. quapropter ad erogan-
dum exiſtunt procliuiores. qui autem ſibi cõquiſierunt / minus liberales euadere ſolent. nam magis amãt
õnes ſua opera: vt ſatis argumento ſunt genitores / atqꝫ poete. ¶ Decimaquinta concluſio. Facile item nõ 16
eſt: vt liberalis quiſꝙ ditetur. ¶ Primo. nam quo modo facile ditetur / qui neqꝫ capit / neqꝫ conſeruat:
quin contra ad erogandum procliuis eſt / neqꝫ magnifacit per ſe ipſas pecunias: ſed vt alijs erogare poſſit
non igitur facile quiſꝙ liberalis ditatur. Unde euenit vt accuſetur fortuna: quia hominum qui maxime di-
gni ſunt / minime diuitias habeant. ¶ Secundo. nec id iterum ſine ratione euenit. nam fieri non poteſt vt
is diuitias cõgerat: qui vt eas habeat curam nullam adhibet / quemadmodum ⁊ de ceteris rebus eſt. libe-
ralis autem diuitijs abundare parum admodum curat. ⁊ quãuis ita ſit: non ſua diſpenſat quibus non opor
tet / ⁊ quando non oportet / ⁊ de ceteris conſimilibus hoc modo. nam ſic agendo / nequaꝙ liberalitatis legẽ
ſeruaret: ſed conſumptis ad ea ipſa fortune bonis tunc cum maxime erogare honeſtum eſſet / atqꝫ opor-
teret / non poſſet. verum vt pauloante dictum eſt: liberalis eſt qui pro viribus / facultatibuſqꝫ erogat / et in
quibus oportet. ¶ Decimaſexta concluſio. Tyranni haud facile prodigi dicendi ſunt. Nam qui exupe- 17
rat ſuaqꝫ exterminat: prodigus eſt. atqui tyranni non facile dando ac erogando tãtam rerum copiam quã
poſſident exhauriunt / atqꝫ exuperant. ¶ Decimaſeptima concluſio. Liberalis nõ modo dabit / erogabitqꝫ 18
in quibus oportet ⁊ quod oportet / cum in paruis / tum etiam in magnis / ⁊ cum voluptate: verum ⁊ acci-
piet / vnde oportet / ⁊ quod oportet. Nam liberalitas: mediocritas eſt circa dandas / accipiendaſqꝫ
pecunias. cum itaqꝫ hec virtus circa vtrũqꝫ ſit mediocritas: faciet vtrũqꝫ vt oportet. liberalem enĩ datio-
nem ſequitur talis acceptio. ⁊ acceptio que talis non eſt / contraria eſt. at ea que ſequuntur: ſimul in eodẽ
ſunt. ſimul autem in eodem non fiunt contraria. igitur liberalis in omnibus ⁊ dabit quibus oportet / et
quot oportet / ⁊ delectabiliter / accipietqꝫ conſimiliter vnde oportet. ¶ Decimaoctaua concluſio. Si pre- 19
ter id quod dignum eſt / liberalem contigerit pecunias erogaſſe: dolebit moderate tamen / atqꝫ vt opor-
tet. Nam virtutis officium eſt: letari / atqꝫ dolere in quibus oportet et vt oportet. ¶ Decimanona con- 20
cluſio. Liberalis in rebus pecuniarijs ſe facilem preſtat / ⁊ admodum tractabilem. Nam pecunias nõ mul-
tifacit. ideirco iacturam in illis facile tolerabit: immo magis moleſte fert ſi quid cum oportuit non
erogauerit / ꝙ doleat ſi quid erogauerit cum minus oportuerit. neqꝫ Simonidis ſententiam approbat.
⁊ prodigus eiſdem delinquit: qui neqꝫ letatur / neqꝫ dolet in quibus oportet / neqꝫ vt oportet. ⁊ hoc
amplius in ſequentibus dilucebit. ¶ Uiceſima concluſio. Quamuis prodigalitas ⁊ auaritia vtrumqꝫ ſu- 21
perabundantia ⁊ defectus ſit / in duobus his dando ſcilicet ⁊ accipiendo: ille tamen ſuperabundantie et
defectus oppoſito modo ſumuntur. ⁊ ſub datione ⁊ ſumptus: expenſaſqꝫ facere comprehendimus.
Que autem oppoſito modo ſumantur: patet. nam prodigalitas in dando et non in capiendo ſuperat: ⁊ ca-
piendo / atqꝫ retinendo deficit. auaritia vero contra / in dando deficit: ⁊ capiendo atqꝫ retinẽdo ſuperat / at
in paruis capiendis tamẽ. ¶ Uiceſimaprima cõcluſio. Hec duo dãdo excedere et capiẽdo deficere: haud 22
multum in prodigo perſeuerant. Nã non facile eſt nulla ex parte capientem: diu ſua cunctis profundere /

verum perq̄ cito deficiunt ſic erogãtium priuatorum patrimonia. qui autem id ipſũ agunt: ſunt prodigi.
23 ¶ Viceſima ſecunda concluſio. Prodigus: longe minus deterior eſt auaro. ¶ Primo. nam prodigus ⁊ ab
etate / ⁊ egeſtate cito curari poteſt: ⁊ ſe ad mediocritatem reuocare. nõ autem auarus. ¶ Secundo. pro-
digus habet ea que ſunt viri liberalis. vt dat / ⁊ non accipit: q̄ꝗ̄ neutrum facit vt oportet / atq̃ recte. ve-
rumtamen ſi ad illa recte facienda ſe aſſuefacit / vel a ſuo mutetur modo: fiet vtiq̃ liberalis ⁊ dabit quib⁹
oportet / ⁊ non capiet vnde non oportet. ſic autem de auaro non eſt. quapropter non praua moribus vide-
tur eſſe prodigus. non enim improbi / atq̃ ingeneroſi eſt in dando excedere ⁊ nõ capere: imprudẽtis tamẽ
eſt / atq̃ ſtolidi. non igitur mirum ſi videatur prodigus longe minus deterior eſſe auaro. ¶ Tertio. cum
ob predicta minus malus ſit prodigus / tum ob id rurſus minus malus apparet auaro: ꝙ prodigus compluri-
bus prodeſt / auarus autem nemini / ne ſibi ipſi quidem. Sed hec de ijs prodigis intelligantur: qui ſimul
illiberales non ſunt. nam ſunt plerique prodigorum: vt qui alias coniunctas habent malicias. vt iam dictũ
eſt) qui accipiunt vnde non oportet / ⁊ hoc ipſo ſunt illiberales. ſunt autem tales ad capiẽdum procliues ob
erogandi cupiditatem: quodquidem prompte facere nequeunt proprijs prorſus exhauſtis rebus / ⁊ proin-
de aliena capere ⁊ ex alienis dare coguntur / ſimul vndecunq̃ poſſunt ſine vllo diſcrimine capientes: ꝙ ip-
ſis nulla honeſtatis ratio / nullus delectus eſt. dare enim cupiunt: ſed quo modo vel vnde / nullum apud eos
diſcrimen / nullaq̃ differentia eſt. Quo fit vt dationes eorum minime ſint liberales. non enim ſũt honeſte /
neq̃ honeſtatis gratia / nec vt oportet effecte. verum nonnunq̄ quos eſſe pauperes expedit: efficiunt diui-
tes. ⁊ illis q̄ moderatis ſunt moribus elargiuntur nichil: aſſentatoribus autem / ⁊ qui aliam quampiã affe-
runt voluptatem largiuntur abunde. Quapropter fit etiam vt talium q̄plurimi diſſoluti / intemperãteſq̃
euadant. nam cum facile erogent: proni ſunt in flagicijs ſumptus facere. et quia ita viuendo honeſtatem ne-
24 gligunt: ad voluptates declinant / precipiteſq̃ ruunt. ſicq̃ perdite intemperantes euadunt. ¶ Viceſimater-
tia concluſio. Prodigi emendatio: magna diligentia prouocari debet. Nam ſi emendationis cura / dili-
gentiaq̃ negligatur: in ſuperiores mala recidit. at cura / diligentiaq̃ adhibita: ad mediũ ⁊ ad id quod opor-
25 tet tandem perducitur. non igitur eius emendationis: diligens negligenda eſt cura. ¶ Viceſimaquarta cõ-
cluſio. Auaritia moribus maliciaq̃ inſanabilis eſt. Primo. nam ſenectus omniſq̃ imbecillitas auaros fa-
cit: que vitari nequeunt. ¶ Secundo. ꝙ vt plurimum magis ſit hominibus inſita auaritie promtas / q̄ꝗ̄ pro-
digalitatis. ſunt enim lõge plures pecuniarum cupidi: q̄ꝗ̄ ad dandum procliues: nichil mirum igitur ſi diſ-
ficilius ſanatur. ¶ Tertio. longe extenditur auaritie moribus multoſq̃ modos habet: quibus irretit / ac
illaqueat / ⁊ quos vitare admodum difficile eſt. ⁊ cum in duobus (vt ſummatim dicatur) conſiſtat vt in de-
fectione dandi / ⁊ exuperatione capiendi: non tamẽ omnibus integra aduenit / ſed interdum diſcinditur.
nam ſunt qui in capiendo excedunt / et alij in dando deficiunt / ⁊ ij omnes quos vocamus parcos / tenaces /
aridos: in dando deficiunt ſed neq̃ aliena capiunt / neq̃ accipere volunt. et eorum quidam dando deficiũt:
quandam modeſtie fingentes apparentiam ⁊ cautele / abſtinendi a rebus turpibus. nam videntur quidam
vel ſaltem aiunt ob id ſe ſua cuſtodire / ne cogantur aliquando turpe aliquid penuria indigẽtiaq̃ commit-
tere. ⁊ de numero eorum eſt ille qui cumini ſector appellatur / ⁊ quiuis huiuſmodi: qui ab exuperatione
nichil dãdi cuiq̄ / nomẽ ſibi retinet. alij ob metũ abſtinẽt alienis / ꝙ facile nõ putãt ſe aliena capere / ⁊ alios
nõ capere ſua: ideoq̃ nec accipere ab ipſis / neq̃ illis quicq̄ dare placet. alij rurſus ſunt qui in capiẽdo ex-
uperãt: vndiq̃ ⁊ quodcũq̃ accipientes. quales ſunt ij qui illiberalia exercent opera: vt lenones ⁊ id gen⁹
nebulonũ õnes ⁊ feneratores / ⁊ qui dant parua pro magnis. hi enim oẽs accipiunt vnde nõ oportet ⁊ quã-
tum non oportet. atq̃ hi omnes in hoc conueniunt / ꝙ omnis turpi lucro comparant / q̄q̃ omnes gratia lu-
cri ⁊ huiuſce quidem parui probra ſuſtinent / ⁊ infamiam. Nam illi qui grandia vnde non oportet capiunt /
ceu tyrãni hoſtiliter vrbes inuadẽtes / eaſq̃ diripientes / ⁊ ſpoliantes templa: non illiberales / ſed improbi /
26 ſed impij / ſed iniuſti potius dicuntur. ¶ Viceſimaquinta concluſio. Aleatores / fures / ⁊ latrones: illiberales
ſunt. nam hi omnes turpi in lucro verſantur. omnia enim gratia queſtus agunt: ciuſq̃ gratia vtriq̃ / alea-
tores quidem / ac fures latroneſq̃ ſuſtinent probra. nam aleatores ab amicis: quibus potius dare oporte-
ret / lucrantur. ⁊ fures ipſi / ac latrones extrema pericula: queſtus gratia ſubeunt. vtriq̃ igitur vnde non
oportet lucrari volentes: ſordido / turpiq̃ in lucro occupãtur. ⁊ omnis talis actus illiberalis eſt. igitur hu-
27 iuſmodi aleatores / fureſq̃ / ac latrones ſunt illiberales. ¶ Viceſimaſexta concluſio. Nõ abre illiberalitas
magis liberalitati contraria eſt: q̄ꝗ̄ ipſa prodigalitas. Nam maius malum eſt illiberalitas q̄ꝗ̄ prodigalitas.
⁊ magis illiberalitate peccant homines: q̄ꝗ̄ prodigalitate. merito igitur illiberalitas liberalitati magis con-
traria ponenda eſt: q̄ꝗ̄ ipſa prodigalitas. Sed de liberalitate ⁊ vicijs ipſi contrarijs: hactenus dictum ſit
abunde.

Cap. II.

28 Onſequens autem eſſe videtur ⁊ de magnificentia pertractare. Videtur
enim ipſa virtus quedam circa pecunias eſſe. non tamen ſeſe extendit
29 vt liberalitas ad omnes pecuniarios actus: ſed ad ſumptus tantũ. ¶ Atq̃
in his liberalitatem exuperat magnitudine. Nam vt ipſum nomen ſubſi-
30 gnificat decens fit per ipſam in magnitudine ſumptus. ¶ Magnitudo autẽ eſt ad
aliquid. Non enim idem ſumptus triremis / et ſpectaculorum prefectũ decet. de-
cens igitur eſt et ad ipſum / ⁊ in quo / ⁊ circa que fit. Qui vero paruis in rebus / aut
mediocribus pro dignitate ſumptus facit (qualis eſt ille qui dicit
Atq̃ ego ſepe dedi peregre venientibus vltro)
nõ dicitur magnificus: ſed is qui in magnis. Nã magnificus quidẽ liberalis eſt. at
31 liberalis nõ cõtinuo magnific⁹ eſt. ¶ Talis autẽ habit⁹ defectio quidẽ: circa decoꝝ
puſillitas nũcupatur. exuperatio vero ſorditas / ⁊ circa decorũ rudites appellatur. ⁊ quot

ſunt tales/nō circa que oportet exuperātes magnitudine:ſed in quibus nō oportet
⁊ quēadmodū nō oportet/querentes ſibi ſplendorē/ de quibus poſterius dicemus.
¶ Magnificus aūt ſcienti ſimilis eſt. Nā decorū ipſū cōtēplari poteſt:⁊ magnos 32
cōcinne facere ſūptus. ¶ Ut eni in pricipio diximus:habitus operationib9/⁊ iis quo- 33
rū eſt/ definitur. Sūptus igitur magnifici magni ſunt ⁊ decentes:talia aūt ⁊ ope
ra ſunt. ſic eni magnus erit ſumptus ⁊ decēs ad opus. Ut ſūptu quidē opus/opere
vero dignus ſit ſumptus: vel etiā exuperet. ¶ Atqui magnificus honeſtatis cauſa 34
tales faciet ſumptus. hoc eni oibus eſt cōmune virtutibus. ¶ Et etiā cū voluptate 35
⁊ ſine parcimonia erogando. exacta nāq ratio ad puſillitatē nimirū attinet. Atq
potius quonā pacto pulcherrimū/maximeq decens fuerit ipſū opus cōſiderabit/ q̄
quāti cōſtiterit:⁊ quonā modo confectū/ q̄ per minimos fuerit ſumpt9. ¶ Neceſſe 36
eſt igitur: ipſū magnificū liberalē etiā eſſe. Eteni liberalis: ſūptus faciet quos opor-
tet/ ⁊ vt oportet. in his aūt eſt magnū ipſū magnifici/ vt magnitudo circa hec libe-
ralitatis. ¶ Et ab equali ſumptu magnificētius faciet opus. Nō eni eadē eſt virtus 37
rei que poſſidetur ⁊ operis. eteni illa quidē eſt ea que q̄ plurimo precio digna eſt / et
precioſiſſima: vt aurū. opus aūt quod magnū eſt atq pulchrū. talis eni operis aſpe-
ctus eſt admirabilis. at quod eſt magnificū eſt admirabile. atq virt9 operis eſt ma-
gnificētia in magnitudie. ¶ Sūt autē impēſe quas dicim9 ipſa honorabilia: vt ea q̄ 38
deorū heroūq cauſa fiūt. dedicationes inq̄:⁊ extructiones/ac ſacrificia/⁊ circa om
ne diuinū. Et ea que ad rēpublicā liberaliter fiunt: vt ſi aliquo in loco ludos ſplen-
dide facere oportere putāt/aut prefecturas ſubire nauiū/aut etiā epulū publicū exhi
bere. atqz in vniuerſis (vt diximus) ⁊ ad agentē habetur reſpect9 quiſnā ſit:⁊ quas
habeat facultates. digna eni his eſſe oportet/ ⁊ nō ſolū opus: verū ⁊ ipſū facientē de-
cere. ¶ Quocirca pauper nō erit magnificus: quippe cū ei nō ſint ea e quib9 multos 39
decore faciat ſumptus. Qui vero aggreditur: fatuus eſt. nā preter dignitatē facit et
id quod oportet. id vero quod recte ſeſe habet: a virtute emergit. ¶ Decēt aūt ⁊ eos 40
quibus talia antecedūt aut per ſeipſos/aut per maiores/aut per eos ad quos ipſi ſe
referunt/ ꝓpinquitatis aliqua ratione. ⁊ nobiles etiā/⁊ glorioſos: ⁊ quotquot ſunt
huiuſcemodi. Hec eni vniuerſa amplitudinē habēt ⁊ dignitatē. maxime igit̄ talis
eſt ipſe magnificus: ⁊ in talibus impēſis verſatur ipſa magnificentia/quēadmodū
diximus. ⁊ maxime eni/⁊ honorabiliſſime ſunt. ¶ Priuatarū autē ee pertinent ad 41
magnificū que ſemel fiūt: vt nuptie/ ⁊ ſiquid aliud tale. Et ſi circa aliquid tota ci-
uitas/aut qui ſūt in dignitatibus ſtudeāt:⁊ circa hoſpitū ſuſceptiones/⁊ miſſiones
⁊ munera. nō eni ad ſeipſū: ſed ad publica ſūpt9 facere magnific9 ſolet. ipſa aūt mu-
nera ſimile quid habēt iis que diis dedicantur. ¶ Ad magnificū etiā ꝑtinet ⁊ domū 42
a ſe extructā (vt diuitias) decenter habere. Eſt eni quoddā ⁊ hec ornamētū. et itē in
iis magis operib9 ſumptus facere: que diuturno tēpore perſiſtere poſſunt. hec enim
ſūt maxie pulchra. ¶ Atqz in ſingulis decorū ipſū ſeruare. Nō eni eadē diis/et hoi- 43
bus/et ad tēpliū/atqz ſepulchrū acōmodantur. eſt autē vnuſquiſqz ſūptus magni-
fici ſuo in genere magnus. et magnificentiſſimus quidē is eſt/qui eſt magnus in ma
gno. hic aūt is qui eſt in his magnus. Et differt magnū quod eſt in opere: a magno
quod eſt in ſumptu. pila nāqz pulcherrima/aut pulcherrimus vrceus/ puerilis q̄dē
muneris magnificētiā habet: preciū autē eius puſillū eſt/atqz illiberale. Quapropt̄
magnifici eſt quocūqz in genere faciat: magnifice facere. tale nāqz neqz facile ſuperā
poteſt: et ſeſe habet vt ſumptus dignitas poſtulat. talis eſt igitur ipſe magnificus.
¶ Is autē qui exuperat atqz ſordidus/ſūptus faciendo vltra id quod oportet/exupe- 44
rat: vt dictū eſt. Nā paruis in reb9 multa conſumit/et ſplendorem incōcinne captat:
nunc iis qui pecunias cōferūt ad cōuiuia ſibi paranda nuptialī apparatu epulū pre-
bēs/ nūc ſubminiſtrās comedis/exhibēs in eorū tranſitu purpurā vt facere Mega-
rēſes conſueuerūt. et ōnia talia nō honeſtatis/ſed oſtentationis diuitiarū cauſa fa-
cit: et vt admiratiōe ꝓpter hec (vt putat) afficiatur. Atqz vbi q̄dē multos facere ſū-
ptus opz: paruos facit. vbi vero op9 eſt paruis: magnos. Puſillus autem in decoro cir
ca vniuerſa deficit: et maximis factis ſūptibus in paruo perdit decorum. et quicq̄d
facit: tarde/ differendoqz facit. Conſideratqz quonam pacto q̄ minimos faciat ſum-
ptus, et etiam queritur: cunctaqz maiora q̄ oportet ſe facere putat. Sunt igitur

hi duo habitus vicia quidem. non tamen afferunt probra: propterea ꝙ neqꝫ detrimento ſunt alijs/ neqꝫ nimium ſunt deformes.

30 ¶ Secũdi capitis note. ¶ Triremis: nauis treis ordines remorum habẽs. ¶ Prefectus: cui totũ mode
33 rationis publicum onus commiſſum eſt/ totaqꝫ authoritas. ¶ Qꝫ ſumptus ipſe opere dignus eſſe debeat vel etiam opus ſumptum ſuperare: in magnifica regie ſolis deſcriptione notauit Ouidius. Ouidius.

Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis
Clara micante auro flammaſqꝫ imitante pyropo.
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine value.

41 Materiam ſuperabat opus. ¶ Semel: admoduꝫ raro. vt cũ nuptie celebrãtur/ aut aliquid ſimile. vt cũ quis
42 nouam dignitatem init/ aut in aliqua litteraria profeſſione comes aſciſcitur: et talia huiuſmodi. ¶ Magnificus is in magno magnus eſt/ qui in opere magno magnos ſumptus facit/ ſingulis his quibꝰ accommo-
43 dantur in magnitudine reſpondentibus. ¶ Pila ſpherula luſoria. ¶ Urceus/ vas quo aqua in vinam fun-
44 ditur. ¶ Hiſtrio: mimus/ qui aliorum dicta/ facta ve ſine reuerẽtia imitatur/ ac fingit. ¶ Comedus: qui comedias in ſcena repreſentat. ¶ Megara: vrbs media inter Peloponneſuꝫ/ Atticam/ et Boetiã ſita: a qua dicti ſunt Megarenſes. ¶ Hic de magnificentia proſequitur Ariſtoteles que circa ſumptuuꝫ magnitudines mediocritatem ſeruat ad duo potiſſimum ſe extendens/ ad dei cultum/ et ad rempublicam. ad dei quidem cultum magnifica ſacrificia/ magnificas ſanctorum edes (que toto viſuntur in orbe) hec preparat virtus. ad rem vero publicam magnifica offeruntur munera/ magnifica celebrantur conuiuia/ magnifici ludi/ Dido
magnifice vrbes/ magnifica ad rei publice moderamen eriguntur palatia/ et magnifice ad locorum tuitio- Eneas
nem extructe reperiuntur arces. hinc illud magnificum Sydonie Didonis ad Eneam conuiuium indu- Uirgilius
cit Uirgilius.

Quinquaginta intus famule quibus ordine longo
Cura penum ſtruere/ et flammis adolere penates.
Centum alie/ totidemqꝫ pares etate miniſtri
Qui dapibus menſas onerant/ et pocula ponunt/
Necnon et Tyrij per limina leta frequentes
Conuenere: thoris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Enee/ mirantur Iulum
Flagrãtiſqꝫ dei vultus/ ſimulataqꝫ verba
Palamqꝫ et picto croceum velamen achanto.

Sed ſi verum magnificum deſideratis: ſacre littere vobis dabunt. Salomonem ſcilicet magnificum dei tẽ- Salomon
plum extruentem: vbi indice oneribus portandis ſeptuaginta milia virorum occupata deſudabãt/ et octoginta milia latomorum operi inſiſtebant. in quo peracto non ſolum ſolennem hecatomben: ſed et ouium et boum innumeram/ multitudinem deo victimas obtulit. vbi clamat ad deum. ſi enim celi celorum te capere non poſſunt: quanto magis domus hec quam edificaui tibi? Bene enim maximis virtutibus vtitur: qui ad maxima et natura digniſſima totam intentionem ſuam conuertit. nihil enim in hoc ſenſibili mundo preter animum et virtutes magnuꝫ eſſe puteris. hec enim virtus ſummopere claros/ principeſqꝫ decet: ſed qui ſapientum ſint ſimiles. quod exemplo Alexãder Macedo prodidit. Cum enim Dinocrates Architectus pe-
ritiſſimus illi polliceretur in magnificentie ſue argumentum montem Athon in virilem ſtatuam ſe formatu- Alexander
rum/ cuius leua/ vrbis ampliſſima menia ſuſtentaret/ dextera vero pateram teneret/ que montis flumi- Dinocrates
na receptaret/ profunderetqꝫ in mare magnificũ profecto et immortali memoria Alexandri opus dignũ: queſiuit tum Alexander eſſent ne agri qui re frumentaria ciuitatem alerent. cum reſpõdiſſet Dinocrates ſubuectionibus marinis opus eſſe: ſubiunxit Alexander iudicium ſuum de ciuitate facienda non eſſe probandum. Itaqꝫ exemplo eſt Alexander: magnificum opus/ non eſſe niſi a ſapiente viro tentandum. ¶ Hu-
ic preclariſſime virtuti duo vicia ſorditas/ et puſillitas opponuntur. Sorditas. Cui non auditũ eſt ſor- Plinius
didum Cleopatre Egypti regine obſoniuꝫ? que Antonio magnificentiã ſuam aſtruere volens: dixit ſe vna Cleopatra
cena centies ſeſtertium abſumpturam. quod cupiebat cognoſcere Antonius/ nam id fieri poſſe non arbitra- Antonius
batur/ et proinde id negabat: illa vero confirmabat. et ſponſiones facte ſunt/ delectuſqꝫ L. Plancus ſpõſio- Plancus
nis iudex. poſtero autem die iudicium expectabatur/ magnificaqꝫ cena. ſꝫ Cleopatra quotidianã Antonio appoſuit irridenti/ computationemqꝫ poſtulanti. at illa taxationem confirmans ſe ſolam ea in cena centies ſeſtertium cenaturam dixit. duo fuere maximi vniones per omne euum. vtrũqꝫ poſſedit Cleopatra per manus orientis regum ſibi traditos. itaqꝫ inferri ſecundam menſam iuſſit. et ex precepto/ miniſtri vnum tantum vas ante eam poſuere aceti: cuius aſperitas/ viſqꝫ/ in tabem margaritas reſoluit. gerebatqꝫ tum auribus maxime ſingulare illud et vere vnicum nature opus. itaqꝫ ſpectante Antonio quidnaꝫ eſſet actura/ detractum alterum merſit in aceto ac liquefactum obſorbuit. iniecitqꝫ alteri manum L. Plancus iudex ſpõſionis eius (eum quoqꝫ paranti ſimili modo abſumere) victum Antonium pronunciauit homine quidẽ irato. Plinius. Id ſordidum eſt Cleopatre conuiuium: quo vno morſu vnius regni aſſumpſit opes. Itaqꝫ euenit vt multi ſint ſordidi/ multiqꝫ puſilli: pauci vero euadant magnifici.

¶ Secũdum cap. quindecim cõcluſionibus vna diffinitione/ et vno correlario partitum eſt.

28 Secundi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. De magnificentia conſequenter diſ-
ſerere conſentaneum eſſe videtur. Hoc enim ideo eſt: ꝙ magnificentia quedam virtus eſt circa pecunias vt et liberalitas. attamen non ita ad omnes res pecuniarias vt liberalitas ſe diffũdit: ſed ad ſumptus ſolũ.
29 ¶ Secunda concluſio. In ſumptibus ipſis magnificentia: communem magnitudine ſuperat liberalitateꝫ.
30 Nam vt ipſum nomen deſignat: inea decẽs fit in magnitudine ſumptus. ¶ Tertia concluſio. Decens ſumptus: et ad ipſum qui facit et in quo et circa que fit attendi debet. Nam ſumptuum magnitudo ad aliquid eſt. non enim idem ſumptus decet prefectum triremis/ et ſpectaculorum prefectum. eſt igitur decens ſumptus et ad ipſum/ et circa que fit: attendendus. et qui in paruis rebus aut mediocribus/ ſumptus pro dignitate facit: qualis ille fingitur qui ita dicit. Atqꝫ ego ſepe dedi peregre venientibus vltro/ nõ dicitur magnus

ficus/ ſed ſolum ille qui in magnis. nã etſi magnificus omnis/ liberalis eſt: non tamen continuo contra effi=
citur/ vt omnis liberalis ſit et magnificus. ¶ Diffinitio. Puſillitas/ paruificentiaq; atq; modicitas dicit: 31
circa huiuſmodi magnificos ſumptus/ defectus. et exuperatio nominatur ſordiditas; circaq; decorum ru=
ditas. ſed quot modis ſunt tales exuperantes magnitudine/ non circa que oportet/ ſed in quibus non opor=
tet/ ⁊ quemadmodum non oportet ſplendorem ſibi conquirentes: adhuc poſterior futurus eſt ſermo.
¶ Quarta concluſio. Magnificus ſcienti perſimilis eſt. Nam quid decens/ quidq; decorum ſit intelligit/ 32
⁊ magnos ſumptus pro dignitate/ atq; vt conuenit facit. ¶ Quīta concluſio. Magnifici opera magna ſūt: 33
⁊ decentia. Nam vt prius notum factum eſt: habitus operationibus determinatur/ ⁊ ijs quorū eſt habit⁹.
at magnifici habitus magnus eſt atq; decens ⁊ ſumptus magni atq; decentes. talia igitur ſunt ⁊ eius opa.
ſic enim ſumptum magnum eſſe oportet: vt conueniat operi vt et opus ipſum ſumptu dignum ſit/ et ſum
ptus ipſe opere dignus/ vel etiam opus ſumptus exuperet. ¶ Sexta concluſio. Magnificus magnos ſum 34
ptus/ honeſtatis facit gratia. Nam honeſtatis gratia agere: commune omnibus virtutibus eſt. ¶ Septia 35
concluſio. Eoſdem item faciet et cum voluptate/ et ſine parcimonia. Cum voluptate agere commune eſt
omnibus virtutibus. ꝙ autem ſine parcimonia/ ideo eſt: ꝙ exacta ſumptuum ratio/ ſupputationiſq; diligē
tia/ ad puſillitatem potius pertinet. verum ipſe magnificus magis cogitabit/ quemadmodū pulcherrimū/
decentiſſimumq; fiat opus ꝙ quanti coſtet/ et ꝙ in eo conficiendo ſumptus faciet ꝙminimos. ¶ Octaua 36
concluſio. Ut magnificus in ſuis agendis liberalis ſit: oportet. Nam liberalis ⁊ in magnis ⁊ in paruis: ſum
ptus facit quos oportet/ et vt oportet. ⁊ quod in ſumptibus magnum eſt: ipſius magnifici eſt. at huiuſmo=
di circa ſumptus decens magnitudo: ſine liberalitate non eſt. in ſuis igitur agendis magnificus: liberalis
eſt. ¶ Nona concluſio. A ſumptuum equalitate: magnificus/ magnificentius parat opus. Nam non eadē 37
eſt virtus poſſeſſionis et operis: ſed poſſeſſionis virtus eſt que curat vt ea comparetur poſſeſſio/ que pluri
mi digna/ multoq; precio eſt/ vt aurum. et virtus operis eſt: que curat vt ipſum magnum ſit atq; decorū.
ſic enim admiratione ſui trahit aſpectus. et quod magnificum eſt: admirabile eſt. et huiuſmodi operis in
magnitudine admirabilis: magnificētia virtus eſt. nihil mirum igitur ſi magnificus/ habēs magnifici ope
ris virtutem: ab equalitate ſumptus magnificentius ceteris parat opus. ¶ Decima concluſio. In omnib⁹ 38
ad magnificentiam pertinentibus: reſpectus ad ipſum agentem habendus eſt/ quiſnam ipſe ſit: et quibus
preditus facultatibus. Nam quoſdam ſumptus honorificos eſſe dicimus: vt in rebus que diuinorum numi
num cauſa fiunt qualia ſunt dedicationes/ delubrorum extructiones ⁊ ſacrificia. ⁊ omnino circa rem om=
nem diuinam/ ⁊ publicam: magnificentia eſt. vt ſi quo in loco ludi publici ſunt magnifice inſtaurandi/ aut
prefecture nauium ſuſcipiende/ aut publicum epulum exhibēdum. ⁊ in his omnibus/ et reliquis/ vt ⁊ iam
etiam dictum eſt: ipſius agentis ratio habenda eſt/ quis ſit/ ⁊ quas habeat erogandi facultates. nam opera
digna facultatibus/ illiſq; reſpondentia eſſe oportet. et non ſolum opus dignum eſſe ſat eſt: ſed ⁊ oportet
ipſum facientem eſſe decentem. ¶ Correlarium. Quapropter pauperi non incumbit eſſe magnificū. Nā 39
non ei ee ſuppetunt facultates ex quibus magnos pro dignitate/ atq; decētia: faciat ſumpt⁹. ꝙ ſi quis pau
per/ talem aggreditur prouinciam: merito fatuus/ deſipienſq; reputetur. nam preter dignitatem/ atq; de=
centiam id aggreditur. at vero quod recte tentandum eſt: a virtute proficiſcitur. ¶ Undecia cōcluſio. Ma 40
gnifica aggredi opera eos decet/ qui ex anteceſſoribus tales facultates acceperūt/ aut per ſeipſos aut per
ſuos maiores/ aut eos ad quos ſe aliqua ſanguinis propinquitate referunt/ id poſſunt: et ſummatim nobi=
les ⁊ glorioſos ⁊ eiuſmodi quotquot ſunt omnes. Nā hi omnes amplitudinem habent/ ⁊ dignitatem ſuffi=
cientem. igitur maxime decet talem quemcunq; eſſe magnificum. in talibus enim impenſis quas ipſi face
re poſſunt: maxime (vt dictum eſt) magnificentia verſatur. ſunt enim maxime atq; honorificentiſſime.
¶ Duodecima concluſio. In priuatis rebus ſemel inſtar magnifici: magnos ſumptus facere expedit. vt cū 41
fiunt nuptie/ aut aliquid tale: item cum tota aliqua ciuitas circa aliquid ſtudeat aut qui honores ſunt ade
pti/ ⁊ cum quid ſimile fit: circa hoſpitum ſuſceptiones retributiones/ ⁊ munerationes. nam magnificus ēi
ſed ad publica/ ſumptus facere ſolet. ⁊ magnifici munera ſimile aliquid habēt ijs que deo ſacrātur. ¶ De= 42
cimatertia cōcluſio. Magnifici eſt etiam domum ſibi conſtructam habere ſuis diuitijs cōgruentem. ⁊ i ijs
magis ſumptus facere que diutius facta permanere poſſunt. nam domus preclare conſtructa ornamēto eſt.
⁊ omnia que diuturniore tempore perſiſtere poſſunt: optima ſunt. ¶ Decimaquarta concluſio. Magnifi= 43
cus in ſingulis dignitatem/ decorumq; ipſum ſeruat. Nam nō eadem dijs hominibus/ temploq; et ⁊ ſepul
chro: accommodari debent. ſed vnuſquiſq; magnifici actus: in ſuo genere magnus eſt. ⁊ lōge omnium ma
gnificentiſſimus is eſt: qui in magno magnus eſt. reliquus autem magnificus eſt: ꝙ in alijs vtcunq; magn⁹
eſt. ⁊ differt magnū illud quod eſt in opere: ⁊ magnum quod eſt in ſumptu. nam pulcherrima pila aut pul=
cherrimus vrceolus. magnum habet in opere/ ⁊ ad puerile donum magnificentiam. ſumptus autem ⁊ pre
cium exiguolum eſt et illiberalis. magnificus igitur quocunq; in genere magnifice agit/ ⁊ dignitatem ſer=
uat. qui enim talis eſt non facile ſuperari poteſt: ⁊ ſingulis ſeſe habet vt ſumptus dignitas poſtulat. ex his
itaq; ſatis licet qualis magnificus ſit/ agnoſcere. ¶ Decima quinta concluſio. Circa decorum ruditas/ et 44
puſillitas duo hi habitus vicia ſunt: ſed ſuis authoribus haud multum probra afferunt. Nam is qui circa
magnos ſumptus excedit: ſordidus eſt/ ſumptus faciendo/ vltra id quod dignum eſt/ atq; oportz exuperās/
quēadmodum pretactum eſt. nam paruis in rebus/ ſumptuum grandem copiam conſumit/ et ſplendorem
contra decentiam captat: nunc ijs (qui ipſum in conuiuijs recipientes aliquid pecuniarū expenderunt) nu=
ptiali quodam apparatu epulum prebens/ nunc hiſtrionibus atq; comedis ſordide tribuens ⁊ in eorū trā
ſitu purpuram ſubſterniens. vt et Megarenſes facere conſueuerūt. ⁊ omnia hec non honeſtatis/ ſed oſtēta=
tionis diuitiarum gratia facit: vt ea ipſa faciendo homines (quemadmodum ſua fert opinio) ad admira=
tionem ſui trahat/ alliciatq;. atq; vbi multos ſumptus facere deceret. paucos quidē facit. vbi vero paruis
opus eſt: tum facit ipſe magnos. Et puſillus in omnibus deficit. ⁊ in maximis ſumptibus propter neſcio
quid paruum perdit decorum. ⁊ quicquid agit: tardus eſt/ atq; differens/ moraſq; protogans/ ſemper i ani
mo verſans quonam modo in eo quod parat/ ꝙ minimum expendat. ⁊ hoc ipſum cum querelis agit/ cun=
ctaq; maiorem ꝙ oporteat ſumptum ſe facere putat. ſunt igitur hi duo habitus vicia/ ſed cum alijs detri=
mento non ſint/ neq; nimium ſint deformes: haud multū ſuis authoribus probra afferre equum eſt. Et de
magnificentia cuiuſq; oppoſitis vicijs hactenus.

45 Agnanimitas aũt circa magna q̇dẽ/ vel ex ipſo nomine ver= Cap.III.
ſari videt̃.circa q̃ vero verſat̃/pꝛimũ accipiam⁹ opꝫ.Atqꝫ nihil refert:ſiue
habitũ ipſum/ſiue eũ cõſiderem⁹ q̇ habitum hꝫ. videt̃ itaqꝫ magnanimus
is eſſe:q̇ magnis eſt dignus/ ⁊ dignũ ſeſe magnis eſſe cẽſet.q̇ nãqꝫ non ꝓ
dignitate hoc facit:ſtolidus eſt.at eoꝛũ qui pꝛediti ſunt virtute/ nemo demẽs/nemo
46 ſtolidus eſt.is igit̃ quẽ dixim⁹:magnanim⁹ eſt. ❡Qui nãqꝫ parua meret̃/ ⁊ hiſce di
gnũ ſeipſuꝫ cẽſet:modeſt⁹ q̇dẽ/at nõ magnanim⁹ eſt. magnanimitas eni in magni
tudine:ſicut ⁊ pulchꝛitudo coꝛpoꝛe i magno cõſiſtit.parui vero vꝛbani quidẽ ſunt/ ⁊
47 mẽbꝛis appoſiti/ſed nõ pulchꝛi. ❡Is aũt qui eſt indign⁹/ ⁊ magnis dignũ ſeipm̃ cẽ=
ſet:eſt lentus. Non eſt aũt omnis lentus: qui maioꝛibus q̃ meretur dignũ ſeipſum
cenſet. At is qui ſe dignũ minoꝛib⁹ q̃ dignum ſit cẽſet:puſillanim⁹ eſt.ſiue magna/
ſiue mediocria meret̃/ſiue parua q̇dẽ/minoꝛib⁹ vero ſeipm̃ dignũ eſſe exiſtimet.at
maxime videbitur is qui magnis eſt dign⁹.quid eni faceret:ſi tãtis nõ eſſet dign⁹.
48 ❡Eſt igit̃ ipſe magnanim⁹:magnitudine quidem extremus/ ratione autẽ ei⁹ quod
opoꝛtet medi⁹. dignũ eni eo ipm̃ cẽſet/quod ad dignitatẽ ſuã accõmodat̃.Illi vero
exuperãt/ ⁊ deficiũt.q̃ ſi magnis ſe dignuꝫ cenſeat: ⁊ ſit dign⁹/ ⁊ maxie maximis.
49 ❡Circa vnũ:maxie verſabit̃ ipſe. Dignitas autẽ ad extrema dr̃ bona.maximũ ve=
ro id aſſeuerãt oẽs eſſe:qd̃ dijs ipſis tribuimus/ ⁊ qd̃ maxie hoĩes qui ſunt in digni=
tate affectant/quodqꝫ dari pꝛemiũ ob res pulcherrimas ſolet.tale aũt eſt ipſe honoꝛ.
hoc eſt enim bonoꝛũ maximũ:ſed externoꝝ. circa igit̃ honoꝛes ⁊ ihonoꝛatiões:ma=
gnanimus vt opꝫ verſatur. ❡Et ſine etiã ratione:magnanimi circa honoꝛes eſſe vi
dentur. viri namqꝫ magni:maxie ſeipſos dignos eſſe honoꝛe pꝛo dignitate cẽſent.
Sed puſillanimus/deficit tam ad ſeipm̃:q̃ ad ipſius magnanimi dignitatẽ. Lent⁹
50 aũt reſpectu q̇dẽ ſui exuperat:nõ tñ ipſum magnanimũ. ❡Atqui magnanim⁹ ipſe/
cũ ſit maximis dign⁹:fuerit optimus ſane. Melioꝛ eni:maioꝛa ſemꝑ meret̃/ ⁊ opti=
51 mus:maxia. ❡Eũ ergo q̇ vere magni eſt animi:bonũ eſſe opꝫ. Atqꝫ magnanimi vi
debit̃ id eſſe:qd̃ eſt in vnaquaqꝫ virtute magnũ.nulloqꝫ pacto magnanimo cõpetit:
aggreſſo ꝑicula fugã ob timoꝛẽ arripere/ aut iniuriã facere.grã nãqꝫ cui⁹ is aget tur
pia:cui nihil eſt magnũ:ſingula vero cõſiderãti magnanim⁹/ſi nõ ſit bon⁹:ridicu=
lus oĩno videbit̃.nec etiã dignus erit honoꝛe:ſi pꝛauus ſit.q̇ppe cũ honoꝛ pꝛemium
52 ſit virtutis / ac bonis hominib⁹ tribuatur. ❡Videtur igit̃ ipſa magnitudo animi
tanq̃ oꝛnamẽtũ quoddã eſſe virtutũ. Nã maioꝛes efficit ipas: ⁊ ſine illis ipſa nõ fit
quãobrẽ difficile eſt vere magnanimũ eſſe.nõ eni eſſe põt / ſi nõ omnis ꝓbitas aſſit.
53 ❡Magnitudo igit̃ animi:maxie circa honoꝛes ⁊ inhonoꝛatiões verſat̃ . Atqꝫ ma=
gnanim⁹ ꝓ ijs q̇dẽ honoꝛib⁹ q̇ ⁊ magni ſunt: ⁊ a ſtudioſis hoĩbus offerunt̃/modera
te letabit̃/tanq̃ accõmodatos ſibi/ vel minoꝛes etiã adipiſcẽs. virtute eni accumula=
ta:nullus dign⁹ honoꝛ fieri põt.acceptabit tñ:q̇ maioꝛa neq̃unt exhiberi. Sꝫ eos ho=
noꝛes quos q̇uis hoĩes ⁊ paruis tribuũt:paruipẽdet oĩno.nõ eſt eni his dign⁹. Si=
militer ⁊ id qd̃ eſt honoꝛi cõtrariũ.nõ eni iure fuerit circa ipm̃. vt igit̃ dictũ eſt/ vir
54 magnanim⁹:maxie circa honoꝛes verſat̃. ❡Et circa tamẽ diuitias/ ⁊ poteſtatem/et
omnẽ pꝛoſperitatẽ/aduerſitatẽqꝫ foꝛtune/quocũqꝫ euenerit mõ: moderate ſeſe habe
bit. Et neqꝫ vehementer in ꝓſperitate letabit̃/ neqꝫ nimiuꝫ in aduerſitate dolebit.
neqꝫ eni circa honoꝛẽ ita ſeſe habet:qui q̇dẽ maximũ bonũ eſt. ❡Poteſtates enim di
uitieqꝫ pꝛopter honoꝛẽ expetuntur.itaqꝫ qui hec habẽt per ipſa honoꝛibus affici vo=
lũt.cui igitur et honoꝛ eſt paruũ:huic ⁊ cetera parua ſũt.quapꝛopter ipſi magnani=
mi:contẽptoꝛes eſſe vident̃. ❡Vident̃ autẽ ⁊ pꝛoſperitates foꝛtune:ad magnanimi
55 tatem conducere. Nobiles eni ⁊ ij qui ſũt in poteſtatib⁹ cõſtituti/ vel diuites:digni
cenſentur honoꝛe. ❡In excellentia namqꝫ cõſiſtunt.atqꝫ omne bonũ quod excellit/
dignũ eſt magis honoꝛe.quapꝛopter ⁊ talia:magis magnanimos faciũt. ❡A q̇buſ=
dã eni honoꝛant̃:re aũt vera/ ſolus bonus eſt honoꝛabilis.atqꝫ ij q̇dẽ quibus in ſunt
56 ambo:digni magis honoꝛe cenſentur . ❡Qui vero ſine virtute talia bona habent:ij
non iure ſeipſos dignos magnis honoꝛibus cẽſent / neqꝫ magnanimi recte dicunt̃.
Non enim ſunt hec:ſine accumulata virtute.cõtẽptoꝛes aũt/petulanteſqꝫ fiunt.nõ
eſt enim facile:ſine virtute moderate res ferre ſecundas. Atqꝫ cũ equabilit̃ ferre nõ
poſſint/putẽtqꝫ ſe ceteris antecellere:alios quidem deſpiciũt, ❡Ipſi vero quicquid

contigerit/agunt. imitentur enim magnanimum: etſi ſimiles ei non ſunt. idq; faci
unt in quibus poſſunt. ¶ Ea igitur que a virtute proficiſcuntur: non agunt. Deſpi-
ciunt autem ceteros. ſed magnanimus iure deſpicit. opinatur enim vere: vulgus
autem vt contingit. ¶ Non autem parua pericula ſubit/nec periculorũ eſt cupidꝰ: 57
propterea ꝙ res paucas multifacit. ſed ſubit magna. atq; cum in periculo verſatur:
vite ſue non parcit/quaſi non ſit dignum omnino viuere. ¶ Eſt etiã talis: vt bene- 58
ficia conferat. Et pudeat ipſũ: ſi ſuſcipiat beneficia. Illud enim ſuperioris eſt: hoc i-
ferioris. et in retribuendo: maiora beneficia cõferat. hoc enim pacto debitor inſuper
fiet is: qui primus contulit/atq; ſuſcipiet beneficium. ¶ Videtur etiam et eorum 59
quidem meminiſſe: in quos beneficia contulit/eorum autem non meminiſſe a quibꝰ
ipſe ſuſcepit. Eſt enim is qui ſuſcepit: inferior eo qui contulit beneficium. ipſe ve-
ro vult ſuperior eſſe. ⁊ cũ voluptate q̃dẽ audit ea que contulit: ſine autem voluptate
ea q̃ ipſe accepit. Quapropter et Thetis non enarrat bñficia Ioui/nec Athenienſibꝰ
Lacedemonij q̃ contulerũt in illos: ſed que ſuſceperunt ab illis. ¶ Eſt etiã magna- 60
nimi: neminis/aut vix indigere. ſubminiſtrare autem: prompte. Et ad eos quidẽ ho
mines qui in dignitate ſunt cõſtituti/proſperitatibuſq; vtunt̃ fortune: magnũ eſſe/
ad medios autẽ mediocrẽ. Illos enĩ ſuperare: difficile eſt ⁊ glorioſum/hos autẽ faci
le. ⁊ inter illos quidẽ gloriari: nõ eſt ingeneroſum. inter humiles autẽ eſt importu-
num: quemadmodum viribus contra imbecillos contendere. ¶ Eſt etiam magnani 61
mi: non adire ea que afficiunt̃ honore/⁊ vbi alij primas occupãt partes. ⁊ ocioſũ eſſe
ac tardum: niſi vbi magnus eſt honos/vel opus ⁊ paucas q̃dẽ agẽdas res aggredi/
magnas autem ⁊ preclaras. ¶ Neceſſe eſt etiam palã ipſum: tam odiſſe/ꝙ etiã ama 62
re. q̃ppe cũ metuẽtis ſit occultare. ¶ Et magis ipſi cure veritatẽ ꝙ opinionẽ eſſe: et 63
apta loq̃ ac agere/eſt enĩ hoc cõtẽptoris. quapropter vtit̃ libertate. eſt enĩ ⁊ libertate
vtentis. Quapropter contẽptor eſt/⁊ etiã verax: niſi diſſimulatiõe vtatur/qua qui-
dem ad multitudinẽ vtit̃. ⁊ nõ poſſe ad alium viuere niſi ad ſolum amicũ: eſt enim
ſeruile. Quapropter ⁊ oĩs adulatores ſeruiles ſunt: ⁊ omnes humiles adulatores.
¶ Nec eſt procliuis ad admirãdũ. Nichil enim apud ipſum eſt magnum nec eſt ſibi 64
mali memor illati. nõ eſt enĩ magnanimi meminiſſe preſertim mala: ſed potiꝰ deſpi
cere. ¶ Nec de hoibus loquitur. Etenĩ neq; de ſeipſo: neq; de alio dicet. nec enĩ vt 65
laudet̃ ipſe/nec vt alij rephẽdant̃: eſt ipſi cure. ¶ Nec rurſus eſt laudator. iccirco nec 66
maledicus/nec in inimicos quidẽ: niſi ob cõtumeliã. ¶ De neceſſarijs ꝑterea rebꝰ 67
vel paruis minime eſt q̃rulus/⁊ ad precãdũ procliuis. eſt enĩ ſtudẽtis: circa hec ita ſe
ſe hr̃e. ¶ Eſt etiã talis: vt res magis pulchras/ſineq; fructu/ꝙ fructuoſas/vtileſq; 68
poſſideat. eſt enĩ magis ſufficiẽtis. ¶ Inſup ipſiꝰ magnanimi: motꝰ tardꝰ eſſe videt̃/ 69
⁊ vox grauis/⁊ locutio tarda. Nõ enĩ properat is: q̃ circa pauca ſtudet. nec eſt vehe
mens q̃ nihil exiſtimat magnũ. Acumẽ aũt vocis ⁊ celeritas: ꝓpter hec ipa fieri ſo-
lẽt. talis eſt igit̃ ipſe magnanimꝰ. ¶ Is aũt q̃ deficit/puſillanimꝰ eſt: q̃ vero exupat/ 70
lẽtus. Nec igit̃ hi mali eſſe vident̃: q̃ppe cũ mala non faciãt/ſ; aberrare. Puſillani-
mus enĩ meretur quidem bona: ijs tamẽ ſeipſum priuat quibus eſt dignꝰ. atq; malũ
quoddã hr̃e videt̃: q: bonis ſeipſum dignũ non cenſet/⁊ ſeipſum ignorare. Appete-
ret enĩ ea quibꝰ eſt dignus/cũ ſint bona. nõ tñ ſtolidi tales hoies/ſed pigri potiꝰ eſſe
vident̃. Talis aũt opinatio videt̃ ⁊ peteriores ipſos efficere. ſinguli nãq; appetunt
ea/quibus ſunt digni. Demouent ſeſe ⁊ a preclaris actibꝰ ⁊ officijs quaſi ſint indi-
gni: ⁊ a bonis externis ſimili modo. At lenti: ſtolidi ſunt/⁊ ſeipſos ignorant/⁊ etiã
clare. Nã quaſi ſint digni/res eas aggrediũtur que honorant̃. deinde redarguunt̃.
Veſtiuntq; ſe/⁊ geſtu/⁊ ſimilibus ornãt. ⁊ proſperitates ſuas manifeſtas eſſe volũt.
de ipſiſq; etiam dicunt: vt ob ipſa afficiantur honore. ¶ Magnitudini autẽ animi: 71
puſillanimitas opponitur magis ꝙ lentitudo. Fit enĩ magis: ⁊ peior eſt. Magni-
tudo igitur animi/circa honorem (vt diximus) magnum verſatur.

¶ Tertij capitis note. ¶ Officia que hic ponuntur de magnanimo: ponuntur quatenus magnanimus ẽ.
ſiquidẽ et in alijs. ¶ Pulcritudo eſt in magno corpore: appoſitis/decentibuſq; membris elegantia forme. 46
¶ Appoſitis/decentibus/aptis. ¶ Lentus/tumens/inflatus opinione ſui/ſuperbus. ¶ Nichil prohibet 47
eum qui ſe paruo dignum exiſtimat: maiori ꝙ ipſe meretur ſe dignum exiſtimare. et is non proprie len-
tus dicitur. ¶ Lentus ſuperat quo ad ſe: quia cum indignus eſt dignum ſe putans honorem querit. ſed nõ
ſuperat magnanimum etiam dignitatis opinione: ꝙ magnanimus ſe vero ⁊ magno honore dignũ cenſet.

Lentus

et longe quidē maiore ꝙ̄ leni ferat opinio/ aſſurgatqꝫ eius cogitatus. ¶ Animi magnitudo magnanimitas. ¶ Non putetur magnanimus ingratus: ſi a quibus beneficia fortune ſuſceperit non cogitet. nam a nullis mortalium accipit quos eis maiora impēdēdo nō relinquat debitores. non itaqꝫ ingratus eſt: qui pluſꝙ̄ gratiam reddidit. ⁊ magna bona cogitat magnanimus/ in illorūqꝫ cogitatibus gaudet. ¶ Hercules quādo fatalibus flammis exuritur/ ſua memoranda facta reuocat in mentem: quem eo in loco poete fingunt magnanimum. vt apud Ouidium. Ouidius

Ergo ego ſedantem peregrino templa cruore
Buſyrim domui: ſeuoqꝫ alimenta parentis
Antheo eripui. nec me paſtoris Hiberi
Forma triplex non forma triplex tua Cerbere mouit.
Vos ne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrum opus Helis habet/ veſtrū Stymphalides vnde.
Partheniumqꝫ nemus. veſtra virtute relatus
Thermodoontiaco celatus baltheus auro.
Pomaqꝫ ab inſomni non cuſtodita dracone
Nec mihi centauri potuere reſiſtere. nec mi
Arcadie vaſtator aper. nec profuit hydre
Creſcere per damnum geminaſqꝫ reſumere vires.
Quid? cum Thracis equos humano ſanguine pingues
Plenaqꝫ corporibus laceris preſepia vidi/
Viſaqꝫ deieci: dominumqꝫ/ ipſoſqꝫ peremi.
His eliſa iacet moles Nemea lacertis.
His Cacus horrendum Tiberino gurgite monſtrum.
Hac celum ceruice tuli. defeſſa iubendo eſt
Seua Iouis coniunx: ego ſum indefeſſus agendo.
Arboribus ceſis quas ardua geſſerat Ethe
Inqꝫ pyram ſtructis: arcum pharetramqꝫ capacem
Ferre iubes Peante ſatum quo flamma miniſtro
Subdita: dumqꝫ auidis comprehenditur ignibus agger
Congeriem ſylue Nemeo vellere ſummam
Sternis et impoſita claue ceruice recumbis
Haud alio vultu ꝙ̄ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamqꝫ valens ⁊ in omne latus diffuſa ſonabat
Securoſqꝫ artus/ contemptoremqꝫ petebat
Flamma ſuum. Sic poete magnanimum inducunt ſua facta memorantem/ contemptoremqꝫ mortis.

¶ Humilis/ abiectus: ⁊ in malam partem accipitur. In ſacris autem literis plerumqꝫ cōtra in bonam partem/ vt magnanimitatis ſpeciem exprimit. ¶ Mali/ noxij. ¶ Proſequitur Ariſtoteles de magnanimitate que virtus eſt: quia honorem aut inhonorationem/ fortunam cum proſpera ꝫ tum aduerſam moderate ferre poſſumus. hec virtus in proſperis rebus humilitatem habet: qua terrenos honores/ ⁊ omnia caduca pro pter celeſtia calcat/ ad eterna ſuſpirat: et ad illa ſeſe humiliat et ſolo eorum deſiderio languet vritur/ inflāmatur. cupitqꝫ animus reſolutis corporeis clauſtris ad illa tranſuolare. In aduerſis patientia comitatur qua tribulationes huius mundi nihilipendit, ſcit enim aduerſitatum mundanarum procellas condignas non eſſe ad futuram vitam que patienter expectatur, ſcit etiam qui flent in hoc mundo: in altero expectare gaudium, ⁊ qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur: illis beatitudinem promiſſum eſſe premiū. ⁊ reuera hi vere ſunt magnanimi de quibus ſacre litere dicunt: hi ſunt quos habuimus in deriſum et quibus dignus non erat mundus. Et Socrates inter philoſophos in ſimilitudinem magnanimorū venit. pauper enim ſemper fuit/ pedibus nudis incedens/ ſordido palliolo contentus honores ⁊ omnia terrena contēnens. Et Diogenes Synopeus: qui palatijs regū ſpretis doliū ſibi domū delegit. de quo Iuuenalis.

De magnanimitatē humilitas ⁊ patientia ſequanť. Socrates Diogenes Iuuenalis.

Senſit Alexander teſta cum vidit in illa
Magnum habitatorem: quantum felicior hic qui
Nil cuperet/ ꝙ̄ qui totum ſibi poſceret orbem.

¶ Anaxagoras Claſſomenius poſteris philoſophie ſtudio deſudantibus: ſue magnanimitatis reliquit exemplum/ qui cum magnanimo ſpiritu amplum patrimonium ſuis ſponte conceſſiſſet/ ⁊ interrogaretur ne ſibi patrie cura eſſet imo mihi maxia/ digito celū intēdēs. Chilo ⁊ Periāder ad magnanimitatē hortanť: ⁊ queccunqꝫ contingunt equo animo ferenda neqꝫ nos ſecunda fortuna efferri/ neqꝫ in aduerſa fortuna prudentiam deſerere. Et cū magnanimitas ab animo ſit dicta: maxīe deceret eos eſſe magnanimos qui animū colūt ſunt aūt ij maxīe qui ſtudia ſequūtur lfarū, quod fieret profecto maxīe ex ſtudio philoſophie: ſi vbiqꝫ recta contingeret eruditio. Hec virtus tumiditatem ⁊ puſillanimitatem habet contrarias. Tumiditas. Hanibal a Scipione victus confugit ad Antiochum apud Epheſum. et Scipio ad Antiochum a Romanis mittitur legatus, itaqꝫ euentu ſimul conueniunt Hanibal ⁊ Scipio, et cum ambulando Hanibal digniorem locum ſibi arrogaſſet/ equo animo tulit Scipio. et habito inter deambulandum de preſtantia ducum ſermone: interroganti Scipioni quis ſibi maximus ducū videretur/ reſpondit Penus: Alexandrum regem, ſciſcitanti quem ſecundum poneret: reſpondit Pyrrhum Epyrotarum regem, et curita: cauſas adduxit, ſciſcitanti rurſus quem tertium: proculdubio ſe ipſum inquit. obortoqꝫ riſu Africanus adiecit, ꝙ̄ maximi te faceres/ ⁊ quo te loco dignum duceres Hanibal: ſi vti ego ſuperior euaſiſſes? tū ille. non ſolū etatis huius/ ſed omnium ſuperiorum temporum/ gentiumqꝫ ac nationum imperatoribus: anteferendum iudicarem, tum maiore cachinno: eius proſecuta eſt tumiditas/ que rebus deſperatis ſolida corda humiliari nō ſinit, nec immerito. facile enim irridentur: qui ſeipſos fortunāqꝫ ſuam ignorant. Et Seſooſtris rex Egypti tanta leuitudine tumuit/ tamqꝫ elato fuit animo: vt quotannis ſorte reges e ſuis ſubditis delectos/ cur

Tumiditas. Hanibal Scipio Anthiochus Alexander Pyrhus Seſooſtris

rui ſuo ad triumphandum/non equos aut elephantos adiungeret/ et ſe regem regum & dominum dominantium appellari faceret. ſed Scipio & Auguſtus/longe alio & laudabiliori fuerunt animo: qui ſe dominos a populo appellari noluerunt/ q; dominus cognomentū dei eſſet. Hinc auguſtus patrem patrie cognomen meruit. et hec tumiditatis procella plerumq; tentare ſolet illos: qui a proauorum ingenua nobilitate degenerarūt, aut quos ex humili loco in altum fortuna ſuflat: quos ſtomachatus Satyricus reprehendit.

Scipio / Auguſtus / Juuenalis

Malo pater tibi ſit Terſites dum modo tu ſis
Eacide ſimilis vulcaniaq; arma capeſcas:
Q̄ te Terſite ſimilem producat Achilles.
Et tamen vt longe repetas/ longeq; reuoluas
Nomen: ab infami gentem deducis aſylo.
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum

Horatius — Aut paſtor fuit/ aut aliud quod dicere nolo. Et Horatius hunc in eos effinxit apologon

Abſentis rane pulli. vituli pede preſſus
Unus vbi effugit/ matri denarrat: vt ingens
Belua cognatos eliſerit. illa rogare
Tanta ne nunc tandem ſuflans/ ſi magna fuiſſet.
Maior dimidio. non tanto: cum magis atq;
Se magis inflaret: non te ſi ruperis inquit:
Par eris.

Juuenalis — Ita quoq; tumidi rumpi poſſunt: equare autem magnanimum nunq̃ poſſunt. quos iterum Juuenalis acriter mordet/ pariter atq; docet.

Blande tumes alto Druſorum ſanguine: tanq̃
Feceris ipſe aliquid propter quod nobilis eſſes.
Uos humiles (inquis) vulgi pars vltima noſtri.
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.
Aſt ego Cecropidas. verum id tibi dicitur: at tu
Nil niſi Cicropides/ truncoq; ſimillimus herme
Nullo quippe alio vincis diſcrimine: q̄ q;
Illi marmoreum caput eſt/ tua viuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles: animalia muta
Quis generoſa putet niſi fortia: nempe volucrem
Sic laudamus equum/ facili quo plurima palma
Feruet/ & exultat rauco victoria circo
Ergo vt miremur te non tua: primum aliquid da.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa
Fortuna. ſed te conferri laude tuorum
Ipſe ego noluerim: ſic vt nihil ipſe future
Laudis agas. miſerum eſt aliene incumbere fame.

Apes / Fuci / Solon / Cato / Gymnoſophiſte / Heſiodus

Puſillanimitas. Argumento ſedularum apum que ignauum fucos pecus a preſepibus arcent: natura nos edocet deſides/ torpenteſq; ex vrbe eſſe pellendos. Hinc Solon hanc olim legem tulit. qui ocium/ ignauiamq; ſectaretur: omnibus accuſare volentibus obnoxius eſto. Et Cato dicebat. homines nihil agendo/ diſcunt male agere diſcunt. Et Gymnoſophiſte ſtrictius rationem ocij q̄ negocij exegerunt. neq; cuiq̃ victum in die tribuebant: qui aliquo officio cibum non meruiſſet. ita enim cenſebant ſegniciem/ ignauumq; torporem: inedia eſſe domandum. Et qualis ſit ipſe deſes: deſcribit Heſiodus.

Segnem crudelis egeſtas
Opprimit: hunc homines odio/ ſuperiq; ſequuntur
Torpenti ſimilem fuco/ cui ſpicula ſurgunt
Horrida/ diſtenſumq; fauis conſumit edendo
Semen apū. piger ipſe ſedet/ vitatq; laborem.
Et rurſum. Segnes animos & inertia corda
Oderunt ſuperi. Mox te ad opus reuocat/
Tempora labuntur/ operi quoq; deficit vſus
Ad cras rem differre nocet: nunq̃ horrea nunq̃
Implet iners. verum merito mala mille moleſtant
Affliguntq; hominem: cui ſegne/ & inutile corpus.
Rurſum. Segnis/ inops/ & ſpe ſuſpenſus inani
Inclinat mentem ſceleri: & meditatur iniquos
Unde paret victus. Et ſtoici deſidibus hoc pacto mederi nituntur

Horatius

Teipſum
Excute: num qua tibi viciorum inſeuerit olim
Natura/ aut etiam conſuetudo mala. namq;
Neglectis vrenda philix innaſcitur agris.

¶ Tertium cap. ſex & viginti concluſionibus/ & duabus diffinitionibus partitum eſt.

Tertij capitis Cōmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Magnanimitas circa magna verſatur. 45
Sed circa que: id primū expedit hoc in loco diſſerere. q; enim magnanimitas circa magna verſetur: vel ex ipſo ſolo nomine deprehendere licet. ſed circa que: nunc expedit cognoſcere. neq; quicq̃ refert: an de magnanimitate/ an de magnanimo an de habitu/ an de hn̄te habitū dicam⁹. Et certe is magnanim⁹ eſſe videt q̄ magnis eſt dignus/ & qui ſeſe magnis dignū eſſe cognoſcit/ ac iudicat. & q̄ non pro dignitate hoc facit ſtolidus eſt. qui autem pro dignitate: ſtudioſus. at eorum qui virtute prediti ſunt: nemo demēs/ nemo ſtolidus eſt. magnanimus igit circa hec magna v̄ſat: quibus ſe magnis dignum facit/ eſtq; is magnanimus/.

45 qui dictus eſt. ¶ Secunda ꝯcluſio. Qui ſe paruis dignum facit/ ⁊ ſe paruis dignum cenſet: modeſtus eſt/ Magnanimus | Modeſtus | quid differat
at non magnanimus. Non magnanimitas in magnitudine (vt dictum eſt) conſiſtit/ quēadmodū in magno
47 corpore pulchritudo, parui eni etſi forme ſint vrbane/ appoſitiſq̄ mēbris: nō tamē pulchri dicunt. ¶ Diffi
nitiões. Lētus eſt qui cum indignꝰ ſit: magnis dignū ſe cēſet. Quo fit vt nō omnis lētus ſit: qui ſe maiori= Lentus
bus ꝙ̄ ipſe meretur dignū exiſtimat. Puſillanimus eſt qui ſe cēſet minoribꝰ dignū cū ipſe dignus ſit: ſiue
hec magna ſint/ ſiue mediocria ſiue parua/ quibꝰ ipſe ſe indignum exiſtimat, ⁊ maxime puſillanimus eſt: Puſillanimus | qui
48 cum magnis eſt dignus, quid eni tū faceret: ſi tātis dignꝰ nō eſſet? ¶ Tertia ꝯcluſio. Magnanimꝰ magni=
tudine extremus eſt/ rōne aūt medius. Nā dignū ſeipſum cēſet quēadmodū opꝫ/ ⁊ per oīa rōni paret. Len Magnanimus q̄uo medius, quo extremus
ti aūt ⁊ puſillanimi ſuperāt ac deficiūt, ꝙ ſi magnanimꝰ magnis ſe dignū cēſeat (cēſet enī) ⁊ dignus eſt: ma
xime magnanimus ſe dignum cenſebit maximis. magnanimus igitur magnitudine ſummus/ extremuſq̄
49 eſt: at ratione medius. ¶ Quarta ꝯcluſio. Magnanimus p̄ceſerti circa honores/ inhonorationeſq̄ verſat. Magnanimus circa que verſatur.
¶ Primo. nā magnanimꝰ circa id vnū maxīe verſat: quo dignū ſe facit, dignitas aūt ad externa ſe fundit:
⁊ aſſentiunt oēs id externorū bonorū eſſe maximū. qđ deo tribuimus: ⁊ qđ maxīe affectāt qui in dignitate
ſunt cōſtituti quodq̄ dari ob res preclariſſimas premiū ſolet, id aūt eſt honor, eſt eni honor bonorū exter=
norū maximū, magnanimꝰ igit iure circa honores/ inhonorationeſq̄ verſabit. ¶ Scđo. ſine rationis pſua
ſione: magnanimi ſe circa honores verſari declarant, nam magnanimi viri ſe maxime dignos honore cen=
ſent: at pro dignitate tamē atq̄ vt opꝫ: itaq̄ magnanimus neq̄ ad ſe/ neq̄ ad ſuā dignitatē excedit aut de=
ficit, at puſillanimus tā ad ſe ꝙ̄ ad dignitatē magnanimi deficit, ⁊ lētus quo ad ſe ſuperat: nō tamē quo ad
50 magnanimū. ¶ Quīta ꝯcluſio. Magnanimū (quīquidē maximis dignus fuerit) optimū eſſe opꝫ. Nā ſem Magnanimus opt.
per qui melior eſt/ maiora meretur: ⁊ qui optimus maxima, magnanimus igitur qui maxīa meretur/ ma=
51 ximiſq̄ dignus eſt: optimus erit. ¶ Sexta cōcluſio. Quicūq̄ vere magnanimus eſt: ⁊ bonus eſt/ ⁊ id aſſe=
cutus quod in vnaquaq̄ virtute magnū eſt. Nā nullo pacto magnanimo cōuenit cū pericula ſit adorſꝰ/ ob Magnanimus et bonus eſt, et quod
timorē fugā arripere/ nullo pacto iniuriā facere/ ⁊ ita de ceteris. nā quōmodo magnanimꝰ alicuius gratia magnum in vnaquaq̄ virtute
adnitteret turpia: cui magnū nihil eſt: ⁊ qui ſingula ꝯſiderat ſi magnanimus bonꝰ nō eſt: ridiculū omnino poſſidet,
eſſe videbitur ſi magnanimus dicatur, nō eni erit honore dignꝰ ſi prauus ſit: cū honor premiū ſit virtutis/
ac ſolis bonis debeatur, attamen magnanimus honore dignꝰ eſt, qui igitur vere magnanimꝰ eſt: ⁊ bonꝰ ē/
52 ⁊ id aſſecutus quod in quaq̄ virtute magnū eſt. ¶ Septima ꝯcluſio. Animi magnitudo: eſt virtutū quoddā Magn[itudo] virtutum ornatus
ornamētū. Nā maiores efficit virtutes/ ⁊ nūꝙ̄ ſine ipſis virtutibus fit. Unde fit vt difficile ſit magnanimū
53 eſſe, nā vere magnanimꝰ eſſe nō pōt: cū non oīs probitas/ omniſq̄ virtꝰ aſſit. ¶ Octaua ꝯcluſio. Magnani
mus in honoribꝰ nō effertur: ⁊ quoſdā acceptat/ quoſdā vero paruipendit. Nā maxīe: magnanimꝰ circa bo Magnanimus quos acceptat honores
norationes/ ⁊ inhonorationes verſatur, ⁊ magnanimꝰ pro ijs ipſis honoribus q̄ magni ſūt ⁊ qui a dignis offe= et quos paruipendat,
runtur hominibꝰ moderate letabitur: tanq̄ honores ſibi debitos, vel etiā ſuis meritis inferiores aſſecutꝰ.
nec iniuria, accumulata eni oīnoq̄ perfecta virtute: nullus ſatis dignus ſit honor, attamē illos acceptabit:
quandoquidē maiores exhiberi nequeunt, at honores illos quos quiuis homines tribuunt ⁊ in paruis ac=
cidunt: paruipendet prorſus magnanimus, nō eni ſunt ij quibus magnanimus dignus eſt. ſimiliter ⁊ inho=
norationes paruipēdit, nam nō circa ipſum iure fiunt, magnanimꝰ igitur nō in honoribus effertur immodera
54 te. Et maxime circa quoſdā honores (vt dictū eſt) verſatur/ illoſq̄ acceptat: atq̄ alios paruipēdit. ¶ No Magnanimus circa que verſat[ur]
na ꝯcluſio. Nō mō circa honores atq̄ inhonorationes ſed ⁊ circa diuitias/ poteſtatē ⁊ omnē proſperā/ aduer
ſamq̄ fortunā: magnanimꝰ moderate ſeſe geret. ¶ Primo qđē. q: neq̄ in proſperitate vehemēter effere=
tur/ ac geſtiet: neq̄ nimiū in aduerſitate deÿcietur aīo, nā circa honorē q̄ maximū bonoꝝ eſt nō immodera=
te geſtit/ ac effertur: tāto minus igr circa diuitias/ ac poteſtates efferetur. ¶ Scđo. ptētes ⁊ diuitie pro=
pter honorem expetūtur, ideo q̄ poteſtates/ ⁊ diuitias hñt: per illa volūt honorari. igitur cū honor par
uuꝫ eſt: ⁊ cetera talia parua ſūt. magnanimo aūt paruū eſt honor, igitur tanto magis diuitie/ poteſtates/ ſe=
cundeq̄ fortune: parua ſunt magnanimo, quapropter magnanimi contemptores eſſe vidētur, non igitur in
55 aliq̄ talium immoderate ſeſe hēbit. ¶ Decima cōcluſio. Proſpere fortune nōnihil ad magnanimitatem cō= Fortuna proſpera ad magn[animitatem] conducat.
ducūt. ¶ Primo. nā nobiles/ potētes ⁊ diuites quibꝰ ſcđe applaudūt fortune: digni honore cenſentur, ma
xime autem honore dignus: magnanimus eſt. ¶ Scđo. proſpere fortune claritudinē/ excellentiamq̄ ad=
dūt, at oē bonū qđ excellit: magis honore dignū eſt, nihil mirū igr ſi talia magnanimos adiuuāt/ magiſq̄
magnanimos facere vidētur. ¶ Tertio. ſcđe fortune a nōnullis honorantur: ſꝫ reuera ſolꝰ bonus honora=
56 bilis eſt, attamē q̄bus hec ambo/ ⁊ bonitas ⁊ proſperitates aſſūt: magis digni honore cēſentur. ¶ Undecia
cōcluſio. Quibus proſpere fortune ſine virtute aſſunt: nō bono iure magno honore digni cenſendi ſūt/ neq̄ Fortuna proſpera ſine virtute magna
recte magnanimi dicuntur. ¶ Primo. nam ſine accumulata perfectaq̄ virtute: neq̄ magnis honoribus di nimum non perficit.
gni neq̄ magnanimi cēſendi ſunt, tales aūt virtute carent: igr neq̄ magnis honoribus digni neq̄ magnani
mi ſunt. verum qui talia ſine virtute poſſident: ſuperbi aliorū cōtēptores/ importuniq̄ fiunt, nā ſine virtute
nō facile eſt moderate res ferre ſecūdas, quas cū equabiliter ferre nequeāt: putentq̄ ſe ceteris antecellere/
ceteros deſpiciūt. ¶ Scđo. Quibꝰ proſperitates ſine virtute eueniunt: quicquid illis in mentem venerit
agūt/ ⁊ imitātur magnanimum/ etſi reuera illi ſimiles nō ſint, imitātur tamē in quibus poſſunt, nō autē ita
agūt magnanimi. ¶ Tertio. tales que a virtute proficiſcūtur nō agūt/ ⁊ vtcūq̄ paruipēdunt ceteros. ma=
gnanimi aūt ſola agūt que virtus ipſa affert: neq̄ vtcūq̄ ſꝫ iure paruipēdūt alios. opinantur enī vere qui
57 paruipēdēdi ſūt: vulgꝰ aūt vt cōtigit. ¶ Duodecia ꝯcluſio. Magnanimꝰ nō parua pericula ſubit/ neq̄ peri Magnanimus magna ſubit pericula
culorum eſt cupidus: ſed magna vt oportet ſtrēnue aggreditur. Paruꝰ quideꝫ nō aggreditur ꝙ pauca ad= non parua
modum ſint que multifaciat ſatiſq̄ digna putet vt aggrediatur, magna quidē ſubit: ꝙ digna reputat. que
58 cum ſubire cōtigit/ in ipſoq̄ periculo verſatur: vite ſue nō parcit/ quaſi oīno dignū nō ſit viuere. ¶ Deci=
matertia cōcluſio. Magnanimus benefacere prōptus eſt: at ipſum ſuſcipere pudet. Et ſi ſuſceperit: retri= Magnanimus benefacere, et magna re-
buēdo maiora beneficia cōfert. Nā beneficia cōferre ſuperioris eſt: ⁊ ſuſcipere inferioris/ nihil in ſe magnū tribuere
habēs/ ⁊ retribuēdo maiora beneficia ꝯfert: ꝙ hoc pacto debitor manet is/ qui primus beneficia contulit/
59 quiq̄ maius beneficium ſuſcipiet. ¶ Decimaquarta/ cōcluſio. Magnanimi eſt meminiſſe eorum quibꝰ be= Magnanimi memoria
neficia contulerit: nō autem ab alijs ſe beneficia ſuſcepiſſe. Nam is qui recipit beneficiū: inferior eſt eo qui
beneficium confert, atqui magnanimus vult benefaciendo eſſe ſuperior, ⁊ cum voluptate magnanimus au
dit ſe beneficia contuliſſe/ ſine autem voluptate beneficia ſe accepiſſe. Quapropter Thetis non narrat be= Thetis que benef[icia] Ioui narret

neficia Ioui / neqꝫ Athenienſibus Lacedemonij: que cõtulerunt in illos / ſed que Athenienſes acceperũt ab
illo. ¶ Decimaquinta ꝯcluſio. Magnanimi etiã eſt nulli⁹ vnq̃ aut vix indigere velle: indigentibus autẽ 60
prompte ſuppetias ferre. Nam ita ſe gerere ad eos homines qui in dignitate ſunt conſtituti / ꝛ qui proſpe
ritatibus vtuntur fortune: magnum eſt / atqꝫ preclarum. ad mediocres autem ſe prebet mediocrem. nã pri
mos ſuperare difficile eſt ꝛ glorioſum / ꝛ ſecundos facile. inter primos gloriari generoſum eſt: inter autẽ
ſecũdos atqꝫ humiles graue quaſi contra inbecilles robuſtus viribus contendat. ¶ Decimaſexta conclu 61
ſio. Nõ eſt magnanimi ad honores properare ꝛ ea in quibus alij primas occupant partes: verũ tardus ad
hec atqꝫ piger eſt / niſi vbi magnus eſt honor / ꝛ grande opus incumbit. nam ad pauca agẽda aggreditur: ſꝫ
ſolum ad magna / atqꝫ preclara. ¶ Decimaſeptima cõcluſio. Magnanimus: palam atqꝫ aperte odit / atqꝫ 62
amat. Nam metuẽtis eſt occultare. ¶ Decimaoctaua ꝯcluſio. Magnanimo magis cure veritas eſt / q̃ opi= 63
nio: ꝛ aperte loqui / ac agere. Nam magnanimus contemptor eſt eorum que vere bona non ſunt: ꝛ ideo ſua
libertate vtitur. ꝛ quia ſua libertate vtitur: etiã ea cõtẽnit ꝛ verax eſt niſi diſſimulatione interdũ vtatur vt
ad populum quo cum ipſi cõſuetũdum eſt. nõ poſſe enim niſi ad ſolum amicum viuere: ſeruile eſt. Quapro
pter ꝛ adulatores omnes: ſeruiles ſunt. ꝛ omnes humiles atqꝫ abiecti / adulatores: qͥ non habeãt vnde poſ
ſint / niſi ad amicum viuere. ¶ Decimanona cõcluſio. Magnanimus nõ eſt propẽſus ad admirandum: nec 64
mali ſibi illati memor eſt. Nam nihil caducum illi magnum eſt. neqꝫ magnanimi eſt meminiſſe preferti ma
lorum: ſed cõtemnere potius / nihiliqꝫ pendere. ¶ Uiceſima cõcluſio. Magnanimus de hominibus / homi= 65
nũqꝫ factis nõ loquitur. Nam neqꝫ de ſeipſo / neqꝫ de alijs dicit. non eni illi cure eſt vt ipſe laudetur: neqꝫ vt
alij reprehẽdantur. ¶ Uiceſimaprima cõcluſio. Magnanimus neqꝫ laudator / neqꝫ maledicus eſt. Nam de 66
nullis dicit: ne de inimicis quidem / niſi cum ob quedam vicia in ipſos inuehit / ipſoſqꝫ arguit. ¶ Uiceſima 67
ſecunda cõcluſio. De neceſſarijs aut minutis rebus nõ eſt querulus magnanimus: neqꝫ ad precandum pro=
cliuis. Nam hec facere eius eſt qui circa talia ſtudet / curamqꝫ illarum rerum gerit. ¶ Uiceſimatertia con 68
cluſio. Magnanimus res preclaras ꝛ ſine fructu potius eligit poſſidendas: q̃ fructuoſas / vtileſqꝫ. Nã res
preclaras poſſidere ſine fructu: magis ſufficientis eſt. ¶ Uiceſimaquarta concluſio. Magnanimi mot⁹ tar 69
dus reperitur / vox grauis ꝛ locutio tarda. Nam properare nõ ſolet is / qui circa pauca ſtudet: nec ſubitus ẽ
ꝛ vehemẽs / qui nihil exiſtimat magnum. at acumen vocis / ꝛ locutionis celeritas: ob ſubitum vehemẽtẽqꝫ
motũ fit. ẽ igit talis magnanimus qui dictus ẽ. ¶ Uiceſimaquinta cõcluſio. Puſillanimus ꝛ lentus / poti⁹ 70
oberrare videntur: q̃ mali eſſe. Nam nemini mala inferunt. ſed puſillanimus cum bona mereatur: ſeipſuꝫ
tamẽ illis priuat / quibus ipſe dignus ẽ: atqꝫ id malũ vnuꝫ habere videtur / qͥ bonis ſeipſum dignum non cẽ
ſet / qͥqꝫ ſeipſum ignorare videtur. ſi enim ſeipſum cognoſceret: appeteret profecto ea bona quibus ipſe di
gnus ẽ. non tamẽ ſtolidi tales homines: ſed potius moroſi / atqꝫ deſides. ꝛ huiuſmodi (qͥ digni ſint) opinio
illos deteriores efficere videtur. nam ſinguli ea appetere debent: quibus ipſi digni ſunt. verum puſillani=
mi ſubtrahũt ſeſe a preclaris actibus ꝛ officijs / quaſi indigni ſint. ꝛ ſe cõſimili modo bonis priuãt exterius.
ꝛ lenti ſtolidi ſunt / ꝛ ſeipſos ignorant: ꝛ id quideꝫ permanifeſte. nam tanq̃ digni: res honorificas aggredi=
untur / deinde redarguuntur. ꝛ veſtitu ſe comunt ac ornant pariter ꝛ geſtu ꝛ huiuſmodi. ꝛ proſperitates
ſuas iactant / volũtqꝫ manifeſtas haberi: ꝛ ſeipſos etiã predicant / vt propter ſua verba honorentur. potius
igr puſillanimus ꝛ lẽtus errãt q̃ mali ſint. ¶ Uiceſimaſexta ꝯcluſio. Magnanimitati puſillanimitas ma=
gis q̃ lentitudo oppoſita ẽ. Naꝫ puſillanimitas magis fit ꝛ deterior eſt: ꝛ lẽtitudo magnanimitati ſimilior 71
eſt. fit enim animi magnitudo circa magnum honoreꝫ: quemadmodum iam dictũ eſt. ſed de his hactenus.

Idetur autem circa honores (vt antea diximus) et alia que= Cap. IIII. 72
dam eſſe virtus que quidem perinde ſeſe habere videtur ad animi magni=
tudinem: atqꝫ ſeſe habet ad magnificentiaꝫ liberalitas. he namqꝫ virtutes
ambe a magnitudine quidem diſcedunt. circa vero mediocria / paruaqꝫ:
nos vt oportet diſponunt. ¶ Atqꝫ vt in capiendis / dandiſqꝫ pecunijs mediocritas 73
eſt / et exuperatio / ꝛ defectio: ſic et in honorum appetitione fit / vt magis q̃ oportet ꝛ
minus / et vnde oportet / ꝛ vt oportet / appetantur honores. reprehẽdimus enim am=
bitioſum hominem: atqꝫ honoris appetitione vacantem. illuꝫ: quia pluſq̃ oportet /
et vnde non oportet honorem appetit. hunc: quia nec ob res quidem honeſtas hono=
ribus affici vult. interdum autem illum tanq̃ virilem et rei cupiduꝫ pulchre. inter=
dum hunc tanq̃ moderatuꝫ / modeſtumqꝫ laudamus: quemadmodum ꝛ antea dixi=
mus. ¶ Conſtat autem cum pluribus modis quiſpiaꝫ alicuius cupidus rei dicatur:
non ad idem nos ſemper ambitioſum ipſum referre. ſed cuꝫ laudamus: ad pleroſqꝫ / 74
quia magis q̃ pleriqꝫ honores cupit. cum reprehendimus: ad id quod oportet / quia
magis q̃ oportet honores affectat. ¶ Cum autẽ nomine mediocritas careat: conten 75
dere de ipſa tanq̃ regione vacua / videntur extrema. In quibus vero exuperatio eſt /
et defectio: in ijs eſt ꝛ medium. at honores ꝛ magis q̃ oportet affectantur / et min⁹.
ergo fit vt affectentur / et vt oportet. Laudatur igitur hic habitus quo vt oportet af=
fectantur honores: cum ſit mediocritas circa honorem nomine carens. Atqꝫ ad am=
bitionem quidem vacuitas appetitionis honoris: ad vacuitatem autem appetitio=
nis honoris ambitio. ad vtrumqꝫ autem vtrumqꝫ quodam modo eſſe videtur / quod
quidem ꝛ in ceteris videtur eſſe virtutibus. Extremi autem hic opponi videntur:
quia medio nullum eſt poſitum nomen.

candum ſeſe flectere poſſit. huiuſmodi namqꝫ motiones: mores ipſius eſſe videntur.
atqꝫ vti corpora/ ſic et ipſi mores/ motionibus diſcernuntur. Cum autem exundet ip-
ſum ridiculum/ plurimiqꝫ ioco/ ſalibuſve magis ꝙ oportet gaudeāt: ſcurre quoqꝫ eo-
dem nomine nuncupantur/ vt gratioſi/ elegantes. Sed eos differre atqꝫ non parum:
99 ex iis ꝙ diximus cōſtat. ¶ Accommodatur autem huic habitui medio: ꝛ ipſa dexteri-
tas. Atqꝫ ipſius eſt dextri/ ea dicere ꝛ audire: que ad modeſtum virum / liberalemqꝫ
accōmodātur. ſunt enim quedam/ que ioco dicere ꝛ audire: talem hominē decet. Atqꝫ
ipſius liberalis iocus ꝛ eruditi: a ſeruilis ioco/ rudiſqꝫ differt. licet hoc tam ī antiquis
ꝙ in nouis comediis intueri. quibuſdam enim verborum obſcenitas/ quibuſdam po-
tius ſubintellectio: ridiculum erat. atqꝫ hec non parum honeſtatis differunt ratione.
¶ Is ne igitur dicēdus eſt recte facetiis vti: qui dicit ea que liberum hominem decet.
an is: qui eum qui audit/ dolore non afficit/ vel etiam delectat/ An ꝛ hoc indefinitum
eſſe videtur: eſt enim aliud alii odio/ ꝛ iucūdum. talia autem ꝛ audiet. que namqꝫ fert
100 audiēdo/ ea videtur ꝛ facere. ¶ At non quiduis faciet. etenim facetie: conuicia quedam
ſunt. ¶ Et legumlatores nonnulla conuicia dicere vetant. fortaſſe autem illos ꝛ nō-
nulla prohibere facete dicere oporteret. vir itaqꝫ gratioſ9/ ac liber: ita ſeſe habebit qua-
ſi ſibipſi lex ſit ī ioco. Talis eſt igitur ipſe medius ſiue dexter/ ſiue vrbanus / ſiue co-
101 mis dicatur. ¶ Scurra autem a ridiculo ſuperatur. Et neqꝫ ſibi neqꝫ aliis parcit: mo
do moueat riſum. eaqꝫ dicit/ quorum nichil prorſus gratioſus ipſe diceret: ꝛ aliqua
que ne audire quidem perferret. ¶ Sed ruſticus ad tales congreſſiones inutilis eſt.
102 Quippe cum nec ipſe quicꝙ afferat ſalis. et cum afferunt alii: egre/ moleſteqꝫ ferat. re-
103 quies autem et iocus: in vita neceſſaria eſſe videntur. ¶ Tres igitur ee ſunt quas di-
ximus mediocritates in vita. Sunt autem omnes circa verborum quorūdam actuū-
ve communem vſum. Sed differunt. ꝙ vna circa veritatem: cetere circa voluptatem
verſantur. Atqꝫ harum altera quidem eſt in ioco: altera autē in congreſſionibus/ reli-
que vite conſiſtit.

¶ Octaui capitis note. ¶ Comis/ vrbanus/ dexter. ¶ Liberalis/ hic a libertate deducitur: liber/ ingenuus.
¶ Hic de comitate exequitur: ꝙ in ioco eſt et dicendo/ ꝛ audiēdo laudabilis mediocritas. hec virt9 prohibet
vt nichil turpe aut verbo aut facto in iocis/ facetiis/ comediis/ ꝛ aliis recreationib9 vnqꝫ admittamus. hec vir-
tus in ſacris litteris habet citharas/ pſalteria/ decachorda/ habet hymnos quibus ſanctorū pro ſolatio depro-

Mirandula muntur foꝛtia facta / habet publicas heroicarum eoꝛum virtutum repꝛeſentationes. Et comes Mirandula noſtra etate pꝛoperantius ꝗ ſtudijs conduxiſſet nobis fato ereptus: ſtudio defeſſus hunc hymnum ⁊ ſimileſ/ ſolitarius ad citharam canere ſolebat/ ⁊ mente pariter emodulatus magno in ſolatio lachꝛymas liquabat.

Alme deus/ ſumma qui maieſtate verēdus
Vere vnum in triplici numine numen habes.
Cui ſuperexcelſi flammātia menia mundi
Angelici ſeruit turba beata choꝛi.
Cuius ⁊ immenſum hoc/ oculis ſpectabile noſtris
Omnipotens quondam dextra creauit opus.
Ethera qui toꝛques / qui nutu dirigis oꝛbem/
Cuius ab imperio fulmina miſſa cadunt.
Parce pꝛecoꝛ miſeris/ noſtras pꝛecoꝛ elue ſoꝛdes
Ne nos iuſta tui pena furoꝛis agat.
Oꝛ ſi noſtra pari penſentur debita lance/
Et ſit iudicij noꝛma ſeuera tui:
Quis queat hoꝛrendum viuentis ferre flagellum
Vindicis/ ⁊ plagas ſuſtinuiſſe graues:
Non ipſa irate reſtabit machina dextre:
Machina ſupꝛemo non peritura die.
Que mens non pꝛime damnata ab oꝛigine culpe/
Aut que non pꝛopꝛio crimine facta nocens/
At certe ille ipſe es pꝛopꝛium cui parcere ſemper
Juſtitiamq3 pari qui pietate tenes/
Pꝛemia qui vt meritis longe maioꝛa repēdis:
Supplicia admiſſis ſic leuioꝛa malis.
Namq3 tua eſt noſtris maioꝛ clementia culpis:
Et dare non dignis res mage digna deo eſt.
Quamq3 ſat digni: ſi quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit: ipſe facit.
Ergo tuos/ placido miſerans pꝛecoꝛ aſpice vultu
Seu ſeruos mauis ſeu magis eſſe reos.
Nempe reos/ noſtre ſi ſpectes crimina vite:
Jngrate nimium crimina/ mentis opus.
Aut tua ſi potius in nobis munera cernas:
Munera pꝛecipuis nobilitata bonis.
Nos ſumus ipſa olim tibi quos natura miniſtros:
Moꝛ fecit natos gratia ſancta tuos
Sed pꝛemit heu miſeros tante indulgentia ſoꝛtis
Quos fecit natos gratia: culpa reos
Culpa reos fecit/ ſed vincat gratia culpam
Vt tuus in noſtro crimine/ creſcat honoꝛ.
Nam tua ſiue aliter ſapientia/ ſiue poteſtas
Nota ſuas mundo pꝛodere poſſit opes.
Maioꝛ in erratis bonitatis gloꝛia noſtris:
Jlleq3 pꝛe cunctis fulget amandus amoꝛ
Qui potuit celo dominum deducere ab alto
Jnq3 crucem ſummi tollere membꝛa dei.
Vt male contractas patrio de ſemine ſoꝛdes
Ablueret lateris ſanguis/ ⁊ vnda tui.
Sic amoꝛ ⁊ pietas tua rex mitiſſime/ tantis
Dat mala materiam ſuppeditare bonis.
O amoꝛ O pietas noſtris bene pꝛouida rebus
O bonitas ſerui facta miniſtra tui.
O amoꝛ O pietas noſtris male cognita ſeclis
O bonitas noſtris nunc pꝛope victa malis.
Da pꝛecoꝛ huic tanto qui ſemper feruet amoꝛi
Ardoꝛem in noſtris coꝛdibus eſſe parem.
Da ſathane imperiū (cui tot ſeruiſſe per annos
Penitet) excuſſo depoſuiſſe iugo.
Da pꝛecoꝛ extingui veſane incendia mentis
Et tuus in noſtro pectoꝛe viuat amoꝛ.
Vt cum moꝛtalis perfunctus munere vite
Ductus erit dominum ſpiritus ante ſuum/
Pꝛomiſſi regni felici ſoꝛte potitus:
Non dominum/ ſed te ſentiat eſſe patrem.

Sic itaq3 ſolatus ad ſolita ſtudia redibat. cuius viri vidēdi illectus amoꝛe/ ⁊ Hermolai Barbari: me gloꝛioſā Jtaliam petijſſe. Et nunc ludi ⁊ comedie non ſint intemperantium ſympoſia lenones/ cantus/ paraſyti pꝛu rientiaq3 verba: ſed quicquid ſuſcipitur iocandū/ id ad exemplum vite ducatur/ ſaq3 qꝺ mandat Hoꝛatius.

Actoris partes chorus/ officiumq; virile Horatius
Defendat: neu quid medios intercinat actus
Quod non propoſito conducat/ ⁊ hereat apte.
Ille bonis faueatq;/ ⁊ concilietur amice/
Et regat iratos/ ⁊ amet peccare timentes/
Ille dapes laudet menſe breuis/ ille ſalubrem
Iuſtitiam/ legeſq;/ ⁊ apertis ocia portis.
Ille tegat commiſſa/ deoſq; precetur ⁊ oret:
Ut redeat miſeris/ abeat fortuna ſuperbis
Nec pueros coram populo Medea trucidet
Aut humana coquat coram exta nefarius Atreus.
Et quelibet virtus: ſuos habeat ludos. ⁊ ſint procul pyrgi/ ⁊ alea pernox/ ⁊ ludi illiberales omnes/ ⁊ intem
perantes: ⁊ vt obſcene repreſentationes/ ſimulateq; crapule. ob quales voluit Scipio totam gentem ludicrã/ Scipio
ſcenicamq; omni honore carere: ⁊ a tribu notatione cẽſoria ammoueri. Hec virt⁹ ſcurrilitatem ⁊ ruſticitatẽ
habet contrarias: que innumeris modis/ tum dicendo/ tum agendo/ tũ repreſentãdo fieri poſſunt. ⁊ ſub ſcur-
rilitate continentur quedam leuia ſtudia que ſolent ſtultorum aſpectum detinere: haud aliter ꝙ pharmacorũ
venditores/ hiſtrioneſq;/ ⁊ circulatores. quorum authores Alexander magnus nos contemnere docuit. Nam Alexander
cum quidam ciceris grana ex longo ſpacio in perforatam acum ſine fruſtratione cõfeſtim infereret: irriſit Ale
xander authorem ⁊ cum ciceris modio donari precepit/ induſtrie leuitatem deſignans/ ⁊ merito. tales enim
homines ludibrio potius habendi ſunt: ꝙ aliquo munere honeſtandi/ quãdoquidẽ hec omnia ſcurrilia ſunt.
Agreſtis fuit atq; ruſticus Timon Athenienſis: de quo in ſecundo/ vbi de inuidia.
¶ Octauum cap. ſex concluſionibus/ ⁊ tribus diffinitionibus partitum eſt.
57 Octaui capitis cõmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. In cõgreſſionibus/ cõmunicationibuſq; hu
manis/ eſt quedã altera virtus media circa iocos: ⁊ dicendo/ ⁊ audiẽdo que oportet/ atq; vt oportet. ¶ Pri-
mo. quia interdũ vita quiete relaxanda eſt: in qua ioco ſeſe pariter recreare ſolent hoĩes. conſentaneũ eſt igr
hanc cõgreſſionẽ equabilẽ eſſe: ⁊ mediã eſſe virtutẽ in ioco/ dicendo audiendoq; que oportet. ¶ Secũdo. de-
cet inter alios alia dicere: ⁊ decet alios alia audire. igitur in hmõi iocandi conſuetudine eſt exceſſus/ mediũ/
98 pariter ⁊ defectus. eſt igitur in huiuſmodi cõgreſſionibus quedã talis ordinanda media virtus. ¶ Diffinitio-
nes. Scurre ſunt qui magis ꝙ oportet: riſum mouere ſtudent. ⁊ hi importuni ſunt hoĩbus/ atq; moleſti. nam
nichil aliud ꝙ ridiculũ aliquod meditãtes: cogitãt magis riſum facere/ ꝙ honeſte loqui: neq; curant ſua di-
cacitate. triſtitia afficere cum ipſum de quo iocantur. Ruſtici/ atq; agreſtes ſunt: qui nec quicꝙ iucundũ di-
cunt neq; dicentes ferunt. Comis/ atq; vrbanus dicitur: qui iocando ⁊ dicendo/ ⁊ audiẽdo/ moderatione vti-
tur. Nec iniuria. nã iam talem moris habitum habet vt ad bene/ vrbaneq; iocandũ ſeſe flectere queat: ⁊ hu-
iuſmodi vrbana dicta: ipſi cõſuetudinaria eſſe videntur ⁊ queadmodũ corpora ſuis motibus diſcernũtur: ita
quoq; et mores animi ex operationibus diſcernimus. verum cũ nonnũꝙ ridiculũ exundet. rationẽ/ modũq;
excedat: plurimi plus equo/ ioco ſalibuſq; gaudentes: ſcurras/ comes/ vrbanoſq; appellant/ ipſoſq; vt gra-
tioſos/ elegantes habẽt. verumtamẽ ſcurras ⁊ vrbanos: ex iis que dicta ſunt differre. ⁊ non parum quidem/
99 ſatis conſtat. ¶ Secunda concluſio. Eſt dexteri: ea dicere/ ⁊ ea audire que ad virũ modeſtũ liberalẽq; attine
ant. Medio enim habitui dexteritatis nomen accomodamus. ⁊ ſunt que dicere ⁊ audire decet modeſtum/ li
beralẽq; virũ/ ⁊ viri liberalis ⁊ eruditi iocus: a ioco ſeruilis/ ineruditiq; differre debet/ quod plane licet eã in
vetuſtis/ ꝙ recentioribus comedijs intueri. nam his verborũ obſcenitas ridiculum erat: illis vero quedã ſub-
intellectio potius. ⁊ hoc non parum ad honeſtatem referre putandũ eſt. ¶ Secundo. recte ne is facetijs vti-
tur: qui ea dicit que liberũ hominẽ decet: an is qui audientem dolore non afficit/ at potius delectatione mul-
cet/ an qui promiſcue hec faciet/ ꝙ aliud alij triſte ſit/ aliud vero alteri iucundũ/ minime profecto. nam neq;
promiſcue atq; abſq; vllo diſcrimine/ talia audiet. at dexter que fert audiendo: ⁊ eadem rationabiliter face
100 re videtur. hec enim/ ſunt que ⁊ dicere ⁊ audire decet liberum hominem. ¶ Tertia concluſio. Dexter nõ om
nibus facetijs vtetur. ¶ Primo. quia facetie quedam conuicia ſunt. legum autem latores conuicia dicere
vetãt. ⁊ forte legumlatores decererẽt prohibuiſſe conuiciari iocãdo. igitur vir comis a talibus abſtinebit/ atq;
ita vir vrbanus ac liber ſeipſum cõſtituet: vt ipſe in ioco ipſi ſit lex. ⁊ reuera talis eſt medius ſiue nũc dexter/
101 nunc vrbanus nunc comis/ appelletur. ¶ Quarta concluſio. Scurra autem penitus contra agit atq; comis.
Nam a ridiculo ſuperatur: neq; ſibipſi neq; alijs parcit/ modo eliciat riſum. ⁊ ea dicit quorum nullum vrba
102 nus/ gratioſuſq; diceret vnꝙ/ ⁊ aliqua dicit que nec ipſe quidem de ſe dici perferre valeret. ¶ Quinta con-
cluſio. Ruſticus ad vrbanos cetus/ inutilis eſt. Nam ipſe nec quicꝙ affert ſalis honeſtiq; recreamenti. ⁊ cum
afferunt alij: egre/ moleſteq; fert. at huiuſmodi congreſſiones: quietis ⁊ relaxationis ſunt gratia. ſunt enim
103 requies/ ⁊ iocus in vita neceſſaria. ¶ Sexta concluſio. Tres nuper determinate virtutes inter ſe conueniũt
atq; inter ſe differunt. conueniunt quidem. naʒ omnes ſunt circa quendam communem vſum verborum/ ⁊
operationum. differunt vero/ nam vna circa veritatem: ⁊ due altere circa voluptatem verſãtur. hec in ioco/
illa vero in reliquis congreſſionibus vite conſiſtit.

Cap. IX.

104 DE verecundia autẽ vt de aliqua virtute dicere nõ oportet. Eſt enim affectuſ
magis ꝙ habitui ſimilis. ¶ Itaq; diffinitur timore: timorq; dicitur dedeco
ris quidã ⁊ fit perinde atq; circa res formidoloſas timor fieri ſolet. nam qui
verecundãtur erubeſcunt: qui timẽt mortẽ/ paleſcũt. Utrũq; igitur ad cor-
pus quodã modo accõmodatũ eſſe videtur: quod quidẽ magis ad affectũ videtur/ ꝙ
105 ad habitũ pertinere. ¶ Nõ autẽ ad quãuis etatẽ is affectus: ſed ad iuuenilẽ accommo
datur. Cẽſemus enĩ eos/ qui huius etatis ſunt: verecundos eſſe oportere. vt cũ nõ ſine
perturbatione viuant/ multũq; ob hoc peccẽt: a verecundia prohibeãtur delinquere.
Atq; laudamus quidẽ iuuenũ eos qui ſunt verecundi: ſed nemo ex eo ſeniorẽ hominẽ

laudabit/quia eſt verecundus. Nichil eni eorũ ipſũ oportere cẽſemus agere: pro quib⁹
emergere verecundia ſolet. ¶ Neq; enim homini probo verecũdia cõpetit: quippe cũ 106
pro rebus improbis fiat. Non eni ſunt res tales agende. ꝙ ſi quedã reuera / quadam
opinione ſunt turpes: nichil refert. neutre nãq; ſunt agende. quare non eſt verecũdã-
dum. ¶ Sed improbi eſt ⁊ talem eſſe/ vt aliquid turpe agat. probum autẽ ideo quẽpiã
eſſe putare/ quia ita ſe habet/ vt ſi turpe quid egerit verecundetur: abſurdum eſt ſane.
verecũdia nãq; fit pro ijs que ſua ſpõte quiſpiam facit. ſed nunq̃ ſua ſpõte vir bonus
res aget turpes. ¶ Fuerit autẽ verecundia probum: ex ſuppoſitione. nã ſi egerit / ve- 107
recundabitur. hoc autem in ipſis virtutibus non eſt. ꝙ ſi impudentia/ ⁊ quẽpiam nõ
pudere res turpes agentẽ improbũ eſt: nichilo magis ob idipſum probũ erit/ quẽpiã
res turpes agẽtem verecundari. ¶ At vero neq; continentia virtus eſt: ſed eſt quedã
permixta. oſtendetur autem de ipſa poſterius. Nũc de iuſtitia dicamus oportet.

Laertius
Diogenes
Xenophon
Socrates


¶ Noni capitis note. ¶ Iuuenes adoleſcentes. ¶ De verecundia que inter paſſiones enumeratur ſed lau- 105
dabiles/ hic proſecutionem facit Ariſtoteles. laudabilẽ enim eam eſſe ⁊ future probitatis ſignũ: multa ſunt
exempla. Diogenes Cynicus cũ adoleſcentẽ rubore perfuſum conſpiceret: confide inquit O fili/ huiuſmodi
enim virtutis eſt color. Et Xenophon/ adoleſcens verecundus fuit/ ⁊ vltra q̃ dici poteſt ſpecioſus. cui cũ ob-
uiaſſet in angiporto Socrates. porrecto baculo tranſire prohibuit. ⁊ percontanti vbinam venirent que vſibus
humanis accommoda forent / cum ad ſingula ſcite reſpondiſſet puer: rurſus percontante Socrate vbi nã bo-
ni ac probi homines fierent/ tacuit ac erubuit. tunc herenti illi Socrates inquit/ ſequere me igitur/ ⁊ diſce.
hunc ſecutus factus eſt Socratis auditor ſemper mitis/ ⁊ placidus: ⁊ omnibus adoleſcentibus exemplo eſſe
poſſit/ preſertim literarum ſtudia ſequentibus. Lycon Troadenſis Stratonis auditor dicere ſolebat: neceſ-
ſariũ eſſe pueris pudorẽ/ ⁊ laudis ſtudiũ adiũgere: velut equis calcar/ atq; frenũ. Et q̃ verecũdia future pro-
bitatis laudabile ſignũ eſt: tã impudentia omni etati dedecori eſt. cui id Heſiodi non abſurde accommodari
poſſe videtur.

Lycon
Strato
Heſiodus

Eſt quoq; turpe aliud vetitum: fuge peſſima fame
Nomina: fama malum eſt facile an ſublime leuatum.
Et hanc famoſe vite notam: ab ineũte etate impudẽtia parit. Stupiditas autem puſillanimitati ſeruit.
¶ Nonum cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.
Noni capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõcluſio. Verecũdia inter virtutes locanda nõ eſt. ¶ Pri- 104
mo quidẽ. quia verecũdia affectui/ q̃ habitui ſimilior eſt. ¶ Secundo. quia verecũdia timore diffinitur. eſt
eni verecũdia: quidã dedecoris timor. ⁊ fit ille timor circa dedec⁹: pene cõſimiliter vt circa res reformidãdas
timor fieri ſolet. nã qui verecũdãtur erubeſcunt: qui vero mortẽ inhorreſcunt pallent. vnde fit vt vtrumq; ad
corporeã paſſionem/ accõmodatũ cognoſcatur: quod magis affectui q̃ habitui cõſentit/ ſimileq; eſt. non igr̃
verecundia inter virtutes aſciſcenda eſt. ¶ Secunda cõcluſio. Verecũdia nõ omni etati: ſed iuuenili apta cõ- 105
gruit. ¶ Primo. nã eos qui iuuenilẽ degunt etatem: cenſemus verecundos eſſe oportere. vt (cũ non ſine per-
turbatione viuãt/ multumq; ob hoc peccent) a verecundia prohibeantur delinquere. ¶ Secundo. nos iuuenũ
eos laudamus: qui verecundi ſunt. at vero ſenem nemo laudabit: ꝙ verecundus ſit. nã ipſũ nichil eorũ agere
oportere nos arbitramur: vnde verecundia ſolet emergere. ¶ Tertia cõcluſio. Probũ hominẽ minime vere-
cũdia decet. ¶ Primo. nã verecũdia pro rebus improbis fit. atqui a viro probo tales res agende nõ ſunt. ve- 106
rũ cũ quedã reuera ſint turpia/ quedã vero hoim opinione turpia: de quibus hic intelligatur/ nichil refert. nã
neutra ſunt agenda. nõ eſt igr̃ ipſi viro probo verecũdãdũ. ¶ Secũdo. Improbi eſt talẽ eſſe vt aliquid turpe 107
agat. nõ aget igr̃ vir probus aliquid turpe. ⁊ abſurdũ ſane eſt putare aliquẽ ideo probũ eſſe: quia ita ſeſe ha-
beat/ vt ſi turpe quicq; cõmiſerit verecũdetur. nã verecundia pro ijs fit que ſua ſponte quiſq; facit. at vir pro-
bus nũq; ſua ſpõte res aget inhoneſtas aut turpeſq;. ¶ Sed dicet aliqs/ viro probo verecũdiã aliqd probũ eſſe ſal
tẽ ex ſuppoſitione: quia ſi quis turpe egerit/ verecundari probũ eſt. minime ita eſt. Nã i virtutibus nichil eſt
vnde verecũdari dignũ ſit. ⁊ contra impudentia quiddã improbũ eſt: cũ quis turpia cõmittat/ nõ autẽ pudeat.
attamẽ propterea nõ fit: probũ aliquẽ/ res turpes agentẽ verecũdari. ſed de verecũdia hactenus. ⁊ vt verecũ-
dia virtus non eſt: ita continentia non eſt virtus ſed nõnichil rationis/ perturbationiſq; habet admixtum.
verũ de ea poſterior ſermo nobis eſt habẽdus. ⁊ nunc de iuſtitia potius eſt aggrediẽdum.

¶ Quarti Ethicorum Ariſtotelis finis.

¶ Quintus Ethicorum Ariſtotelis Argyropylo interprete.



De iuſtitia autẽ ⁊ iniuſtitia conſideremus oportet: circa quales actio
verſantur/ ⁊ qualiſnã mediocritas ſit ipſa iuſtitia: ⁊ inter que iuſtum 1
ipſũ mediũ eſt. atq; hec cõſideratio eundẽ ſeruet modũ doctrine: quo
antea dicta conſiderauimus. ¶ Videmus itaq; omnes talẽ habitum
dicere iuſtitiam velle: quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas/ 2
⁊ quo iuſta agunt: ⁊ volũt iuſta. Eodẽ modo talem habitum ⁊ ipſaz
iniuſtitiaz dicere: quo iniurias agunt homines/ reſq; volũt iniuſtas.
quapropter ⁊ nobis hoc primum vt in figura ſubijciantur. ¶ Non enim in ſcientijs/
⁊ potentijs/ atq; habitibus res ſeſe habet eodem modo. Eadem nãq; potentia ſcien 3
tiaq;: contrariorum eſſe videtur. ſed contrarius habitus non eſt contrariorum/ nempe
a ſanitate: ſana dũtaxat/ ⁊ non contraria fiunt. dicimus eni quẽpiam ambulare ſane:

4 cum perinde ambulat atqꝫ ſanus. ¶ Sepe igitur cōtrarius habitus ex cōtrario cogno
ſcitur: ſepe etiam habitus ex ſubiectis. Nam ſi bona corporis habitudo ſit nota: ⁊ ip-
ſa mala corporis habitudo fit manifeſta. Et ex ijs que bonā habitudinē efficiunt corpo
ris ipſa bona habitudo fit nota: et ex ipſa rurſus ea q̄ faciūt ipſā. ſi enim habitudo bo-
na ſit ſpiſſitas carnis: ⁊ malā habitudinē raritatem eſſe carnis/ ⁊ id quod efficit ha-
5 bitudinē bonam efficere ſpiſſitudinē in carne/ neceſſe eſt. ¶ At vero plerūqꝫ ſequitur:
ſi alterum pluribus modis dicatur/ ⁊ alterum pluribus dici. vt ſi iuſtum: ⁊ ipſum in-
iuſtū. Videtur autem tā iuſtitia ꝙ iniuſtitia pluribus modis dici. ſed quia ꝓpinqua
eſt ipſarū equiuocatio: latet ⁊ non ita vt ijs que lōge diſtant/ eſt manifeſta. Multū enī
talia differunt forma. patet enim clauē equiuoce dici ⁊ eā que ſub collo eſt animaliū
6 ⁊ eam qua oſtia clauduntur. ¶ Sumatur igitur quot iniuſtus dicitur modis. Atqꝫ
videtur iniuſtus eſſe: ⁊ qui a legibus exorbitat ⁊ qui plus capit/ atqꝫ iniquus. quare
patet ⁊ iuſtū eſſe eum qui legitime facit: ⁊ eum qui eſt. Juſtum ergo eſt quod eſt legiti-
7 mū ⁊ quod eſt equū. Iniuſtum vero quod eſt contra leges: ⁊ quod eſt iniquum. ¶ Cū
autē iniuſtus/ ⁊ pluris ſit auidus: non erit ipſe circa omnia bona. ſed circa ea dūtaxat
in quibus conſiſtit proſpera fortuna/ atqꝫ aduerſa: que ſimpliciter quidē ſēper ſunt bo-
na/ alicui vero non ſemper. homines autem illa ſibi optant/ atqꝫ perſequuntur. at nō
oportet. Sed optare quidem ea que ſunt ſimpliciter bona/ ⁊ ſibi ipſis eſſe bona: expete
8 re autem ea que ſibi ipſis ſunt bona / oportet. ¶ Iniuſtus autem non ſemper plus/
ſed minus etiam expetit in ijs: que ſunt ſimpliciter mala. Sed quia videtur ⁊ minus
malum quodam modo bonū eſſe/ ⁊ plus habendi cupiditas ipſius eſt boni: fit vt plu-
9 ris ob idipſum videatur auidus eſſe. ¶ Eſt autē iniquus (hoc enim continet: ⁊ eſt cō-
mune) ⁊ legum tranſgreſſor. hoc enim/ legū inꝙ tranſgreſſio/ id eſt iniquitas: omnē
10 iniuſtitiam continet. ⁊ eſt ad iniuſtitiā omnem cōmune. ¶ Cum autē legū tranſgreſ
ſor ſit iniuſtus/ qui vero legitime facit/ iuſtus: cōſtat omnia legitima eſſe quodam mo
do iuſta. ea namqꝫ que a facultate ferendarum legū ſunt definita: legitima ſunt. ⁊ ho
11 rum vnūquodqꝫ/ iuſtum dicimus eſſe. ¶ Ipſe autē leges de omnibus dictant: conie-
ctantes aut cōmunē omnium vtilitatē/ aut optimorum/ aut principū/ vel virtute/ vel
aliquo alio tali modo. Quare vno modo dicimus iuſta ea que felicitatē/ eiuſqꝫ partes.
ſocietati ciuili efficiunt ⁊ conſeruant. Precipit autē lex ⁊ ea agere: que ad virū perti-
nent fortem. vt non deſerere locum in acie/ non fugere/ non abijcere arma. Et item
ea que ſunt tēperātis. vt non cōmittere adulterium/ non libidine vti. Et etiam ea que
ſunt manſueti: vt non pulſare/ non conuicia dicere. Et in ceteris itemqꝫ idē virtutibus
atqꝫ vicijs: alia iubens/ alia vetans. recte quidē ea que recte poſita eſt: deterius autem
12 ea que inconſulte eſt exarata. ¶ Hec igitur iuſtitia perfecta quidē eſt virtus: at nō ab-
ſolute/ ſed ad alium. atqꝫ ob idipſum iuſtitia preclariſſima perſepe virtutum eſſe vide-
tur. Et neqꝫ eſt heſperus ita/ neqꝫ lucifer admirabilis. Et ꝓuerbio dicere cōſueuimus.
Juſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.
¶ Atqꝫ perfecta maxie virtus eſt: quia perfecte virtutis eſt vſus. idqꝫ eſt ex eo: quia nō
ad ſe ſolum ſed ad alium etiā is qui ipſam habet/ vti virtute poteſt. Complures enim
in proprijs quidē vti poſſunt: ſed in ijs que ſunt ad aliū/ nequeūt. Et propterea ſenten-
tia Biantis illa bene ſeſe habere videtur: magiſtratus virū oſtendit. ad aliū enī eſt: ⁊ Bias
in ſocietate iam ipſe magiſtratus cōſiſtit. Ob id autē ipſum ⁊ alienū bonū ipſa iuſti-
tia ſola virtutū eſſe videtur: quia ad aliū eſt. agit enī ea que alij vel principi/ vel reipu-
13 blice conferunt. ¶ Peſſimus igitur eſt qui ad ſeipſum ⁊ ad amicos vtitur prauitate.
Optimus autem nō qui ad ſeipſum: ſed qui ad alium vtitur ipſa virtute. hoc enim eſt
14 opus difficile. ¶ Hec igitur iuſtitia: non pars virtutis/ ſed tota eſt virtus. Similiter
⁊ iniuſtitia huic contraria: non viciū pars/ ſed totum vicium eſt. quid autē intereſt in-
ter hanc iuſtitiā ⁊ virtutem: ex ijs que dicimus innoteſcit. Sunt enim idem: eſſe autē
non eſt idem. Sed quo quidem eſt ad alium/ eſt iuſtitia: quo vero talis eſt habitus ſim
pliciter/ virtus.

¶ Primi capitis note. ¶ A claudo clauis qua clauduntur oſtia. ⁊ clauis ſub collo animalium ꝙ guttura
5 claudat ſpecies anguine. ¶ Precari debemus que ſimpliciter bona ſunt: vt et nobis bona ſint. immo vt vult Juuenalis
7 Satyricus.
Orandum eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſſe animum mortis terrore carentem:

Qui ſpacium vite extremum inter munera ponat
Nature/ qui ferre queat quoſcūq; labores
Neſciat iraſci/ cupiat nichil. ⁊ potiores
Herculis erūnas credat/ ſeuoſq; labores
Et venere/ ⁊ cenis/ ⁊ plumis Sardanapali.
Monſtro quid ipſe tibi pos dare: ſemita certe
Tranquille per virtutem patet vnica vite

Ergo virtutes/ ⁊ virtutum officia/ ipſamq; pulcherrimam ſapientiā rogemus/ nitamurq; totis viribus vt illa aſſequamur. ¶ Simpliciter mala ſecundū ſe/ in ſe: vt pene/ publica onera/ vectigalia in quibus ſit quodā
Bias — modo bonorū aut nature/ aut fortune priuatio. ¶ Bias Prienius/ vnus ſeptē ſapientū qui tripodem aureum habuit: cui inſcriptū erat ſapienti. ſed recuſauit/ illū ad Apollinē remittens: teſtans illū eſſe ſapientē. ¶ Juſtitia legitima/ iuſtitia omnino cōpleta atq; perfecta. ¶ Totus hic liber de iuſtitia proſequitur: qua virtute 13
iuſta operamur iuſta volumus facimuſq;. virtutum quidem preclariſſima que (vt inquit Eurypides) neq; lu-
Eurypides — cifer/ neq; heſperus eque admirabilis eſt/ vnicuiq; quod ſuum eſt tribuens/ ⁊ que ſunt dei deo ⁊ que ſunt ceſaris ceſari/ ⁊ que ſunt parentū parentibus: ad omnia ſeſe diffundens et vbicunq; attigerit ſaluās omnia que bona ſunt/ mala autē aut emendans aut diſperdens. Et Xenophon/ regē perſarū admonebat vt ſub ſuo impe-
Xenophon — rio ita iuſtitiā diſcerent: vt apud alias gentes litteras/ ac bonarū artiū ſtudia: vt ſuos ciues a puero ita iuſti-
Perſe — tie ſtudijs inſtitueret/ vt nichil inhoneſtum/ nichil turpe/ nichil iniuſtū appetant. et imprimis cognoſcere pri-
mū iuſtitie munus pietatē eſſe in deū. Secundū principi ⁊ ſanctis legibus obedientiā. Tertiū ſalutē ciuium/ ciuitatiſq; incolumitatem. Quartū pia in parentes officia. Quintū ſingulorū vitā quietā/ ac beatam. ¶ Et nulla negligentia iuſtitiā violare oportere ſuo exemplo prodidit Philippus Macedonum rex: qui cū Ma-
Philippus — chete cauſā quā negligentius audiuerat perperā iudicaſſet/ et exclamaret Macheta ac ſe prouocare diceret
Macheta — iratus rex ad quē prouocas ait: At ille ad teipſū inquit: cū attentius me ipſū audieris. ⁊ paulopoſt cū ad ſe rediſſet/ diligentiuſq; rē ipſam cogitaſſet. ſententiā mutauit Philippus ⁊ Machete iura neutiq; per ſuā deſidiā peſſundari paſſus eſt. ¶ Qui ſancta iuſtitie iura violant expedit illis facundū: quod poete factū canūt
Marſias — Marſie. Quod ⁊ rex Cambyſes de Siſanne vno ſuorū iudicū: quoniā iniuſte ob pecuniā iudicaſſet/ exēplo
Cambyſes — monſtrauit. cui detrahi coriū precepit ⁊ eo detracto eius tribunal inſterni ibidē eius filiū Otanen ſedere iu-
Siſannes — dicē iuſſit atq; in memoria habere: quo in tribunali iudicaret. Et hanc virtutē violatā vindicāt/ vlciſcunturq;
Otanes — diuina flagella. quod ⁊ verū eſſe ſepius iā cōpertū eſt/ ⁊ quod canit Heſiodus.
Heſiodus — Juſtitie ſacra iura domant genus omne malorum.
Illa quidem virgo eſt ſupero Joue nata parente
Nomine clara ſuo/ cetuq; verecunda deorū.
Quam ſi quis violet/ lacrimans ſua fata parentis:
It Jouis ante pedes/ ⁊ lamentabile fundens
Humanos queritur mores/ ac debita poſcit
Supplicia in populos. tu iudex cauſa malorum
Qui violas ſacra iura dee: iam dirige mentē
Ius cole/ in alterius te nulla pecunia vertat
Damna. nocet ſibi qui cuiq; nocet/ ⁊ male ſuadet. Mox his ſubiungit.
Paulatim corruit ille
Dijs inuiſus homo: cui mens intenta rapinis
Inuigilat/ qui ius violat. ſtat pena nocenti
Poſt obitum
Joſephus — Scribit Joſephus qui bello Judaico interfuerat: vndecies centena milia gladio/ ⁊ fame periſſe ob dānatum
Judei — inſontē ⁊ iā interfectorū poſteritas per mille ⁊ quīgētos annos ferme: vaga/ ſenſus inops peregrinatur exul. ⁊ tandiu illi inditū eſt exiliū: quouſq; principē pacis agnoſcat. pro quo tot ſecula paſſa eſt exterminiū: in quo ſola ſalus/ ſolaq; libertas. Et ex impietate nichil aliud expectent: q̄ qd̄ Bion Boryſtenites de impia Epicu-
Bion
Laertius — reorū ſecta eſt expertus. diuinorū eni prouidentiā eſſe negabat/ ⁊ ſacrificantes irridebat. qui cū graui morbo/ ac longo tabeſcēs torqueretur: hoſtijs ſupplex nares admouit/ peccaui dixit/ vetera diluite. anui collū porrexit per nomina deorū excantandū. rhamnū/ ⁊ lauri ramū ianue impoſuit/ cuncta magis perpeti q̄ mori paratus. ſed cum nichil proficeret: totus vſtus totuſq; carbo ſalue inquit Pluto ſalue: ſicq; impiā flagiciorū tortori exoluit aiam. hunc itaq; in modū expectent ſaluere Plutonem: qui deū celi pia mente confiteri neſciūt
Juuenalis — puroq; cultu colere. ¶ Et qui iuſtitiā alijs volunt miniſtrare: ſepe mente reuoluant Satyrica precepta.
Expectata diu tandē prouincia cum te
Rectorem accipiet: pone ire frena/ modumq;.
Pone auaritie/ miſerere inopum ſociorū/
Aſpice quid moneant leges/ quid curia mandet.
Premia quanta bonos maneant/ q̄ fulmine iuſto
Et capito ⁊ tutor ruerint mandante ſenatu.
Sit illis quos arma tegunt/ ⁊ baltheus ambit:
Quod placidum eſt illis preſtatur tempus agendi
Nec res atteritur lōgo ſuffiamine litis. Id enim vltimū ſūmopere in adminiſtratione iuſtitie eſt conquirēdū.
¶ Primū cap. duodecī cōcluſionibus/ duabus diffinitionibus/ ⁊ modis iniuſti partitū eſt.

Primi capitis Cōmentarius ad literā. ¶ Prima cōcluſio. Expedit hoc in loco de iuſtitia/ ⁊ iniuſtitia conſiderandū: circa quales actus exiſtant/ ⁊ qualis mediocritas iuſtitia ſit et inter que iuſtū ipſū mediū eſt. Ha- 1
hec conſideratio nobis eūdē doctrine modū ſeruabit: quo ante vſi/ nos ipſi obuauimus. ¶ Diffinitiones. Ju- 2
ſtitia eſt habitus quo homines ad res iuſtas agendas apti ſunt: ⁊ quo iuſta agunt voluntq; iuſta. Iniuſtitia eſt habitus quo iniurias agunt homines/ reſq; volunt iniuſtas. ⁊ omnes ita eſſe conſentiūt. quapropter ⁊ nos hic figura quadā ⁊ nedū plane elaborata declaratione: ita eſſe ſupponamus. ¶ Secunda concluſio. Juſta ⁊ 3
iniuſta non ab eodē habitu proficiſcuntur. nam in ſcientijs/ potentijs ⁊ habitib⁹ haudquaq; ſimile eſt. eadē

eni contrarioꝝ ſcientia/ ⁊ potentia eſt. at vnus habitus non eſt cōtrarioꝝ effectiuus. a ſanitate nāqꝫ ſana dū-
4 taxat ⁊ non egra fiunt/ atqꝫ proficiſcuntur. igitur iuſta ⁊ iniuſta non ab eodē habitu proficiſcuntur. ¶ Ter-
tia concluſio. Ex iuſtitia cognoſci poteſt iniuſtitia: atqꝫ ipſa eadem ex obiectis rebuſqꝫ ipſis circa quas ver-
ſantur depꝛehendi poſſunt. Nā perſepe cōtrarius habitus/ ex ſuo contrario depꝛehenditur: ⁊ perſepe ex ſuis
obiectis. vt ſi bona corporis habitudo nota ſit: protinus ⁊ ipſa corporis mala habitudo ignoteſcit ⁊ bona cor-
poris habitudo ex iis que ipſā efficiunt: nota eſt. ⁊ non modo id/ verū et cōtra ex bona habitudine: depꝛehen-
duntur ea que ipſam efficiunt. ſi enim bonā corporis habitudinē dixeris eſſe ſpiſſitudinē, denſitatēqꝫ carnis:
notū protinus erit malā habitudinem eſſe carnis raritudinē. ⁊ ſi nota ſint que bonam efficiunt habitudinem:
et ipſa carnis ſpiſſitas nota erit. nichil igitur prohibet ita in iuſtitia eſſe/ ⁊ in iniuſtitia: vtalterū ex altero/ ⁊ ex
5 rebus ſubiectis depꝛehendātur. ¶ Quarta cōcluſio. Iniuſtitia ⁊ iniuſtū nō vno modo dicūtur. Nā vt plurimū
ſequi videmus ſi vnū oppoſitoꝝ multipliciter dicitur/ ⁊ alterū multipliciter dici. vt ſi iuſtū multis modis di-
catur/ pariter ⁊ iniuſtū. atqui iuſtitia ⁊ iuſtū multis modis dicūtur. nō igitur ab re fuerit ⁊ iniuſtitiā ⁊ iniuſtū
multis modis dici verūtamē quia ipſoꝝ propinqua eſt equiuocatio: iccirco nos magis latet/ neqꝫ vſqꝫ adeo
manifeſta eſt. vt equiuocatio eoꝝ que longe diſtant. nā longe diſtātia multū ſpecie differūt: vt inſignis eſt equi-
6 uocatio clauis que ſub collo animaliū eſt: ⁊ que oſtia viciſſim reſerat/ atqꝫ claudit. ¶ Modi iniuſti. Primo
iniuſtus eſt qui a legibus exorbitat atqꝫ contra eas cōmittit. Secundo. qui plus ꝙ̄ oportet accipit: ⁊ hic appel-
latur iniquus. Quo fit vt iuſtus cōſimili modo bifariā dicatur. Primo qui legitime facit/ ac ſecūdū leges vi-
uit. Secūdo. qui equus eſt: nichil amplius ꝙ̄ dignū eſt accipiens. eſt itaqꝫ iuſtoꝝ illud legitimum: hoc vero
7 equū. ⁊ iniuſtoꝝ ſimiliter illud contra leges. atqꝫ hoc iniquū. ¶ Quinta cōcluſio. Cū iniuſtus pluris ꝙ̄ par
ſit/ habendi ſit auidus: id tamen illi non circa omnia bona cōtingit. Nā illa habendi ſitis/ atqꝫ cupiditas: ſo-
lū illi obuenit circa illa bona in quibus proſpera aduerſaqꝫ fortuna locū habent. que quidem ſemper in ſe bo-
na ſunt: alicui vero nō ſēper. ⁊ hoīes illa ſibi ſēper precātur/ ⁊ querūt. at nō ita opꝫ: ſꝫ precari ꝗdē vtraqꝫ ſimpli-
8 citer bona ſūt ſibi ipſis bona ſint. atqꝫ que ſibi ipſis proſint/ bonaqꝫ ſint: expetere opoꝫ. ¶ Sexta concluſio.
Iniuſtꝰ nō ſēper plus: ſed interdū minus expetit. vt i ſimpliciter malis. verū quia minus malū quodā modo
bonū eſſe videtur ⁊ plꝰ habēdi cupiditas itidē ipſiꝰ eſt boni: iccirco iniuſtꝰ apparet ſemper pluris auidus.
9 ¶ Septia cōcluſio. Iniquus/ legū eſt trāſgreſſor. Nā legū trāſgreſſio iniquū cōtinet/ ⁊ cōe eſt. ⁊ iniquitas id-
ipſū eſt qḋ legū trāſgreſſio. ſiqͥdē legū trāſgreſſio: iniuſtitiā cōtinet ōnē/ olqꝫ iniuſtitie cōis eſt. iniquus igr̄ legū
10 trāſgreſſor eſt. ¶ Octaua cōcluſio. Omnia que a legibꝰ proficiſcūtur: quodā mō ſūt iuſta. ⁊ que cōtra leges
ſunt quodā modo iniuſta. Nā qui leges tranſgreditur: iniuſtus eſt. ⁊ qui legitime viuit: iuſtus. omnia igitur a
legibus profecta: quodā modo ſunt iuſta. ea enim que a facultate ferēdarum legū ſunt decreta: legitima ſūt/
11 ⁊ eorum vnūquodqꝫ iuſtū eſſe dicimus. ¶ Nona concluſio. Iuſta vno modo dicenda ſunt que pertineant ad
felicitatē faciendā/ cōſeruandāqꝫ: ⁊ eius partes in ſocietate ciuili. Nam leges ipſe de omnibus decernūt/ cō-
iectantes aut omniū rerū vtilitatem/ aut optimoꝝ/ aut principū/ ⁊ id vel virtute vel aliquo alio ſimili modo
parari intēdūt. precipit eni lex ea agere que ad fortē virū pertinēt: vt nō deſerere locū in acie/ nō fugere. nō ar-
ma abiicere. precipit et ea que ſūt tēperantis: vt non adulteriū cōmittere/ non libidine defluere. ⁊ ea que ſūt
māſueti vt no pulſare/ nō conuicia/ iurgiaqꝫ exercere: et cōſimili modo i aliis virtutibus ⁊ viciis/ alia iubēs
⁊ alia vetans. ⁊ hec quidem omnia recte/ ea facit lex: que bene poſita fuerit/ deterius aūt que inconſulte incō-
ſiderateqꝫ lata fuerit. nichil mirum igitur ea iuſta vno modo dicenda eſſe: que ad felicitatem faciendā/ cōſer-
12 uandāqꝫ pertineant/ atqꝫ eius partes/ in ciuili ſocietate. ¶ Decima concluſio. Iuſtitia legitima preclariſſi-
ma virtutum eſſe videtur. ¶ Primo. nam iuſtitia legitima virtus perfecta eſt nō modo abſolute/ ſimpliciter
et ad ſe ſolū: verum ⁊ ad alterum. ⁊ neqꝫ heſperus neqꝫ lucifer vſqꝫ adeo admirabilis eſt. ⁊ vt prouerbio di-
citur: in ſe iuſtitia virtutes continet omnes. merito igitur virtus preclariſſima eſt. ¶ Secundo. Cuius perfe-
ctiſſime virtutis vſus eſt: ⁊ ipſa quoqꝫ virtus maxime perfecta eſt. iuſtitie autem vſus perfectiſſimus. nā qui
iuſtitiā habet: nā ad ſe ſolū ſed ad aliū ea virtute vti poteſt. perfectiſſimus igitur. ſunt enim cōplures qui in
propriis quidem ſua virtute vti poſſunt: ſed in iis que ſunt alioꝝ non poſſunt. Quapropter id Biantis precla-
re dictum eſſe videtur. Magiſtratus virū oſtendit. nam magiſtratus ad alium eſt/ ⁊ in adminiſtratione cōmu- Bias
nis boni geritur. Fit etiam vt ſola virtutum iuſtitia bonum alienū eſſe videatur/ ob idipſū ꝙ ad alterū virtus
13 eſt. agit enim ea que alii: vel principi/ vel reipublice conducunt. ¶ Undecima concluſio. Peſſimus eſt qui
ad ſeipſum/ et ad amicos prauitate vtitur. Nam optimus/ perfectiſſimāqꝫ virtutē habens (vt dictum eſt) is
eſt qui non ſolū ad ſeipſum ſed ad aliū virtute vtitur. atqꝫ id opus maxime difficile. peſſimus igitur qui pror-
14 ſus oppoſito ſeſe gerit modo. ¶ Duodecima concluſio. Iuſtitia legitima non virtutis pars eſt: verū ipſa to-
ta virtꝰ eſt. ⁊ iniuſtitia ipſi cōtraria/ nō vicii pars eſt: ſꝫ vniuerſū cōplectit̄ viciū. Nā iuſtitia legitīa vt dictū
eſt de ōnibus dictat/ et virtutes in ſeſe cōplectitur omnes. nō igitur particularis quedā virtus eſt: ſed tota/
atqꝫ vniuerſa. et ex oppoſito iniuſtitia legitīa vniuerſū viciū. Sed tū ſi queras quid intereſt inter totā virtu-
tem et legitimam iuſtitiam: ex precedentibus facilis patebit reſponſio/ nichil ſcilicet re ipſa intereſſe/ ratio-
ne autem intereſſe. nam tota virtus et huiuſmodi iuſtitia reipſa ſunt idem: eſſe autem non idem. vt enim ta-
lis virtus ad alium eſt: iuſtitia dicitur. vt vero eapſa talis eſt ſimpliciter habitus: nūcupatur virtus.

Cap. II.

15 QUerimus autē eam iuſtitiā/ que virtutis eſt pars. Eſt enim quedā vt dixi-
mus. Et item iniuſtitiā eāꝫque pars vicii quedā eſt. Eſſe autem hanc iniu-
ſtitiam/ hoc indicat ſignū. qui namqꝫ ceteris viciis operatur/ iniuriā quidēꝫ
facit: at nō plus capit. vt qui clipeum timiditate proiecit/ aut qui cōuicia ob
iracūdiam dixit/ aut qui non attulit ob illiberalitatē/ per pecunias opē. At cū quiſpiā
ſepe plus capit: nullo tū eiuſmodi vicioꝝ is operatur/ nec etiā vniuerſis/ aliqua aūt
prauitate. vituperamus enim illum/ atqꝫ ob iniuſtitiā. eſt ergo alia quedā iniuſtitia: vt
pars totius iniuſtitie quedā. ⁊ iniuſtū itidē quoddā: vt pars totius iniuſti. quod quidē
16 eſt preter legē. ¶ Preterea ſi quidā lucrandi cauſa facit adulteriū/ atqꝫ pecunias acci-

pit/quidã erogat/dãnũq; patitur ob cupiditatẽ. hic quidẽ intẽperans potius ꝙ plu-
ris auidus/ille aũt iniuſtus ſed nõ intẽperans eſſe videbitur. patet ergo talẽ illũ vide
ri/quia lucraꝛ. ¶ Inſup alie quidẽ oẽs iniurie: ad aliquod ſemꝑ viciũ redigũtur. vt ſi
cõmiſerit quiſpiã adulteriũ: ad intemperantiã. ſi deſeruerit in acie ſociũ: ad timidita
tem. ſi pulſauerit quẽpiã: ad iracũdiam. ſed ſi lucratus fuerit: ad nullã aliã prauitatẽ
ꝙ ad iniuſtitiã ipſam refertur. Quare pſpicuũ eſt ꝑter totam/aliã eſſe quandã iniuſti-
tiã vt partẽ vniuocã: q: diffinitio genere ẽ in eodẽ. ambe nãq; id poſſunt: vt ſint ad
alium. ¶ Verũ hec quidẽ circa honorẽ verſatur/vel pecunias/vel ſalutem/ vel ſiquo 16
vno nomine cõplecti hec vniuerſa poſſumus: ⁊ ob voluptatem que fit a lucro. illa ve
ro circa õnia ea/in quibꝰ ſtudioſus verſatur. Iuſtitias igitur eſſe plures/⁊ aliã quan-
dam eſſe preter ipſam totã virtutem: perſpicuum iã euaſit. ſed quenã ſit/⁊ qualis: ſu-
mamus deinceps oportet. Determinatum eſt itaq; iniuſtum quidem eſſe quod eſt
contra leges: ⁊ quod eſt iniquum. Iuſtum autẽ quod eſt legitimũ: ⁊ quod eſt equum.
Iniuſtitia igitur antea dicta eſt: a qua proficiſcitur id iniuſtum quod contra leges di
cimus eſſe. ¶ At cum iniquum et iniuſtum quod contra leges eſt/non idem ſit: ſed al- 17
terum ad alterum ſeſe habeat vt pars ad totum (nam iniquum omne/iniuſtum quod
contra leges: iniuſtum autem quod cõtra leges non omne/iniquum. plus namq; om-
ne/iniquũ: iniquũ autẽ nõ õne/plus) iniuſtum etiam et iniuſtitia: non eadem ſunt/ſed
diuerſa ab illis. et hec ſunt vt partes: illa vt tota. hec enim iniuſtitia: totius eſt iniu-
ſtitie pars/et iuſtitia iuſtitie ſimili modo. Quare de iuſtitia que quidem eſt pars: et de
iniuſtitia ſimiliter eſt dicendum/et de iuſto etiã et iniuſto. Ea igitur iuſtitia que per-
inde atq; tota virtus eſt ordinata/⁊ ea iniuſtitia que aduerſatur illi/ quarũ altera vir-
tutis altera vicij totius ad alium vſus eſt: omittatur. Et iuſtum id ⁊ iniuſtũ quod ad
has attinet: patet quonã ſit modo diffiniendum. etenim pleraq; legitimorum ea fere
ſunt: que a tota virtute aguntur. Lex enim iubet vniuſcuiuſq; virtutis viuere ratio-
ne: ⁊ vetat vicij cuiuſuis viuere modo. atq; legitimorum ea que ad publicam perti-
nent diſciplinã: ea ſunt que virtutẽ totam efficere poſſunt. Sed de ſingulorum diſci-
plina/qua quidem vir bonus eſt abſolute/ vtrum ſit ciuilis an ad aliam facultatẽ per-
tineat: determinandum poſterius eſt. non eſt enim idẽ fortaſſe virũ eſſe bonum / ⁊ ci-
uem bonũ. ¶ Iuſtitie autem eius que eſt pars ⁊ eius quod ad ipſam attinet iuſti: vna 18
quidẽ ſpecies eſt ea que in diſtributione conſiſtit aut honoris/aut pecuniarum aut ce-
terarũ rerum que inter eos diuidi poſſunt/qui in eadem ciuili ſocietate verſantur. in
his enim fit: vt quiſpiam ⁊ non equũ habeat ad alium/⁊ etiam equum. Alia autẽ ea/
que in commercijs eſt hominũ emendandis. cuius ſunt due partes. Cõmerciorũ nãq;
quedam ſua ſponte faciunt homines: quedã inuitis ipſis efficiuntur. Et ea quidẽ que
ſponte faciunt talia ſunt: venditio/emptio/mutuatio/vadimoniũ/ locatio/depoſitio/
mercede conductio. atq; propterea ſponte hec fieri dicuntur: q2 principium ipſorũ ſpõ
te procedit ac agitur. Eorum autẽ que inuitis fiunt/quedam clandeſtina ſunt: vt fur-
tum/adulterium/ veneficium/lenocinũ/ſeruorum ſeductio / cedes cum dolo / falſum
teſtimonium. Quedam violenta: vt verberatio/vincula /mors/rapine/membrorũ ca-
ptio/conuicium/contumelia.

¶ Secundi capitis note. ¶ Lucrari: eſt ꝙ commutatum ſit/amplius accipere. ¶ Tota iuſtitia/legitima iu- 13
ſtitia. ⁊ tota iuſtitia preter legem/illegitimaq;. ¶ At cum iniquum ⁊ iniuſtum quod contra leges eſt: Argy- 14
ropylus hoc pacto coperiebatur habere. At cum iniquum ⁊ plus non eadem ſint: ſed alterum ſeſe habeat ad 15
alterum vt pars ad totum. omne nãq; plus: eſt iniquum: ſed non omne iniquum: eſt plus. Verũ ab exemplari
greco diſſonat: nam ita grece habetur.

Επειδε το ανισον και το παρανομον ου ταυτον αλλ ετερον ως μερος προς ολον, το μεν
γαρ ανισον απαν παρανομον, το δε παρανομον ουχ απαν ανισον, το μεν γαρ πλειον
απαν ανισον, το δε ανισον ου παν πλειον

Idcirco ſatius viſum eſt literam ad intelligentiam grecã reſtituere que ſtatim plana eſt atq; de ſe manifeſta.
vult enim Ariſtoteles omne iniquum/ iniuſtum eſſe quod tranſgreditur leges: at nõ omne iniuſtũ quod trãſ-
greditur contraq; leges eſt/iniquum eſſe. eſt enim iniquum in paucioribus longe ꝙ iniuſtũ quod cõtra leges
eſt/perinde atq; plus habere ad pauciora ſe fundit ꝙ iniquũ. nam plus/ pars: iniquum/ totum. equum eni eſt
cum neq; plus/neq; minus ꝙ par eſt tribuitur. iniquum igitur non ſolum plus ſed etiam minus. plus igr pars
iniqui vt iniquum pars iniuſti contra leges. Antiqua traductio integriorem ſeruabat intelligẽtiam hoc in lo-
co ꝙ Argyropylus aut Leonardus. immo ⁊ quaſi hic adiectum ſit ex exemplari greco impreſſo ad hãc intel-
ligentiam. At cum plus et iniquum non idem ſed alterum ad alterum vt pars ad totum. cũ etiam iniquũ ⁊ in-
iuſtum qđ cõtra leges eſt non idẽ ſit: ⁊ reliqua q̃ adiecta ſũt. quapropter vetuſtũ exẽplar ita habere videtur.

Επει δε το λειον χαι αριϲον ου ταυτον αλλ ετερον ωσ μεροσ προσ ολον επει*
δε το αριϲον χαι το παρανομον χαι τα λοιπα. et cetera.
Et in hoc litera omne vniuerſalitatis notam particule ſungas non ſequẽti: ne in capituculã cõpoſitionis
diuiſioniſve incidas. ¶ Venditio: eſt precio aliquo rei cõmutatio. ¶ Emptio: facto precio/ rei acceptio.
16 ¶ Mutatio: rei vſus ad tẽpus cõceſſio. ¶ Fideiuſſio: quedã (que fit alterius noĩe/ proq; altero) obliga-
tio. ¶ Locatio/ loci cõductio. ¶ Depoſitio/ in alterius fidẽ rei cõmiſſio. ¶ Mercede cõductio/ rei ad tẽ-
pus pro aliqua mercede/ vſus retentio. vt equorũ/ ⁊ aliorũ ad tẽpus pro vſus neceſſitate conductio. Et
he furti ⁊ adulteriũ/ lenonicij/ ⁊ ſequẽtiũ note parti grãmatice ſunt partim exacte ex libris ciuilibus requi-
rẽde. ¶ Abſolute/ ſimpliciter ſecũdũ ſe. ¶ Commercia voluntaria/ ⁊ ſponte facta: que vtriſq; partib⁹
conſentientibus fiunt. inuoluntaria vero: que non.
¶ Secundũ cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.
15 Secundi capitis cõmentarius ad literã. ¶ Prima cõcluſio. De iuſtitia que virtutis pars eſt: itidem ⁊
de iniuſtitia/ que pars eſt vicij inquirendũ nobis eſt. Nam talẽ quãdam iuſtitiã eſſe dictum eſt/ ⁊ talem
iniuſtitiã eſſe hoc primũ deprehẽdatur indicio. ⁊ qui ceteris vicijs operatur iniuriã quidẽ agit/ ſed non
plus ꝙ dignum eſt accipit. vt qui clypeũ propter timorẽ abijcit/ qui cõuicia ob iracũdiaꝫ dicit aut qui ob
auaritiã per pecunias opem non affert: nõ plus ac dignum ſit capit. verũ ſepe cũ quiſpiã plus capit: nullo
tum eiuſmodi viciorũ operatur/ neq; vniuerſis ſimul. at aliqua prauitate operatur. nam ⁊ ipſum vitupe-
ramus. hec aũt iniuſtitia eſt. eſt igitur alia quedã iniuſtitia: que totius/ legitimeq; iuſtitie pars quedã eſt
itidẽ et aliquid iniuſtũ quod totius iniuſti (quod quidẽ preter legẽ eſt) pars quedã exiſtit. ¶ Secundo.
ſi quidam lucrãdi/ pluſq; habendi cauſa cõmittit adulterium/ pecuniaſq; accipiat/ ⁊ quidam contra ſua
eroget/ dãnaq; ob cupiditatẽ/ venereq; patiatur: hic potius intẽperãs ꝙ pluris auidus dicitur/ ille vero po-
tius iniuſtus ꝙ intẽperãs. at talis ille videtur/ quia lucratur ⁊ plus ꝙ dignũ ſit habet. eſt igitur quedã
particularis iniuſtitia ⁊ quidã particularis iniuſtus. ¶ Tertio. Omnes alie iniurie in aliquod peculiarẽ
viciũ rediguntur. vt adulterij cõmiſſio: in intẽperantiã. ſocij in bello dimiſſio: in timiditatẽ. alicuius per-
cuſſio: in iracundiã. at lucri pluriſq; ꝙ decet acceptio: in nullũ aliud viciũ ꝙ in iniuſtitiaꝫ refertur. per-
ſpicuũ igitur euaſit: preter totam iniuſtitiã eſſe quãdam particularẽ vt partẽ eius vniuocã. nã in genere
16 diffinitio eadẽ eſt: ſiquidẽ vtraq; eſt ad alterũ viciũ. ¶ Secunda concluſio. Tota iniuſtitia/ ⁊ ea q̄ pars
eſt: iter ſe differũt/ pariter et iuſtitia. Nã hec circa honorẽ verſatur: pecunias/ ſalutẽ/ ⁊ circa hec vniuerſa
ſi quo vno nomine hec cõplecti poſſemus et circa voluptatẽ que lucrãdo: pluſq; habẽdo ꝓuenit. illa vero
que tota eſt/ circa oĩa circa que ⁊ ſtudioſ⁹ verſatur. et cõſimili modo dicendũ eſt plures eſſe iuſtitias vnã
totã et legitimã/ et alterã partẽ. et id quoq; iã clarũ euaſit. ſed qualis ea ſit: deinceps dicedũ eſt. determi-
natũ etiã eſt quoddã iniuſtũ eſſe totũ/ et contra leges: et quoddã partiale quod appellatur iniquum. ſimi-
liter q̄ddã iuſtũ eſſe legitimũ ⁊ q̄ddã q̄d appellatur equũ. et iniuſtitia de qua antea dictũ eſt: ea eſt que to-
17 ta illegitima/ preterq; legẽ appellatur/ ⁊ a qua iniuſtũ preter legẽ proficiſcitur. ¶ Tertia concluſio. Nõ
oĩno idẽ eſt iniquũ ⁊ iniuſtũ preter contraq; leges. Nã iniquum pars eſt: iniuſtũ vero quod contra leges
eſt/ totũ. oẽ eni iniquũ: iniuſtũ id eſt quod contra leges eſt. at nõ iniuſtũ omne q̄d contra leges eſt/ iniquũ.
ita quoq; ſeſe habent plus et iniquũ. nam plus pars eſt/ iniquum autẽ totum. omne eni plus iniquũ: ſed
continuo non ſit vt oẽ iniquũ plus ſit. itidẽ totũ iniuſtũ/ ⁊ iniuſtitia: ⁊ iniquo/ ⁊ iniquitati non eadẽ ſũt
ſed diuerſa. nã hec ſunt vt partes: illa vero vt tota. hec eni iniuſtitia que iniquitas appellatur: totius in-
iuſtitie pars eſt. ⁊ iuſtitia que eſt equitas: totius iuſtitie ſimili modo. quapropter de iuſtitia que pars eſt/
⁊ cõſimili iniuſtitia nobis determinandũ expedit. pariter ⁊ de iuſto/ etiãq; iniuſto. ⁊ ea nobis omittẽda
eſt iuſtitia que ſecundũ vniuerſã virtutẽ ordinata eſt. ⁊ ea iniuſtitia que illi opponitur. quarũ altera toti⁹
virtutis ad aliũ vſus eſt: altera vero totius vicij ad alteruꝫ vſus. ⁊ ex ſuperioribus ſatis patet quo pacto
iuſtũ ⁊ iniuſtũ que ad has pertinẽt diffiniẽda ſunt. fere enim vniuerſa legitima iuſta: ea ſunt que a tota
virtute ꝓficiſcuntur. nec ab re: nã lex precipit viuere ſecundũ vnãquãq; virtutẽ ⁊ oẽ viciũ vetat. ⁊ ea le-
gitima iuſta que ad publicã pertinẽt diſciplinã: ea ſunt que vniuerſã virtutẽ efficere poſſunt. ſed vtrum
priuata ſingulorũ diſciplina qua vir bonus abſolute dicitur: ciuilis ſit pars/ an ad aliã attineat facultateꝫ
18 (nã nõ idẽ fortaſſe eſt virũ bonũ/ ⁊ ciuẽ bonũ eſſe) alius determinãdi exigitur locus. ¶ Quarta cõcluſio.
Quedã eſt particularis iuſtitia que eſt cõmuniũ diſtributiua: ⁊ quedã rerũ cõmutatiua. itidẽ ⁊ quoddam
particulare iuſtũ in diſtributione cõſiſtit: quoddã vero in cõmutatiõe. In diſtributiõe quidẽ: vt honorũ/
pecuniarũ/ ⁊ ceterarũ rerũ que inter eos diuidi/ diſtribuiq; poſſunt/ qui in eadẽ ciuili ſocietate verſãtur.
nã in his fieri contingit vt alterũ ſiat plus/ aut minus et etiã equũ. in cõmutatione vero: vt in cõmercijs
hoĩm rite peragendis. Verũtamen cõmercia in duas partes ſecantur. nã quedã ſũt ſpõte facta/ atq; vo-
luntaria/ quorũ principiũ voluntariũ eſt/ ſponteq; ꝓcedit: quedã vero inuoluntaria/ ⁊ que hoĩbus ſiũt in-
uitis. Sponte facta ſunt hec: venditio/ emptio/ mutatio/ fideiuſſio/ locatio depoſitio/ mercede cõductio.
Inuoluntaria ⁊ que inuitis fiunt: ſunt que clandeſtina/ ⁊ violenta ſunt. clandeſtina: furtũ/ adulteriũ/ vene-
ficium/ lenocinũ/ ſeruorũ ſeductio/ cedes cũ dolo/ falſũ teſtimonium. violenta vero: verberatio/ vincula
mors/ rapine/ membrorũ mutilatio/ cõuicium cõtumelia/ ⁊ ſimilia.

Cap. III.

19 Cum autẽ iniuſtus ſit iniqu⁹/ ⁊ iniuſtũ iniquũ: conſtat ⁊ aliq̄d mediũ eſſe
iniq̄. atq; hoc eſt ipſũ equũ. Quo eni i actu pl⁹ eſt/ ⁊ minus: eodẽ eſt etiã
equũ. ſi igit iniuſtũ eſt iniquũ: iuſtũ ē equũ. quod quidẽ ⁊ abſq; ratione
20 cũctis ita eſſe videt. ¶ At cũ equũ ſit mediũ: iuſtũ mediũ quoddã erit. ipſũ
autẽ equũ in minimis eſt duob⁹. Neceſſe eſt igit ipſũ iuſtũ/ ⁊ mediũ eſſe/ ⁊ equũ/ ⁊
ad aliquid/ ⁊ q̄buſdã. atq; quo mediũ quidẽ eſt: hoc aliquorũ eſt q̄ quidẽ plus ſunt/
⁊ min⁹. quo aũt equũ eſt/ duob⁹ eſt: at quo iuſtũ ē/ quibuſdã eſt. ipſũ ergo iuſtũ/ i mi-
nimis quattuor cõſiſtat neceſſe eſt. quib⁹ eni eſt iuſtũ duo ſunt/ ⁊ res in quib⁹ ⁊ ipſe

8 4 2 / a b c
8 4 4 2 / a b b c
8 4 2 1 / a b c d
8 2 4 1 / a c b d
A Achilles
B Aiax
C munus Achillis
D munus Aiacis

due ſūt. ¶ Atq̃ eadē eſt equitas quibꝰ atq̃ ī quibꝰ. Nā vt ſeſe habēt ea ī quibꝰ: ſic 21
ſeſe habent et illa. ſi enim non ſunt equi: non equa habebūt. ſed hinc pugne naſcū-
tur/ ⁊ īcuſatiões/ atq̃ querele: cū equi nō equa/ aut equa nō equi habēt ac potiūtur.
Id ita eſſe ex eo qḋ ꝑ dignitate fit cōſtat. Iuſtū eñ qḋ in diſtributionibꝰ eſt: oēs
vno ore ꝑ dignitate quadam oportere eſſe dicunt. ipſā tñ dignitatē non eādē oēs
īquiūt eſſe: ſꝫ populares qdē libertatē/ pauci vero potētes opulētiā/ nōnulli nobi-
litatē/ optimates vero virtutē. ¶ Iuſtū ergo: rationū quādā ꝯparationē ſubit. Cō- 22
parationē nāq̃ rationū ſubire/ nō abſoluti numeri ſolū: ſꝫ nūerabilis etiā oīno ꝓ-
priū eſt. etenī cōparatio rōnū eq̄litas eſt rōnū: ⁊ ī q̄ttuor minimis eſt. ⁊ ſeiūctā qdē
ī q̄ttuor eſſe cōſtat. An nō et cōtinua ī quattuor ē: vno nāq̃ termio vtiť/ vt duobꝰ:
⁊ bis illū ſumit hoc pacto. vt a ſeſe habꝫ ad b: ſic b ſeſe habꝫ ad c. bis igr̄ dictū eſt ip
ſū b. q̄re ſi b bis poſitū fuerit: quattuor erūt ea q̄ cōparationē ſubeūt rationū. eſt au
tē ⁊ ipſū iuſtū ī q̄ttuor minimis: ⁊ ratio eadē eſt. ¶ Sūt eñ ſeiūcta ſimilr̄: ⁊ q̇bꝰ/ 23
⁊ q̄. Erit ergo vt eſt a terminꝰ ad b terminū: ſic c terminꝰ ad terminū d. Et muta
to ergo ordine/ vt a ſeſe habet ad c: ita b ſeſe habebit ad d. Quare ⁊ totū ad totum
qḋ diſtributio ipſa cōiūgit. Et ſi ita cōpoſitū fuerit: iuſte cōiūgit. Cōiunctio igiť a
termini cū c/ ⁊ b cū d: iuſtū eſt id/ qḋ ad diſtributionē accōmadať ⁊ eſt mediū/ eius
qḋ cōparationē rationū nō ſubit. qḋ enī ſubit ipſā/ mediū eſt. iuſtū aūt ſubit. Talē
aūt rationū cōparationē mathematici geometricā vocāt. In geometria nāq̃ fit:
vt ⁊ totū ad totū ꝓinde ſeſe habeat: atq̃ ad vtrūq̃ ſeſe habet vtrūq̃. Nō eſt autē
cōtinua hec cōparatio rationū. nō enī fit terminꝰ vnꝰ numero: cui ⁊ qḋ. ¶ Iuſtū 24
igr̄ ī hoc cōpatiōe rationū cōſiſtit. Iniuſtū aūt eſt id/ qḋ a cōparatiōe rationū exor
bitat. fit igr̄ aliud plus: aliud minus. Qḋ qdē ⁊ ī ipſis opibꝰ accidit. ī bonis enī q̄
iniuriā facit/ plus habet: q̄ iniuriā patitur/ minꝰ. in malis aūt cōtra. boni nāq̃ ra-
tionē ſubit minus malū ad maius malū: minꝰ enī malū/ magis ꝙ̄ maius eſt expe-
tibile. At qḋ expetitur bonū eſt: ⁊ qḋ magis/ maius. Hec eſt igr̄ vna ſpecies iuſti.

¶ Tertij capitis note. ¶ Minima extrema. Et ſūt ꝑſone/ perſonarūq̃ merita: ⁊ res q̄ diſtribuūtur/ ipſaq̃
premia. ¶ Duo/ due perſōe due res duo premia/ aut due pene. ¶ Neceſſe eſt igr̄ ipſū iuſtū ⁊ mediū eſſe 16
⁊ equū ⁊ ad aliqd/ ⁊ q̇buſdā. Eadē res iuſtitia eq̄tas mediocritas: ſꝫ ratiōe triplex. ⁊ iuſtitia ad aliquid 10
⁊ q̇buſdā. ⁊ equitas ad aliqd ⁊ quibuſdā. ⁊ mediocritas ad aliqd ⁊ quibuſdā. iuſtitia quidē ad aliqd: nā
perſone ad munꝰ. ⁊ quibuſdā: nā in perſonis ⁊ mūeribus. eq̄tas ad aliqd: nā eq̄tas perſonarū equitati mu
nerū reſpōdet. cū enī ratio proportioq̃ perſonarū equatur pro dignitate rationi munerū: ea ratio eq̄tas
diciť. ⁊ quibuſdā equitas: nā ī q̄ttuor terminis q̄ ⁊ minia appellātur. cōſiſtit. Et mediocritas ad aliquid;
nā extremorū mediocritas. ⁊ quibuſdā: nā extremis que ſūt plꝰ atq̃ minꝰ. Simili q̄q̃ mō ⁊ de iuſto. nā
idē re ſed ratiōe triplex/ iuſtū videlicet equū ⁊ mediū. ⁊ eorū qḋq̃ ad aliquid ⁊ quibuſdā eſt. nā munꝰ pro
dignitate ad perſonā iuſtū: ⁊ ī perſona atq̃ munere cōſiſtit. ⁊ equū ad aliquid: nā equū eq̄ equū vt equale
eq̄li equale. ⁊ quibuſdā: ad minimū enī ī duobꝰ equū. nā nichil ſibi ipſi equū: vt neq̃ quicq̄ ſibi ipſi eq̄le.
⁊ hec duo ī quibꝰ cōſiſtit equū: ī iuſtitia diſtributiua (qua de totꝰ ī preſētiarū agitať ſermo) due ſūt inuicē
eq̄les proportiones. proportio ſcilicet diſtribuēdarū rerū cū proportiōe bene aut male meritarū perſonarū/
mediū qdē: ad extrema. ⁊ quibuſdā: nā ei qḋ eſt plꝰ ⁊ ei qḋ minꝰ mediū. Eodē modo vnus ⁊ idem re ipſa
iuſtus equus ⁊ medius/ ⁊ ratione triplex. Eſt igitur iuſtitia vna pariter atq̃ trina. idē ꝙ̄ idē iuſtum/ atq̃
iuſtꝰ. ⁊ hec ex ſubiecta deſcriptione quoquo pacto deprehēdi poſſunt.

A. B.		Perſone								
C. D.		Munera atq̃ pro dignitate diſtributiones								
A	2		Iuſtum		Equum				Plus	
B	1		2	10	2	1	Dupla		12	3
C	10		Iuſtū		Equum				Minus	
D	5		1	5	0	5	Dupla		3	12

Unde fit vt iuſtitia ⁊ iuſtū aſpiciāt aggregatū ex perſona ⁊ ſua diſtributiōe. nā iuſtitia eſt cū cuiq̄ diſtri-
buiť qḋ ſuū eſt. equitas ⁊ equū proportionē munerū diſtributionūq̃ īter ſe ad proportionē perſonarū.
Porro mediocritas ⁊ mediū plꝰ ⁊ minꝰ q̄ꝝ vtrūq̃ iniuſtū eſt et cōparationē rationū diffugiēs. ¶ Et vt
magis ītelligamꝰ q̄ pacto ī diſtributiōibꝰ ſeruetur rationū proportionūq̃ eq̄litas/ ⁊ q̄nā pacto hec iuſtitia
ſcd̄m geometricā medietatē ſit faciēda: ſtatuamꝰ hāc hypotheſin (cuiꝰ etiā ſimilē cōtinent legi ſperitorū
libri) Uir qdā prediues cōiugē grauidā habēs morbo decūbit in lectū mori timēs ſāgit teſtamēto/ muli-
eri (ſi maſculū pariet) tertiā bonorū ſuorū partē filio vero duas: parienti vero feminā/ duas bonorū ſuorū
partes vxori/ et filie vnā. moritur teſtator. ⁊ cū tēpꝰ aduenit pariēdi peperit mulier et maſculū et feminā
bona vero teſtatoris eſtimata ſūt 42000 aureorū numū vbi vero adoleuerūt īfātes bona partiri q̄runtur.
q̄riť igr̄ nūc q̄ pacto diſtributio iuſte ſit faciēda/ et quātū ex ſūma illa mr̄/ quātū filiꝰ et quātū filia habere
debet. Ad id cognoſcēdū opꝰ eſt vna regula/ q̄ iccirco iuſtitie diſtributiue regula appellari pōt. ⁊ eſt hec.
Minimos nūeros pſonaꝝ quere/ queſitos aggrega: et per aggregatū partire diſtribuēdū. qḋ aūt prouene
rit/ auge per primū nūerū. et da prio. illḋ idē auge per ſecūdū. da ſecūdo et deīceps q̄tquot fuerit. et equa
iuſtaq̃ facta erit diſtributio: videbiſq̃ que proportio numeri ad numerum perſonarū: eandē eſſe diſtri-

buti ad diſtributum. & huius regule neceſſitas intelligi poteſt ex. 8. ſecundi elementorũ arithmetice Jordani. Verbi cauſa. Quia mater duplũ habere debet ad filiã / & filius duplũ ad matrẽ: minimi numeri id cõtinẽtes ſunt 1. 2. 4 / vnitas ſcilicet filie / 2 matris / 4 filij / hos collige ſimul ſeptẽ ſunt. partire igitur per ſũmã diſtribuẽdã 42000: & venient 6000. auge per 4 / numerũ ſcilicet filij & veniunt 24000: id filio diſtribue. auge quod pri° per 2 / numerũ ſcilicet matris & veniunt 12000: da matri. et quia vnitas eſt filie: 6000 ſunt diſtribuenda filie. ſic facta eſt iuſta diſtributio impleta q; teſtatoris ſuprema voluntas / & iuſtitie ſeruata equitas vt ſubiecta monſtratur formula.

Summa diſtribuẽda	42000	6000 ex diuiſione prouenien̄s	
Aggregatum	7	Juſte diſtributa.	
Filius	duplũ 4	24000	duplum
Mater	duplum 2	12000	duplum.
Filia	ſubduplũ 1	6000	ſubduplum

Alia hypotheſis. diſpoſuit quidã bona ſua hoc pacto diſpartienda. filio duplum ad matrem / matri duplũ ad filiã / illi e triplũ ad nepotẽ / nepoti vero ſeſqualterum ad neptem. que vero diſtribuerẽtur erant eſtimatione facta 1360 auree libre. quot filio / quot matri / quot filie quot nepoti quot nepti incolumi iuſtitia debẽtur / ex eadẽ regula intelliges: ſi a minima perſona id eſt a nepte incipias minimos proportionũ numeros colligere / et operari per ſuperius appoſitam regulam. vt monſtrat ſubiecta deſcriptio.


Summa diſtribuẽda	1360	20 ex diuiſione prouenien̄s	
Aggregatum	68	Juſte diſtributa	
Filius	duplum 36	720	duplum
Mater	duplũ 18	360	duplum
Filia	triplũ 9	180	triplum
Nepos	ſeſq̃lterũ 3	60	ſeſqualterũ
Neptis	ſubſeſql. 2	40	ſubſeſqualterũ

Et hec ſimilia ſunt iuſtitie cõmuniũ diſtributiue. nã he diſtributiones rei familiaris & priuate eſſent. De iuſtitia vero diſtributiua eadẽ ratio pro qua hec ſatis ſit hypotheſis. duo vna ex parte vt a & b meriti ſunt vt tres ceu c d e. tres vero c d e vt quattuor ceu f g h i. duo autem primi ſimul videntur a republica meriti vt eis ex cõmunibus diſtribuãtur 1500 argentee libre. quare & tribus ſecundis diſtribuende erũt equitate ſeruata 1500 argentee libre / et quattuor tertijs ſimul / totidem. verũ a ad b meritus ſit de republica in ſeſqualtero. c ad d iterum in ſeſqualtero. d ad e in duplo. patet ex ſubiecta deſcriptione et ſuperiore regula inuentis minimis numeris quid cuiq; eſt diſtribuendũ ex tribus equalibus ſummis. facilius tamen id intelligitur ſi tribus ſingulatim queſtionibus formetur. prima de duobus. ſecunda de tribus. et tertia de quattuor: ex quibus innumere alie facile conijciantur.

Tota publica ſumma in tres partes primum partienda 4500

Sũma diſtribuẽda	1500	30 prouenitẽs	Sũ. diſtri.	1500	250 prouẽ.	Sũ. di.	1500	150 pro.
Aggregatum	5	Juſte diſtri.	Aggrega.	6	iuſte diſtri.	Aggre.	10	Ju. diſ.
A	3	900	C	5	750	F	4	600
B	2	600	D	2	500	G	3	4500
			E	1	250	H	2	300
						I	1	150

¶ Medietas / proportionalitas rationũ cõparatio. & eſt proportionis ad proportionẽ ſimilitudo. ¶ Medietas arithmetica eſt cuius termini equas ſeruãt differẽtias. termini ſũt proportionũ extrema. differẽtia eſt quo extremũ ſuperat extremũ. Medietas geometrica eſt medietas cuius termini equas ſeruãt proportiões. eque proportiones ſũt: que eiuſdẽ ſũt denominatiõis. Medietas cõiũcta dr: que in trib° terminis cõtinet. diſiũcta vero que cõtinet i quattuor. Medietas ſit cõuerſim quãdo vt primus ad ſecũdum ita tertius ad quartũ: et cõcludit vt ſecũdus ad primũ ita quart° ad tertiũ. Medietas ſit permutati quãdo primus terminus ad ſecũdũ vt tertius ad quartũ / & concluditur vt primus ad tertiũ / ita ſecũdus ad quartũ. Et ſit cõiuncti quando primus ad ſecundũ vt tertius ad quartũ: et cõcluditur vt primus et ſecũdus ad ſecũdũ / ita tertius et quartus ad quartũ. ¶ Abſolutus / monadicus numerus / numerus numerãs Numerabilia ſũt ea: quibus numeros abſolutos / monadicoſq; applicamus. ¶ Juſtum iccirco eſt medium eius quod minime in cõparatione rationũ conſiſtit: q medium ſit iniqui ex prima cõcluſione nũc pluris nunc minoris. quodquidẽ iniquũ et plus inq̃ et minus hanc rationũ comparationem refugit. verum iuſtũ ſine cõparatione rationũ / et niſi ea (quã Ariſtoteles affert) ſeruetur mediocritas: ſeruari / ſaluariq; non poteſt. Et que geometrice medietati conueniũt ea facile ex Jordano dinoſcuntur. Cõuenit eni primo geometrice medietati: vt quẽadmodum primus terminus ad ſecundũ: ita tertius ad quartũ qđ ſtatĩ ex diffinitione cognoſcitur. Secundo. conuenit permutatim proportionari. vt ſi quẽadmodũ a ad b / ita c ad d: ergo permutati per tertiã ſecundi arithmetices a ad c ſicut b ad d. Tertio. eidẽ proprium eſt: vt quẽadmodũ totũ ad totum. ita altera pars totius ad alteram alterius et reliqua ad reliquã. vt quemadmodũ a c ad b d / ita et a ad b et c ad d. nã ſit a ad b vt c ad d: ergo permutati per tertiã ſecũdi arithmetices a ad c vt b ad d. et ſi quẽadmodũ a ad c / ita b ad d: ergo conuerſim per primã ſecundi c ad a vt d ad b. et cõiũctim per ſextã ſecundi a c ad a vt b d ad b: ergo permutatim a c ad b d vt a ad b. ſed et vt a ad b ita c ad d: ergo vt a c ad b d / ita a ad b et c ad d quod tertia intendit hic adducta proprietas. Et in cõparatione rationum iuſti quod ex diſtributione ſurgit: he proprietates eo ordine reperiuntur. Nam primo. quẽadmodũ primus qui meretur ad ſecundũ merentem: ita primũ munus ad munus ſecundum. Secundo. permutatim / quẽadmodũ primus qui meretur ad primũ munus: ita ſecundus merens ad ſecundum



munus. Tertio. queadmodūtotum ad totū/ ſcilicet pzimus qui meretur ⁊ pzimū munus ſimul / ad ſecū
dū merentē ⁊ ſecundū munus ſimul: ita pzimus qui meretur ad ſecundū merentē/ ⁊ pzimū munus ad ſe
dum munus. ⁊ cū cōponitur pzimus qui meretur ⁊ pzimū munus/ ⁊ ſecundus qui meretur ⁊ ſecūdum mu
nus: tūc fit ipſū iuſtū ⁊ initia ratione pacitur/ atqꝫ ſaluatur. Et hec tria ſuo ordine tāgit Ariſtoteles. vn
de fit vt nō modo iuſtitie vna ſit vna/ ſic ratione duplex (vt ex antepenultima nota cognitū eſt) ſed ⁊ ea
dē iuſtitia diſtributiua triplex eſt equitas/ ſuo equitatis ternario cōſūmata atqꝫ perfecta. Et geometri
ca medietas in hoc vel maxime veniat laudanda: ꝙ tam perfecte tamqꝫ inſignis iuſtitie ſit adminicula
ria. hinc enī laus ſua cōmendatioqꝫ maxima pendet. Sit pzimus qui meretur a/ ſecundus b: pzimum mu
nus c/ ⁊ ſecundū d. ¶ Merentia ⁊ merita/ delinquentia ⁊ pene: in iuſtitia facienda cōſiderari debent vt
numerus ad numerum/ ⁊ ſummatim omnia iuſtitie aut iniuſtitie extrema.

¶ Tertium cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

Tertij capitis cōmentarius ad literā. ¶ Pzima cōcluſio. Iniqui mediū eſt ipſū equū. Nā ⁊ iniquus 19
iniuſtus eſt: ⁊ iniquum iniuſtum. et in qualicumqꝫ operatione plus et minus eſt: in eadem ſtatuitur et
equale. itaqꝫ ſi iniquū ⁊ quod plus ⁊ qd minus iniuſtū eſt: et equū iuſtū eſt. ⁊ huius ⁊ illius iniq mediū:
qd vel ſine probatione ita eſſe cunctis apparere licet. ¶ Secunda cōcluſio. Iuſtū qd in diſtributiōe verſa 20
tur: mediū quoddā eſt. ⁊ equū/ ⁊ ad aliquid. ⁊ quibuſdā ⁊ in quattuoz minimis cōſiſtit. Nā cū equū in di
ſtributione ſit mediū: ⁊ ipſū iuſtū mediū erit. ⁊ ipſū equū in duob⁹ minimis cōſiſtit. igr ipſū iuſtū/ ⁊ me
diū/ ⁊ equū/ ⁊ ad aliqd/ ⁊ quibuſdā/ atqꝫ in quattuoz minimis cōſtabit. quo enī mediū eſt: ad aliqd ⁊ ali
qū eſt mediū/ que ſūt plus ⁊ minus. ⁊ quo equū eſt: duobus minimis/ duabuſqꝫ que diſtribuūtur reb⁹ cō
ſiſtit. et quo iuſtū eſt: quibuſdā vt perſonis quibus pzo dignitate duo minima/ reſqꝫ ipſe diſpenſantur. in
quattuoz igr cōſiſtit minimis. ſūt enī duo quib⁹ ipſū iuſtū fit: ⁊ due res in qbus iuſtū ipſū cōſiſtit. ¶ Ter 21
tia cōcluſio. Eadē/ cōſimiliſqꝫ equitas eſt: ⁊ perſonarū/ ⁊ rerū q diſtribuūtur. ¶ Pzimo. nā ſicut ſeſe ha
bēt res in qbus cōſiſtit iuſtitia diſtributiua: ita ⁊ illa quib⁹ ille diſtribuūtur. ſi enī nō equi ſint quibus fit
diſtributio: nō equa habebūt. ⁊ ſi equi: equa nō recipiūt. hic pugne/ incuſationes/ querelеqꝫ ſurgūt: eſt igr
eadē/ cōſimiliſqꝫ ⁊ perſonarū et rerū q diſtribuūtur equitas. ¶ Secūdo. id ita eſſe cōſtat ex eo qd pzo di
gnitate fit. nā vno oze cōfitētur oēs: iuſtū in diſtributionib⁹ pzo dignitate quadā ⁊ vt vnuſquiſqꝫ dign⁹ ſit
⁊ mereatur/ eſſe opoztere. qui plus igr meretur: plus recipit. ⁊ qui min⁹: recipit ⁊ min⁹. eſt igr ⁊ perſona
rū ⁊ rerū que diſtribuūtur cōſimilis equitas. verūtamē ipſā dignitatem/ ipſāqꝫ rē que pzo dignitate diſtri
bui debet: nō oēs eādē eſſe aiūt. ſed populares eā libertatē eſſe dicūt: et paucorū potērū quidā opulētiā/
qdā generis nobilitatē/ optimates vero virtutē. ¶ Quarta cōcluſio. Iuſtū in quadā pzopoztionalitate/ 22
rationūqꝫ cōparatione cōſiſtit. Pzopoztionalitatē/ rationūqꝫ cōparationē habere/ nō ſolū abſoluti nume
ri pzopziū eſt: ſꝫ et oīno numerabilib⁹ cōuenit. ꝙ itaqꝫ iuſtū i pzopoztionalitate cōſiſtat: patet. nā pzopoz
tionalitas eſt duarū pzopoztionū equalitas. et in quattuoz minimis cōſiſtit/ et diſiūcta pzopoztionalitas
ſtati i quattuoz minimis cōſiſtere cognoſcitur. verū itidem ⁊ cōiūcta in quattuoz conſiſtit. nam vno ter
mino vt duob⁹ vtitur/ et bis illū ſumit hoc mō. queadmodū ſeſe habet a ad b: ita b ad c. vbi bis dictū eſt b.
quare ſi b bis ponatur: quattuoz erūt maniſeſte q hmōi cōparationē ſubibūt. at iuſtū i quattuoz minīs cō
ſiſtit: et ratio eadē eſt. igr iuſtū i pzopoztionalitate/ rationūqꝫ cōparatiōe cōſiſtit. ¶ Quīta cōcluſio. Ea 23

8 4 2
a b c


pzopoztionalitas i qua iuſtū ex diſtributiōe cōſiſtit/ diſiūcta eſt. Nā ſimilit et ea qb⁹ diſtribuitur/ et ea q
diſtribuūtur: ſeiūcta ſūt. eſt igr ea rationū cōparatio diſiūcta: perinde ac cū ita cōparo. queadmodum a
terminus ad b: ita c ad d. ⁊ permutati queadmodū a ad c: ita b ad d. quare totū ad totū (qd diſtributio ip
ſa coniūt) vt a ad b: et c ad d. et debet diſtributiōis mun⁹ et cui diſtribuit coniūgi. qd cū ita cōpoſitū fuerit
iuſte cōiūgit. cōiūgatur igr a cū c et b cū d: et iuſtū id erit qd ad diſtributionē accōmodatur. iuſtūqꝫ et

8 4 4
a b b c

mediū ei⁹/ qd minie in cōparatiōe rationū cōſiſtit. nā quod i ea rōnū cōparatiōe cōſiſtit mediū eſt: iuſtūqꝫ
ipſū i ea cōſiſtit. et hāc rationū cōparationē mathematici geometricā vocāt. fit enī i geometrica medieta
te vt totū ad totū ita pars altera ad alterū: et pars altera ad alterū. et maniſeſtū eſt hāc rationū cōparationē
nō fuiſſe cōtinuā: ꝙ terminꝰ vnus numero nō ſit cui diſtribuitur et quod diſtribuitur. ¶ Sexta cōcluſio. 24
Iniuſtorū q in diſtributione cōſiſtūt: quoddā in plus eſt. et quoddā in minus. ¶ Pzimo. nā iuſtū eſt qd
in cōparatione rationū cōſiſtit. et iniuſtū qd ab huiuſmodi rationū equalitate exozbitat/ ac deficit. igr
iniuſtorū quoddā plus eſt/ et quoddā minus. ¶ Secūdo. hoc idē in operibus ipſis accidit. nā i bonis qui
iniuriā facit plus habet: qui iniuriā patitur. minus. et ecōtra in malis/ qui iniuriā facit minus habet ma
li: et qui patitur magis. minus enī malum ad maius cōparatum/ rationē boni habet: et minus malum ꝙ
maius/ magis expetibile eſt. at quod expetitur bonum/ boni ve rationē habēs. et quod magis expetitur:
et magis bonum. ſed de vna ſpecie iuſti vt que diſtributione fit: dictu n ſit hactenus.

Reſtat aūt id iuſtū qd fit in emēdādis cōmercijs: tā ijs q Cap. IIII. 25
ſua ſpōte faciūt hoīes/ ꝙ ijs q inuitis ipſis efficiūtur. Hoc autē aliam ha
bet ſpeciē a pziore. Iuſtū eni diſtributiuū cōmuniū: in dicta ſemp cōpa
ratione rationū conſiſtit. nam ſi e pecunijs publicis diſtributio fiat: eadē
fuerit ratione quā habent inter ſeſe ea/ que in rēpublicā ſunt collata. ⁊ iniuſtū qd
huic opponitur: id eſt quod a cōparatione rationū exozbitat. Iuſtū autem quod eſt
in cōmercijs/ eſt quidē equum quoddā: ⁊ iniuſtum iniquum. Sed nō illa cōpara
tione rationū: ſed arithmetica. nichil eni refert: ſi probus prauo detraxerit/ an pra
uus a probo. neqꝫ ſi adulterium probus/ an prauus cōmiſerit. ſed ad differētiā nocu
mēti: lex reſpicit tātū. ⁊ vtitur vt equalibus: ſi hic iniuriam facit/ ille patitur/ et ſi
hic nocuit ille eſt leſus. Quare iniuſtū hoc cū ſit iniquū: iudex equare conat. Nā cū
hic quidē percuſſ eſt/ aut occiſus/ ille vero percuſſit/ aut occidit: paſſio/ atqꝫ actio
diuiſa eſt i ptes nō equas/ ſꝫ ad equalitatē/ auferēdo lucrū/ reſpectu dāni/ redigere
nitit iudex. Dicūt eni i talibus abſolute dicēdo. atqꝫ quāꝫ hec nomina quibuſdā

accõmodata non eſſe videntur/ vt ei qui percuſſit/ lucrum/ ⁊ ei qui paſſus eſt/ dam-
26 num. cum tamẽ menſurata fuerit paſſio: hoc damnũ/ illud lucrũ vocatur ¶ Qua-
re equum quidẽ inter plus/ ⁊ minus medium eſt. Lucrũ autẽ atq3 damnũ plus ſũt
et minus. contrario modo/ plus boni/ ⁊ minus mali lucrũ: cõtrariũ autẽ damnu3.
quorum medium eſt ipſum equum: quod quidem dicimus eſſe iuſtum. Quare iuſtũ
emendatiuũ/ medium eſt inter dãnum ⁊ lucrum. ¶ Quapropter ⁊ cũ cõtrouerſiã
habent: ad iudicem ipſum confugiunt. Ire autem ad iudicẽ: eſt ire ad ipſũ iuſtum.
iudex eni vt iuſtum eſt animatũ ſuapte natura. Et querunt iudicem mediũ. Et vo
cant nonnulli mediatorem/ vt ipſum iuſtũ aſſequuturi/ ſi medium iuſtum cõſequã
tur. Mediũ ergo quoddã eſt ipſum iuſtũ. ſiquidẽ ⁊ iudex mediũ eſt. iudex autẽ ad
27 equalitate3 redigit. ¶ Et perinde atq3 ſi linea in duas inequales parteis diuiſa/ id
quo maior pars dimidiũ excedit abſtulerit/ maiorique addiderit parti: cum etiã totũ
diuiſũ fuerit duas in parteis inequales/ tum ſuũ aiũt habere: cum equũ acceperit.
Equũ autẽ mediũ eſt: inter maius ⁊ minus/ in arithmetica cõparatione rationu3.
¶ Nam ſi ſint duo equalia/ ⁊ ablatam ab altero quantamuis partẽ addideris alte
ri: talibus duabus excedit partibus alteru3. ſi enim ablata fuiſſet/ ⁊ nõ addita: vna
ſola parte excederet. Excedit ergo mediũ vna. et ipſum mediu3 excedit id a quo eſt
ablatio facta/ vna. Hoc ergo cognoſcemus ⁊ quidnã auferendum ab eo ſit qui plus
habet/ ⁊ quid addendũ ſit ei qui minus habet. Id eni quo mediũ excedit: addendũ
eſt ei qui minus habet. id autẽ auferendum a maximo eſt: quo exceditur medium.
Sint equales linee tres a b/ c d/ e f/. atq3 ab a b: pars auferatur a g/ ⁊ addatur ipſi
linee e f/ ſitq3 illa h e. quare tota linea h e f excedit g b linea3 parte h e/ ⁊ parte e k.
28 Excedit ergo mediã c d lineam h e parte. ¶ Eſt autẽ hoc ⁊ in ceteris artibus. Et-
enim e medio tollerentur: niſi agẽs ageret/ ⁊ quantũ/ ⁊ quale/ ⁊ patiens pateretur
29 hoc/ ⁊ tantũ et tale. ¶ Nomina autem hec (dãnum inq̃ ⁊ lucrũ) ex ijs contractib⁹
quos ſua ſponte faciunt homines tracta ſunt. Qui enī emendo/ vendẽdo/ ceteraq3
agendo que lege conceſſa ſunt/ plus habent q̃ ſuum/ ij lucrari: qui minus q̃ in prin
cipio/ ij dãnum pati dicuntur. ſed qui neq3 plus/ neq3 minus habent/ ſed ſua per ſe-
30 ipſa ſunt facta: ij ſe ſua inquiunt habere ⁊ neq3 dãnum pati/ nec lucrari. ¶ Quare
iuſtum medium eſt: inter lucrũ quoddam ⁊ damnum (quod fit inuitis hominibus)
equale inq̃ ⁊ prius/ ⁊ poſterius habendo.



25 ¶ Quarti capitis note. ¶ Iuſtum inuoluntariũ eſſe poteſt/ ſed nõ benefactũ. vt cũ per iudice3 cogitur quis habens amplius q̃ par ſit: reſtituere ad mediĩ equalitatẽ/ et qui minus habet. Argyropyli paululũ determinatio: alius euariat. nam ſententia ſua eſt lucrum ⁊ damnum inuitis fieri hominibus. Alij autẽ
27 id ſonare videntur: iuſtum quod inter lucrum quoddam eſt et dãnum/ multiſ fieri hominibus. ¶ Et perinde atq3 ſi linea. Ex hoc hec regula iuſtitie elicitur. Duplicem exceſſum hoc eſt differentiam pluris ⁊ minoris ſubdupla/ da dimidiũ minus habenti: ⁊ facta eſt iuſtitia. verbi cauſa ſit modius tritici ſeptẽ aureorũ numũ ⁊ doliũ vini quattuordecim/ dẽturq3 vini decẽ dolia ⁊ accipiãtur modij 32: dico nõ eſſe equã cõmutationẽ. nam dolia vini 10 ſunt aurei numi 140. ⁊ modij tritici 32/ ſunt aurei numi 224. differẽtia 168. cuius dimidiũ 84. Da igitur 84 dimidiũ ſcilicet exceſſus pluris ⁊ minoris/ habenti minus: et fiet tota ſumma 224. ⁊ dico per precedẽtem regulã factam eſſe iuſtitiã. quod idem cognoſces per alterã regulam. nã iunge ſimul 140 et 308/ que ſunt extrema fientq3 448 cuius medium eſt 224. quod quidem eſt per regulã medietatis arithmetice mediũ in cõparatione rationũ arithmetica. eſt ⁊ tertia regula que proportionũ dicitur ad hanc iuſtitiam cõmutatiuã etiã neceſſaria: que eſt/ tertiũ numerũ duc in ſecũdũ/ aggregatũ diuide per primum/ et proueniet quartus ignotus. prima regula ex diffinitione medietatis arithmetice ſtati cognoſcitur. ſecundã demonſtrat ſecundũ theorema decimi elementorũ Iordani. tertiã vero 25 ſecundi. Sed vt ſe volentibus exercere he regule earũq3 virtus promptius appareat: ſit cõmunis hypotheſis. 12 dolia vini iuſto precio equẽtur 60 ſextarijs tritici ſitq3 ſextarij valor aureus num⁹ vn⁹/ dolij valor aurei numi quinq3. tres ſuperiores regule ex ſubiecta deſcriptione patẽt. et tot queſtiones intelligãtur: quot ſpacia ſecũdũ longitudinẽ regulaliter deſumpta ſẽper eadẽ ſeruata hypotheſi.

Duplex exceſſ⁹ pluris ⁊ minoris
168
Dimidiũ exceſſus
84
M i n u s
140
P l u s
308
Aggregatũ pluris et minoris
448


Prima regula						Secunda					Tertia		
A	B	C	D	E		F	G	H	I		K	L	
20	100	120	40	20		140	100	240	120		20	100	
15	75	90	30	15		105	75	180	90		15	75	
12	60	80	40	20		100	60	160	80		12	60	
10	50	70	40	20		90	50	140	70		10	50	
8	40	66	52	26		92	40	132	69		8	40	
6	30	58	56	28		86	30	116	58		60	30	
4	20	44	48	24		68	20	88	44		4	20	
3	15	24	18	9		33	15	48	24		3	15	

A. dolia vini.
B. aurei numi valor doliorum.
C. ſextarij ⁊ pariter aurei numi valorq́ ſextariorũ. ⁊ idē nūer⁹ eſt mediũ arithmeticũ.
D. totus duplex q́ exceſſus i precio aureorũ numũ redact⁹ quem habet venditor vini.
E. medietas exceſſ⁹ reſtituēda minus habenti ſcilicet cõmutanti triticum.
F. maius extremum
G. extremum minus
H. aggregatũ pluris ⁊ minoris
I. medium arithmeticum ac iuſtum
K. dolia vini iuſte cõmutata
L. ſextarij tritici tōtidem iuſte commutati ⁊ equalis eſt valor aureorum numorum

¶ Cũq́ totũ diuiſũ ſit in partes, adiecta erat particula equales ſuperflua. nã grece dũtaxat habetur.
οταν δε διχα διαιρεθη το ολον τοτε φασιν εχειν τυ αυτον
merito igitur illa litera ſublata videtur

¶ Quartum cap. quinq́ concluſionibus/ ⁊ vno correlario partitum eſt.

Quarti capitis cõmentarius ad literã. ¶ Prima concluſio. Supereſt nunc de iuſto quod in dirigen- 25
dis cõmutationibus conſtituitur tam voluntarijs q̃ inuoluntarijs determinare. Nã hec iuſti ſpecies alia
eſt a ſuperiore, ⁊ q̄ alia ſpecies ſit: ſtatim cognoſcitur. Nam iuſtum quod in cõmunũ diſtributione ver-
ſatur: ſemper in iã dicta rationũ cõparatione cõſiſtit. ſi eni e publicis diſtributio fiat: id eadē rationũ cõ-
paratione fiat/ quã inter ſeſe habent officia meritaq́/ que in rēpublicã ſunt collocata. ⁊ iniuſtũ quod huic
iuſto opponitur: ab huiuſmodi cõparatione rationũ exorbitat. at iuſtũ quod in commercijs/ cõmutationi-
buſq́ eſt: equũ quidem quoddã eſt/ ſed non in illa comparatione/ verũ in arithmetica conſiſtit. non eni in
huiuſmodi iuſto diſpenſando merita inter ſe attenduntur. neq́ refert ſi probus prauo detraxerit/ aut cõ-
tra prauus probo. neq́ vtrũ probus/ improbuſve adulteriũ cõmiſerit: ſed tantũ ad nocumēti differentiã
lex ipſa reſpicit. ⁊ ſi hic iniuriã facit/ ille vero patitur/ ſi hic nocuit/ ⁊ ille paſſus eſt: differentijs vt equis
vtitur. ⁊ quod iniuſtũ: quoniã inequũ eſt atq́ inequale iudex equare nititur. nã cum hic percuſſus eſt/ ⁊
ille percuſſit/ aut hic occiſus eſt/ ⁊ ille occidit: paſſio/ actioq́ inique ſunt ⁊ vtraq́ diuiſa non equaliter. ⁊
hanc equalitatē nititur iudex ad equalitatē redigere/ auferendo quod plus eſt lucri: ſecundũ exigētiã dã-
ni. ⁊ lucrum ⁊ damnũ ſimpliciter in talibus nominamus: q̃uis hec nomina quibuſdã minus accõmodata
videantur. vt cum ei qui percuſſit lucrum accommodamus/ ⁊ ei qui paſſus eſt accommodamus damnuz.
attamen cum paſſio menſurata fuerit: hoc plane damnum illud lucrum appellari cognoſcitur. ¶ Secũ- 26
da concluſio. Equum quod in commutatione eſt: inter plus atq́ minus eſt. Nam lucrum atq́ damnum
vtrumq́ plus eſt atq́ minus/ ſed contrario modo. nam lucrum plus boni ⁊ minus mali eſt. ⁊ contra: dã-
num plus mali/ ⁊ minus boni. at lucri ⁊ damni medium eſt ipſum equum: ipſum autem equum iuſtum
eſt. igitur ipſum iuſtum commutationum directiuum lucri ⁊ damni medium eſt. eſt itaq́ medium inter
plus ⁊ minus. ¶ Secundo. ob idipſum q̄ iuſtum medium quoddam eſt: qui controuerſiam habent/ ad iu-
dicem confugiunt. ad iudicem enim ire: eſt ad iuſtum ipſum ire. eſt enim iudex vt ſuapte natura anima-
tum iuſtum. ⁊ qui ad iudicem eunt: ipſum querunt vt medium. ⁊ hinc iudices nonnulli mediatores vocãt:
quaſi ſi medium aſſequantur/ iuſtum ſint aſſecuturi. medium igitur eſt ipſum iuſtum: ſiquidem iudex
medi⁹ eſt. atqui iudex medius eſt: nã ad equalitatem redigit. iuſtum igitur commutationum directiuũ:
inter plus ⁊ minus medium eſt. ¶ Tertia concluſio. Juſtum commutatiuũ: medium inter maius ⁊ min⁹ 27
in arithmetica ratione conſiſtit. ¶ Primo. nam ſit iuſtum commutatiuum perinde atq́ ſi linea in duas
partes inequales diuiſa/ id quo pars maior totius linee dimidium excedit ac ſuperat/ minori parti adie-
cerimus. ita cum id totum quod commutatur/ duas in partes ſed inequales diſtributum ſit: tum ſuum
quiſq́ habebit cū eo accepto quo maior pars totius dimidium vincit/ ⁊ adiecto parti minori: quiſq́ di-
midium acceperit. at tale dimidium inter huiuſmodi maius atq́ minus in arithmetica medietate con-
ſiſtit. iuſtũ igitur commutatiuum: inter maius atq́ minus arithmetice medietatis exiſtit. ¶ Secũdo.
ſi ſint duo equalia quorum ab vno partem quamcunq́ abſtuleris/ ablatamq́ adieceris alteri equalium:
totum ex adiecta parte ⁊ altero equalium effectum/ ſuperat quod reliquum eſt/ in duabus partibus par-
ti ſcilicet detracte equalibus. at ſi ablata fuiſſet pars et non adiecta: vna ſola parte alterum equalium ſu-
peraret. relictum eſt igitur alterum equalium medium inter minus quod ſubſtracta parte reliquum eſt:




et mai⁹ quod eſt ex adiecta parte effectũ. at totum ex parte adiecta alteri equalium effectum: ſuperat ta-
le mediũ quod eſt alterũ equaliũ (vt iam quoq́ dictum eſt) vna ſola parte. ⁊ ipſum mediũ id quod abla-
tione facta relictũ eſt: ſimiliter excedit vna ſola tantula parte. eſt igitur inter illa arithmetica rationum
cõparatio. at iuſtũ (quod in commutatione verſatur) fieri cognoſcimus: ſi ab eo qui plus habeat aliquid
demitur qđ q̃dē tribuitur min⁹ habenti. id autē qđ plus habenti demēdũ eſt/ ⁊ min⁹ habēti tribuēdũ: eſt
id quo ipſũ exceditur mediũ. igitur iuſtum commutatiuum: medium eſt inter maius atq́ minus in hu-
iuſmodi cõparatione rationũ. que adhuc vt liquidius pateant ſint. a b. c d. e f. tres equales linee. ⁊ ab a b
dematur pars a g addaturq́ linee e f. ſitq́ ea pars adiecta h e. erit ergo tota compoſita h e f ſitq́ e i pars
equalis h e. linea h e f excedit lineã g b parte h e ⁊ parte e i. excedit ergo mediã lineã c d parte h e. ⁊ ea-
dem parte/ c d media: ſuperat g b. ſunt itaq́ h e f ⁊ c d ⁊ g b in arithmetica medietate. ⁊ h e f ſimilis ei q̃
plus habet: g b vero ei qui minus. ⁊ dempto h e quo h e f ſuperat medium c d ⁊ eo quoq́ reſtituto g
b: intelligeretur id iuſtum (quo de hic agimus) eſſe factũ. ¶ Quarta concluſio. Hoc iuſtũ in omnibus ar- 28
tibus ſeruandũ eſt. Nã niſi ſeruaretur: artes tandem e medio tollerentur. niſi enim quantũ/ et quale arti-
fex ipſe agens ageret/ tãtũ ⁊ tale in commutando recipiens ſuſciperet/ ſed minus: ipſa tandē deperiret
ars/ neq́ ipſi quoq́ ſufficeret artifici. eſt itaq́ hoc iuſtũ in omnibus artibus obſeruandum. ¶ Quinta 29
concluſio. Lucrum ⁊ damnum circa commutationes locum habent. Nam nomina hec lucrum ⁊ damnũ
ex ijs contractibus quos ſua ſponte inter ſeſe celebrant homines: tracta ſunt. qui enim emendo/ venden-
do/ ceteraq́ id genus commutationum agendo/ que lege ſunt indulta/ plus habent q̃ ſuum ſit: ij lucrari
dicuntur. qui vero minus q̃ in principio: ij dicuntur damnuz pati. at vero qui neq́ minus habent/ ſed pa-
ria paribus ſunt cõpenſata: ij ſe ſua inquiunt habere/ ⁊ neq́ damnum pati/ neq́ lucratos eſſe. dãnum igi-
tur ⁊ lucrum circa cõmutationes (vt dictum eſt) verſantur. ¶ Correlarium. Quo fit vt cõmutatiuum 30


iuſtum medium ſit inter lucrum quoddam et damnum/ quod etiam interdũ fit inuitis hominibus habẽdo ſcib[ilis] [an]te commutationẽ ⁊ poſt equale.

Cap. V.

31 V[id]etur autẽ nonnullis ⁊ ipſa repaſſio ſimpliciter eſſe iuſtũ: vt Pythagorici [c]onſueuerunt. Qui quidẽ abſolute diffinientes iuſtũ repaſſionẽ eſſe dicebant. verum repaſſio/ nec ad diſtributiuũ iuſtum: nec ad emendatiuum accõmodatur. Quamq̃ eã ipſam ⁊ Rhadamanthi iuſtum aſſerunt eſſe.
Si que fecerit/ hec etiam patietur ⁊ ipſe:
Judicium fuerit perrectum/ atq̃ exitus equus.
Perſepe enĩ diſcrepat. nã ſi quis magiſtratũ gerens percuſſerit quẽpiã/ non decet eũ repercuti. Et ſi quiſpiã eũ qui magiſtratũ gerit percuſſerit: is nõ ſolũ repercutiendus eſt: verũ etiã ſupplicio afficiẽdus. Preterea multũ inter ſe differunt id quod ſponte: ⁊ id qđ inuitus quiſpiã fecit. ¶ Sed in ſocietatibus cõmerciorũ/ tale iuſtũ (repaſſio inq̃) p cõparationẽ rationũ/ ⁊ nõ p equalitatẽ cõtinet ciuitatẽ. ciuitas enĩ tum cõſeruatur: cũ retributio fit/ vt cõparatio flagitat rationũ. Nã hoĩes aut reddere malũ querũt: quod ni faciãt ſeruitus eſſe videtur. aut retribui ſibi bonũ. qđ niſi fiat: actus dãdi/ beneficiũq̃ nõ fit. at ciuitates his cõſeruãtur. Quãobrẽ ⁊ grãrũ tẽplũ in ciuitate media cõdunt. vt retributio ſit. hoc enĩ grẽ p̃priũ eſt. Nã is qui ſuſcepit ſubminiſtret viciſſim: ⁊ qui minus cõtulit/ ⁊ ipſe rurſus icipiat cõferre op3. Cõiũctio autẽ que p diametrũ eſt: facit eã retributionẽ q̃ p cõparationẽ rationum efficitur. hoc pacto. ſit edificator q̃dẽ a: ſutor aũt b/ dom⁹ in c/ ⁊ calceus collocetur in d. Edificatorẽ igitur/ a ſutore accipere opus illi⁹: ⁊ ipſũ illi ſuũ dare oportet. Si igitur primũ ſit id iuſtũ quod cõparatione rationũ eſt equũ/ deinde repaſſio fuerit; erit quod dicitur. ſin minus: non erit equũ/ neq̃ cõſtabit ſocietas. Nichil enĩ prohibet: vnius opus/ alterius opere preſtabilius eſſe. hec igitur ad equalitatem redigantur oportet. Eſt autem hoc ⁊ in ceteris artibus. Etenim e medio tollerentur: niſi agens ageret/ ⁊ quantum ⁊ quale/ ⁊ patiens pateretur hoc ⁊ tantum/ ⁊ tale. ¶ Non enim duobus ex medicis fit ſocietas. ſed ex medico atq̃ agricola: ⁊ ex diuerſis omnino/ ac inequalibus. verum hi redigãtur ad equalitatẽ oportet. ¶ Quapropter ea vniuerſa quorum eſt permutatio inter ſeſe comparabilia quodam modo



32 eſſe oportet. ¶ Pro quo numus in vſũ hominũ venit. ⁊ fit quodam modo medium. metitur enim cuncta: quare ⁊ exceſſionem/ atq̃ defectionẽ. quotnam calcei domui vel victui ſunt equales. Oportet igitur quod eſt edificator ad ſutorẽ: tot pro domo/ vel alimẽto calceos eſſe. q̃ ſi hoc nõ fuerit: non erit permutatio/ neq̃ ſocietas. hoc autẽ nõ erit: ſi non equa quodã modo fuerint. oportet ergo aliquo vno menſurari cuncta/ ſicut ⁊ antea diximꝰ. ¶ Hoc autẽ eſt reuera quidẽ indigẽtia ipſa: q̃ õnia cõtinet. Nã ſi nõ indigeant/ aut non ſimiliter: nõ erit perturbatio/ aut nõ eadẽ erit.



33 ¶ Numus autẽ ex inſtituto factꝰ eſt: vt pro indigẽtia ſit. ⁊ propterea nomẽ hoc habet quod nõ natura cõſtat: ſed lege. ¶ Et in nobis eſt ſitũ ipſum mutare atq̃ inutilẽ facere. Erit igitur tunc repaſſio/ cũ redacta fuerint in equalitatẽ: vt quod eſt ad ſutorẽ agricola: id ſit opus ſutoris ad agicole opus. oportet autẽ in figurã cõparationis rationũ ducere: cũ permutare voluerit. ſin minus: alterũ extremũ exceſſus habebit vtroſq̃. ſed cũ habent ſua: ſic equales ⁊ ſocij ſunt. quia hec equalitas ĩ ipſis fieri poteſt. Atq̃ ſit agricola quidẽ a/ ⁊ alimẽtũ c. Sutor autẽ b/ ⁊ opus ipſius qđ in equalitatem iã eſt redactum d. q̃ ſi hoc pacto non eſſet repaſſio: non eſſet ſane ſo-
34 cietas. ¶ Ipſã autẽ indigẽtiã continere/ vt quiddam vnum: hoc ſane declarat. Cũ enĩ aut ambo ſeſe non indigent mutuo/ aut alter: non fit permutatio. ſicut fit/ cum eius quiſpiã indiget quod habet ipſe: vt vini pro quo dat ille triticu3 exportandũ. Oportet igr̃ hec redigi ad equalitatẽ. q̃ ſi nũc non idigeat: numus quaſi vas interceďit pro permutatione futura: ſi ipſa indiguerit fore. Liceat enim op3 hunc afferen-
35 ti/ accipere. ¶ Patitur igitur idem et ipſe. Non enim ſemper equale poteſt. attamẽ
36 magis ipſe perſiſtere ſolet. ¶ Jccirco definite ſint precio/ res õnes oportet. ſic enĩ erit permutatio ſemper. que ſi erit: ſocietas erit. Numus igitur (vt mẽſura) res ipſas metiẽdo/ redigit ad equalitatẽ. Etenim neq̃ ſocietas fuerit ſine permutatione neq̃ pmutatio ſñ equalitate/ neq̃ equalitas ſine cõmuni mẽſura. ¶ Atq̃ res q̃dẽ
37 vera fieri nequit: vt ea que adeo differũt/ conueniãt cõmuni mẽſura. attamen indi-


gentie ratione ſatis fieri poteſt. vnũ quid igitur eſſe oportet:atq3 hoc ex ſuppo-
ſitione. Quapropter num⁹ vocat. hic eni facit vt oia mẽſura cõueniãt. mẽſuratur
Dom⁹. vncie. lecti- eni oia numo. Sit dom⁹ quidẽ a. vncie autẽ decẽ b. et lectica collocetur in c. Atq3 a
5 — 10 — ca. 1 quidẽ dimidiũ ſit ipſi⁹ b. vt p̃ciũ domus quiq3 vncie ſint/ aut equale: c autẽ id eſt
a b c lectica ſit pars decima ipſi⁹ b. Patet igr̃ quot lectice domui ſũt equales: ſũt enim
quiq3. Hoc aũt mõ pmutatio erat: anteq̃ eſſet num⁹. Nichil eni intereſt ſiue lecti-
ce quiq3: ſiue p̃ciũ quiq3 lecticarũ detur pro domo. Dictũ eſt igr̃ quidnã ſit iuſtum
atq3 iniuſtũ. ¶ His aũt determiatis: cõſtat iuris actionẽ mediũ iter hec eſſe/ agere 38
inq̃ ac pati iniuriã. Alterũ eni eſt pl⁹ habere: alterũ min⁹. ¶ Juſtitia aũt nõ eodem 39
mõ q̃ p̃ores ṽtutes mediocritas eſt: ſed q2 mediũ eſt/ hoc eſt eq̃. iniuſtitia autẽ extre-
morũ. Et iuſtitia q̃dẽ eſt qua iuſt⁹ dr̃ electiõe actiu⁹ iuſti/ atq3 diſtributiu⁹ et ſibi ip-
ſi ad aliũ/ ac alij ad aliũ: nõ hoc pacto vt cõmodi q̃dẽ plus ſibi tribuat/ ⁊ primo mi-
nus/ incõmodi aũt cõtra. ſed equi/ qđ ex cõparatione rationũ emergit: ⁊ alij ſimili
modo ad aliũ. iniuſtitia aũt cõtraria/ iniuſti. Hoc aũt eſt exuperatio ⁊ defectio cõmo-
di vel incõmodi cõtra cõparationẽ rationũ. Quapropter iniuſtitia exupatio eſt et
defectio: q2 eſt exupationis ⁊ defectiõis. in ſe quidẽ exupationis eius qđ eſt ſimpli-
citer cõmodũ: ⁊ defectionis eius qđ eſt incõmodũ. Jn alijs aũt in toto quidẽ ſimi-
liter: et⁹ p̃cto qđ a cõparatiõe rationũ exorbitat/ vt cõtigerit. Jniuria aũt minor
q̃dẽ eſt iniuriã pati: maior aũt iniuriã facere. ¶ De iuſtitia igr̃ ac iniuſtitia/ quenã
ſit vtriuſq3 natura: ſit dictũ hoc mõ. Similiter ⁊ de iuſto vniuerſalit/ atq3 iniuſto.

Phidon ¶ Quinti capitis note. Repati eſt oino quod alteri factũ eſt: ſimile pati. ¶ Equari quodã modo/ equa-
Egina ri eſtimatione precij ⁊ valoris. ¶ Num⁹ a nomo vocabulo greco: quod legẽ ſignificat nomen accepit. ſu- 31
Saturnus mit m l carmine: ⁊ nũmum dicũt. Phidon/ primũ in Egina inſula memoratur ſignaſſe argenteũ numũ. 32
Ouidius Et Saturnus in Jtaliã puppe deuectus: percuſſiſſe rudẽ eneum numũ. ſed poſteritas in memoriã Sa-
Nummus ereus turni qui ad eos puppe delatus eſt: effigiem puppis numo impreſſit. de quo Ouidius
Argenteus At bona poſteritas puppem formauit in ere
Aureus Hoſpitis aduentum teſtificata dei.

Et erea pecunia vſus eſt populus Roman⁹ vſq3 ad tẽpora Pyrrhi regis/ mox argẽteã cepit ſignare. poſt
vero victoriã Carthaginis: primũ percuſſit aureũ numũ. ¶ Alterũ extremũ exceſſus habebit vtroſq3.
nã qui plus habebit/ primo habebit exceſſũ ad mediũ ⁊ iterũ tantũ exceſſũ ad min⁹. nã per 27 ipſũ plus 33
excedit duabus partibus ſiue duobus exceſſibus ipſũ minus. ¶ Juris actio iuſtitie operatio.
¶ Quintum cap. nouem concluſionibus partitum eſt. 38

Quinti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Pythagorici haud ſane diffinierunt 31
iuſtum ſimpliciter: repaſſionem eſſe/ quodq3 alteri ſit repaſſum. ¶ Primo. Nam repaſſio nec ad diſtri-
butiuum iuſtum/ neq3 ad iuſtũ quidem emendandi gratia/ accõmodandũ eſt: tametſi repaſſionẽ Rhada-
manthi iuſtum eſſe aſtruant vt qui inquiat.
Si que quis faciat/ eadem patiatur et ipſe:
Judicium rectum fuerit/ vindictaq3 recta.
Sed id in multis diſſonat. Nam ſi quis magiſtratum gerit/ ⁊ quẽpiam percuſſerit: nõ iuſtũ eſt eũ reper-
cuti. itidẽ ſi quis magiſtratũ gerẽtẽ p̃cuſſerit: is nõ modo repercutiẽd⁹ venit/ verũ etiã ſupplicio afficien-
dus. ſimiliter ſi quis volũtarie quicq̃ commiſerit/ ⁊ alter ſimile commiſerit inuitus: non conſimiliter
ambo repati debent. refert enim plurimũ quicq̃ vel ſponte/ vel inuitũ cõmittere. nõ igitur recte diffini-
retur ſimpliciter iuſtum: q̃ ſit repaſſio/ atq3 ſimiliter vt alterum paſſum. ¶ Secũdo. i cõuentionibus cõ-
merciorũ iuſtũ repaſſione per rationum cõparationẽ/ ⁊ nõ per equalẽ eorũdẽq3 repẽſionẽ ſaluat ciuitatẽ.
ſaluatur eni eũ ciuitas: cum retributio fit vt rationum cõparatio flagitat. ſiue homines reddere damnum
querant/ quod quidem niſi reddant ſeruitus illis eſſe videtur: ſiue ſibi beneficium retribui petant/ quod
niſi rependitur: gratia beneficiumq3 negatur. his enim vt rationũ comparatio poſtulat retributionibus:
ciuitates ſoluantur. hinc gratiarum tẽplũ in media ciuitate cõſtruunt: vt retributionis meminerint/ hoc
enim gratie proprium/ peculiareq3 eſt. Cũ eni quiſq3 beneficiũ ſuſcepit: ſubminiſtret ⁊ viciſſim ei qui pri-
mus/ munus contulit/ qui rurſus conferre incipiat. Et ſummatim coniunctio ſecũdũ diametrũ intellecta
(obſeruata quidem rationũ cõparatione) dignã in cõmutationibus retributionẽ parit: vt verbi cauſa ſit
a edificator/ b ſutor/ c domus ⁊ d calcei. ſi cõmutatio inter eos facienda ſit: oportet domificatorem acci-
pere a ſutore ſutoris opus/ vt calceos/ ⁊ domificatorem ſutori ſuam operam dare. ſi itaq3 primũ ipſũ me-
diũ ſecũdum arithmeticã medietatẽ veſtigemus deinde repaſſio adequatioq3 fiat: conſtabit inter eos iu-
ſtum. ſin minus: neq3 iuſtũ erit/ neq3 firma manebit ſocietas. Nã q̃ nihil prohibet vnius opus vt domum
alterius opere vt calceo preſtabilius eſſe: iccirco hec ad equalitate redigatur oportet. ⁊ hoc idem in cete-
ris artibus cõperitur. nam e medio tollerentur artes/ vt ia quoq3 dictũ eſt: niſi quãtũ ⁊ quale agẽs age-
ret/ hoc ipſe idem patiens/ ⁊ tantũ ⁊ tale pateretur. ¶ Tertio. no eadẽ q̃ quis agit: pati/ recipereq3 de-
bet. nã ex duobus medicis non fit ſocietas: ſed medico/ atq3 agricola/ ⁊ ex diuerſis omnino/ ac inequali-
bus. verum hi ad equalitatẽ eo qui dictus eſt modo: redigantur oportet. non igr̃ iuſtũ ſimpliciter/ qđ idẽ
ſit repaſſum: ſed quod ad cõparationis rationũ mediũ eſt redactũ. ¶ Correlariũ. Quapropter vniuerſa
quorũ cõmutatio eſt: inter ſeſe quoquo pacto vt cõparabilia ſint neceſſe eſt. ¶ Secũda concluſio. Cõmu-
tationũ gratia numus in hoim vſũ inductus eſt: vt mediũ cõmutãdi ſit eoq3 ſcilicet mediãte cõmutem⁹. 32
¶ Primo. nam cuncta cõmutabilia metitur numus. quare et cõmutabile quod p̃cio excellit. ⁊ commu-
tabile quod precio deficit. ¶ Secundo. ſi queratur quot calcei domui/ vel victui ſint equales: id nummo

a edificator ſutor b



c domus calcei d

ſciri valebit niſi domum / victum ⁊ calceum aliquo eodem menſurari contingat. At opꝫ ſi equa commutatio
fiat: quod edificator ad ſutorem / id calceos eſſe ad domum: alioqui permutatio non manebit / neq̧ ſocietas.
at domificator ⁊ ſutor ſocij ſunt / ⁊ equales. domum igitur ⁊ calceos: equari quodam modo opꝫ. id autem fie-
ri nequit niſi aliquo vno cuncta (vt iam diximus) menſuremus cõmutabilia. ⁊ id quoq̧ eſt numus. igitur cõ-
mutationum gratia numus in hominum vſum inductus eſt: vt eius eſtimatione mediante cõmutabilia per-
33 mutemus. ❡ Tertia concluſio. Indigentia humana que omnia continet cõmutabilia / cuiuſq̧ gratia oĩa com
mutantur: vera naturaliſq̧ cõmutabilium menſura eſt. ❡ Primo. nam ſi non egeant homines / aut nõ ſimilit
egeant: non erit permutatio aut non eadem erit. igitur ſecundum eſtimationem indigentie cõmutationes fi-
unt. ❡ Secundo. numus: inſtituto voluntariaq̧ ordinatione factus eſt / indigentie gratia. et ideo nomen nu-
mus habet: q̄ non natura ſed lege conſtet. eſt enim nomos lex. igitur numus non vera naturaliſq̧ menſura ē:
ſed ipſa indigentia humana. ❡ Tertio. eſt in noſtra poteſtate ſitum ipſum numum mutare / atq̧ inutilem fa-
cere: non igitur numus menſura eſt conſtans natura / verum ipſa noſtra indigẽtia. ⁊ cõmutabilium repaſſio tũ
erit: cum ea ipſa cõmutabilia redacta fuerint in equalitatem. vt cum quod eſt agricola ad ſutorem: id ſit opus
ſutoris ad agricole opus. ⁊ cum permutare voluerint / expedit vt commutabilia in figura comparatiõis rõnũ
ducant: ⁊ ipſum medium exquirant: alioqui cõtinget alterum extremorum vtrũq̧ exceſſum habere. ſed cum
habent ſua: ſic ſocij / ⁊ equales ſunt. ita quoq̧ cõmutatione facta ſimilis in ipſis fieri ſeruariq̧ poteſt equali-
tas. Ut ſit a agricola b ſutor / c alimentum d ſutoris opus: ad equalitatẽ alimenti redactum. ſicut a cũ c ante
permutationem equalis eſt / ⁊ ſocius / b cum d: ita cõmutatione facta a cum d equalis eſt / b cum c. eſtq̧ coniũ-
ctio / equalitaſq̧ per diametrum facta. que ſi hoc pacto facta non eſſet repaſſio / adequatioq̧: ſane equalitas /
34 ſocietaſq̧ non eſſet. ❡ Quarta concluſio. Indigentia quid vnum precipuumq̧ eſt: quo commutatio cõtinet̃
conſeruaturq̧. Nam cum aut ambo ſe mutuo non egent / aut alter altero non eget: permutatio fit nulla. quẽ-
admodum tamen fit cum quiſpiam eius indiget: cuius copiam alter penes ſe habet / vt vini: pro quo commu-
tet triticum exportandum / ſi alter egeat. verũtamen oportet hec ad equalitatem redigi. q̄ ſi nunc nõ egeat et
cõmutationem facere ſit opus: numus quaſi vas / fideiuſſorq̧ pro cõmutatione facienda intercedit. et proinde
35 non liceat afferenti numum: ipſum recuſare. ❡ Quinta cõcluſio. Numus idem quod et cõmutabilia patitur.
Nam non ſemper equo in valore perſiſtere poteſt: tametſi magis ipſe q̄ res alie perſiſtere ſoleat. patitur igi-
36 tur que ⁊ ipſa cõmutabilia. ❡ Sexta concluſio. Res omnes que in cõmutationeꝫ veniũt: precio numiq̧ eſti-
matiõe prefiniri debent. Nam ſic permutatio ſemper eſſe valebit. que ſi erit: ſocietas erit / ⁊ numus vt mẽſu-
ra res ipſas rediget ad equalitatem. non enim ſine permutatiõe erit ſocietas: neq̧ permutatio ſine equalitate:
neq̧ equalitas ſine cõmuni mẽſura. res igitur commutabiles omnes precio atq̧ numo bono iure ſunt eſtimã-
37 de. ❡ Septima concluſio. Eſtimatio rerum in vna communi menſura: non fit pro veritate rerum / ſed ex inſti-
tuto ⁊ ſuppoſitione: pro modo / indigentieq̧ ratione. Nam fieri nequit reuera atq̧ ſecundum veritatem que
adeo differunt: cõmuni conueniant menſura. ſed indigentie ratione ſatis id fieri põt. aliquid igitur vnum q̄d
cõmunis menſura ſit: eſſe oportet. ſed hoc quidem ex inſtituto atq̧ ſuppoſitione / ⁊ proinde numus vocatur.
facit enim numus / vt omnia menſura conueniant. menſurantur enim omnia numo. eſtimatio igitur rerum: ſit
eo (qui dictus eſt) modo. vt verbi cauſa ſit a domus / b decem vncie / c vero lectica / ſitq̧ a dimidium b ita vt
precium domus quinq̧ ſint vncie aut quinq̧ vncijs equale: c autem hoc eſt lectica ſit pars decima ipſius b. ex
cõmuni menſura b ſtatim cognoſci põt / quot lectice domui ſunt equales. ſunt enim quinq̧. ⁊ hoc pacto permu-
tatio fiebat: priuſq̧ inductus eſſet numus. ⁊ nihil nunc refert: ſiue lectice quinq̧ / ſiue vncie quinq̧ preciũ qui-
38 dem / quinq̧ lecticarum pro domo tribuantur. ſed quid iuſtum / quid iniuſtum: dictuꝫ ē hactenus. ❡ Octaua
ↄcluſio. Iuſta operatio mediũ tenet īter iīuriã facere / atqꝫ iīuriã pati. Nã mediũ ē īt̃ plꝰ ⁊ minꝰ. atqꝫ alterũ
39 eſt plus habere / ⁊ alterum minus. iuris igitur actio / iuſtaqꝫ operatio inter illa verſatur. ❡ Nona concluſio.
Iuſtitia non eo pacto quo priores virtutes: mediocritas eſt. ſed mediocritas ideo dicenda ē: q̄ ſit mediũ hoc
eſt ipſius equi. iniuſtitia autem vtrũqꝫ extremorũ tenet. Nã prius determinate virtutes: mediocritates duo-
rum viciorum ſunt. et iuſtitia virtus eſt: qua iuſtus dicitur actiuus iuſti ſecundum electionem. ⁊ ſibypſi qui-
dem actiuus iuſti ad alium: non (hoc pacto) vt cõmodi quidem plus ſibi tribuat / ⁊ proximo minus: incõmo-
di vero ſibi minus et proximo plus. ſed actiuus iuſti quod ex comparatione rationum emergit / et ſibypſi ad
alterum ⁊ alij ad alium. ⁊ iuſtitia contraria eſt iniuſtitie. hec autem eſt exuperatio ⁊ defectio commodi ⁊ in-
commodi contra comparationem rationum. Quo fit vt iniuſtitia ſit exuperatio ⁊ defectio: quia eſt exupera-
tionis ⁊ defectionis. exuperationis quidem in ſe eius quod ſimpliciter commodum eſt: defectionis vero eius
quod eſt incommodum. ⁊ alijs ad alios omnino ſimiliter. Nam eius eſt iniuſtitia quod a comparatione ratio-
num quomodocunq̧ id contigerit deuiat. ⁊ cum id ſit: eſt qui iniuriam facit / atqꝫ qui iniuriam patitur. at cuꝫ
vtrũqꝫ malum ſit: minus eſt iniuriam pati / maius autẽ iniuriam facere. ſed de iuſtitia ⁊ iniuſtitia / ⁊ que vtri-
uſqꝫ ſit natura / ⁊ de iuſto: vniuerſaliter dictum ſit.

40 Cum autem fieri poſſit / vt iniuriam quiſpiam faciat / ⁊ nondum Cap. VI.
ſit ipſe iniuſtus: qualeſnam iniurias quiſpiam faciẽs vnaquaq̧ iniuſtitia iã
eſt iniuſtus fur inq̄ / vel adulter / vel latro: an hoc modo nihil interfuerit?
41 ❡ Etenim fieri poteſt vt quiſpiam coeat cum muliere ſciens cum qua coit. ſꝫ
non ob electionis principium / ſed ob affectum. Atq̧ iniuriam quidem agit: ſed iniu-
ſtus non eſt. veluti neq̧ fur: furatus eſt tamen. neq̧ adulter: adulterium tamẽ fecit. et
eodem de ceteris modo. Quomodo igitur ſeſe habet ad ipſum iuſtum repaſſio: dictum
42 eſt antea. ❡ Oportet autem non latere: iuſtum quod nunc queritur / id eſſe quod eſt ſim-
pliciter iuſtum: ipſum inq̄ iuſtum ciuile. hoc autem eſt inter ſocios vite: vt ſit ſufficien-
tia liberorum / atq̧ equalium / aut in comparatione rationũ conſiſtens / aut in numero. Liberorum: in libertate viuentiũ.
Quare in quibus hoc non eſt / inter eos ciuile iuſtum non eſt; ſed quoddam iuſtum ⁊ p
43 ſimilitudinem quandam. ❡ In ijs enim eſt iuſtũ: quibus inter ſe ponitur lex. Lex autẽ
ijs poni ſolet: in quibus eſt iniuſtitia. iudicium enim dijudicatio eſt iuſti atq̧ iniuſti.

ſin quibus vero eſt iniuſtitia/ in ijs eſt etiam iniuriam facere. ſed non in omnibus eſt
iniuſtitia: in quibus eſt iniuriam facere. Hoc autem eſt plus quidem ex ſimpliciter bo
nis/ minus autem ex ſimpliciter malis ſibi tribuere. ¶ Iccirco non ſinimus hominē 44
dominari/ ſed rationem: quia ſibiipſi id facit/ ⁊ fit tyrānus. magiſtratus autem cuſtos
eſt iuſti. ꝙ ſi iuſti: ⁊ equi. ¶ Atqꝫ quia nichil ſibiipſi plus tribuendum eſſe cenſet/ ſi eſt 45
iuſtus (ex ſimpliciter enim bono plus ſibi non tribuit/ niſi comparatiōe rationum ſit
ad ipſum accommodatum) ideo alij non ſibiipſi laborat. Atqꝫ ob idipſum: alienum bo
num inquiunt iuſtitiam eſſe/ ſicut et antea diximus. merces ergo quedā tribuenda eſt
ipſi: honos inꝗ̄ ⁊ premiuꝫ. ſed quibus hec non ſufficiunt: ij fiunt tyranni. ¶ Herile au 46
tem/ paternumqꝫ iuſtum non idem: ſed his eſt ſimile. Non eſt enim iniuſtitia ad ſua
ſimpliciter. id autem quod poſſidetur/ et filius ꝗ̄diu ſit tantillus/ et non ſeparatus: vt
pars ipſius eſt patris. ¶ Se vero nemo vult ledere. quapropter non eſt ad ſeipſum in-
iuſtitia. Neqꝫ ergo iuſtum/ neqꝫ iniuſtum ciuile. ¶ Eſt enim lege: atqꝫ in ijs eſt/ in qui-
bus lex eſſe poteſt. Qui quidem ij ſunt quibus ineſt equalitas imperandi atqꝫ parendi. 47
¶ Iccirco magis ad vxorem iuſtum eſſe videtur: ꝗ̄ ad filios/ et ea que poſſidentur.
Hoc enim eſt rei familiaris iuſtum. verum et hoc aliud eſt a ciuili.

¶ Sexti capitis note. ¶ Repaſſio que iuſta eſt: fit non rependendo idem ⁊ ſimile/ ſed ſecundum rationū cō- 42
parationem. que vero non ſic fit: eſt iniuſta. ¶ Magiſtratus interdum appellatur is qui in poteſtate aliqua 44
reipublice moderande conſtitutus eſt/ vt conſul pretor/ dictator/ et ſimiles: interdum vero eo nomine ipſa rei
publice moderande poteſtas deſignatur.

¶ Sextū cap. quinqꝫ concluſionibus/ duabus queſtionibus/ vna diffinitione et vno correlario partitum eſt.

Sexti capitis cōmētarius ad lrām. ¶ Pria queſtio. Cum fieri poſſit/ vt iniuriam quis faciat ⁊ nondum 40
tamen ſit iniuſtus: quales igitur iniurias faciendo ſecundum vnāquāqꝫ iniuſtitie ſpeciem dicendus eſt iniu-
ſtus/ vt fur/ adulter latro/ an id quidem nihil refert? ¶ Prima concluſio. Quas iniurias quis faciat vt iniu- 41
ſtus dicatur/ aut non dicatur: refert. Nam fieri poteſt vt quis cum muliere venerem exerceat: ſciens etiam cū
qua huiuſmodi exercet venerem, at id non ex electione: ſed affectu ac perturbatione faciat. quare is iniuſtus
non eſt/ attamen iniuriam agit. ſimiliter neqꝫ fur eſt omnis: qui altero inuito clanculum rē ſurripuit. neqꝫ om
nis adulter qui ſe alterius thoro immiſcuit: ſed qui has ex habitu/ ⁊ electione admitteret iniurias/ is iniuſtus
eſſet. refert igitur quas quis admittat iniurias: vt iniuſtus dicatur/ an nō dicatur. ¶ Secūda queſtio. Quo- 42
modo ſeſe habet repaſſio ad iuſtuꝫ? huius queſtionis ex precedentibus facile trahi pōt dilutio. at nunc de iu
ſto ſimpliciter: quid ipſum ſit/ querendum ē. ¶ Diffinitio. Simpliciter iuſtū: ē iuſtū ciuile. et ē iuſtū qḋ inter
ſocios vite/ atqꝫ coequales verſatur: vt bonorum ſufficientia ſit inter eos qui liberā degunt vitā/ quiqꝫ in vita
ſunt equales. nunc geometrica rationum ꝯparatiōe/ nūc vero ꝯparatione arithmetica. Quapropter in quibꝰ
id nō reperit: inter eos minime iuſtū ciuile collocatuꝫ eſt. ſꝫ inter eos nihil vetet reperiri iuſtū quoddā per ſi-
militudinē. ¶ Scḋa cōcluſio. Iuſtū ciuile iter eos eſt: in ꝗbus iniuſtitia atqꝫ iniuriā facere cadit. Nā in ijs iu- 43
ſtū ciuile ꝯſtituit: ꝗbus adinuicē poni ſoleat lex. Lex aūt ijs poni ſolet: in ꝗbus iniuſtitia cadit: eſt eni iudiciū
qḋ a lege prouenit diiudicatio iuſti atqꝫ iniuſti. at vero vbicūqꝫ iniuſtitia ē: illic ē ⁊ iniuriā facere/ tametſi nō
ꝯtra ſit. nā nō in quibuſcunqꝫ ē iniuriā facere: in illis eſt ⁊ iniuſtitia. eſt eniꝫ iniuriā facere plus ex ſimpliciter
bonis: minus vero ex ſimpliciter malis ſibi tribuere/ ⁊ conſimiliter alijs ad alterū. verſat igit iuſtū ciuile: i ijs
in ꝗbus iniuſtitia cadit/ atqꝫ iniuriā facere. ¶ Correlarium. Quapropter non ſinimus hoīem dominari/ ſꝫ ra 44
tionē. Nā ſi hoīem ſcḋm ſuas affectiones dominari principatūqꝫ gerere ſineremꝰ: plus ſibi de ſimpliciter bō-
nis/ ⁊ minus de ſimpliciter malis tribueret/ euaderetqꝫ in ipſo dominatu tyrānus. magiſtratus aūt/ ⁊ qui do-
minat: cuſtos ē iuſti. ꝙ ſi iuſti: igit ⁊ eq. ¶ Tertia ꝯcło. Magiſtratꝰ: alij nō ſibiipſi laborat/ cuiꝰ merces/ honor 45
⁊ gloria ſufficere dꝫ. Nā magiſtratus nihil ſibiipſi plus tribuēdū cēſet. nā ē iuſtꝰ. ex bono eni ſimplicit non plꝰ
ſibiipſi tribuet: ꝗ̄ ꝙ cōparatiōe rationū ſue ſorti obtigerit. ergo alij: nō ſibiipſi laborat. ⁊ hinc nō iniuria ipſam
iuſtitiā alienū bonū appellant: vt ⁊ antea quoqꝫ iā diximus. at pro functione ſua quedā merces illi tribuenda
eſt. ⁊ illa reuera honor eſt/ ⁊ gloria. ⁊ ſufficere debet. nā ꝗbus hec pro mercede non ſufficiūt: euadunt profecto
tyranni. ¶ Quarta concluſio. Herile iuſtum atqꝫ paternum non idem ciuili iuſto: ſed huic ſimile eſt. ¶ Pri 46
mo. nam ad ſua ſimpliciter non eſt iniuſtitia. ſed quod quis poſſidet ⁊ filius ꝗ̄diu paruulus ſit: eſt in ſua po-
teſtate. eſt enim filius ꝗ̄diu a patris poteſtate ſeparatus non fuerit: vt patris pars quedam. igitur herile iu-
ſtum ⁊ paternum: ciuile non eſt. ¶ Secundo. nemo ſeipſum ledere vult. quare ad ſeipſum non eſt iniuſtitia.
igitur neqꝫ iuſtum neqꝫ iniuſtum ciuile. eadem ergo ratiōe: neqꝫ ad ſua. non eſt igitur herile iuſtum/ ac pater-
num: ciuile. ¶ Tertio. iuſtum ciuile/ lege conſtat. et inter eos ſtatuitur/ quorum eſt equalitas viciſſim impe-
randi atqꝫ parendi. herus autem ad poſſeſſionem/ ⁊ pater ad liberos: non ita ſe habet. eorum igitur non ē ad-
inuicem ciuile iuſtum. ¶ Quinta concluſio. Viri ad vxorem magis ciuile iuſtum eſſe videtur: ꝗ̄ ad liberos/ 47
⁊ poſſeſſiones. Nam eorum maior equalitas. attamen tale iuſtum quod inter virum atqꝫ vxorem verſatur: ci-
uile non eſt/ ſed economicum/ rei familiaris/ domeſticumqꝫ iuſtum appellatur.

Ciuilis autem iuſti aliud eſt naturale/ aliud legitimum. Et natu- Cap. VII. 48
rale quidem eſt quod vbiqꝫ vim habet eandem: ⁊ non quia videtur/ vel non
videtur. Legitimum autem quod a principio quidem nihil refert/ ſic an ali-
ter habet: cum vero poſitum fuerit/ refert. Quale eſt: mina captiuos redimi/
vel capram dijs/ ſed non duas oues mactare. et etiam ea que de ſingulis lege iubent.
vt ſacra Braſide facere. ⁊ que publicis decretis inſtituuntur. ¶ Videntur autem qui- 49
buſdam omnia talia eſſe. Propterea ꝙ omne quod natura conſtat immobile eſt: ⁊ viꝫ

eandem habet vbiqȝ. ſicut ignis hic/et apud Perſas vrit: iuſta autem moueri vident.
Uerum hoc non ita ſeſe habet/ſed aliquo modo. Atqȝ apud deos quidē nihil vllo mo=
do foꝛſitan eſt quod ita ſeſe habet: apud nos autem eſt quidem aliquid etiam natura
conſtans/mutabile. verum non omne. Attamen aliud eſt natura/aliud nō natura. pa=
50 tet autem. ¶ Quidnam eoꝛum que poſſunt et aliter ſe habere natura conſtat: et quid
51 non/ſed lege ac inſtituto/ſi ambo mutari ſimiliter poſſunt? ¶ Et ad cetera eadem ac=
cōmodabitur deffinitio. Dextera namqȝ manus validioꝛ eſt leua/natura. Et tamen
fieri poteſt: vt omnes euadant apti ad vtendum manu ſiniſtra perinde ac dextra. Iu=
ſtoꝛum autem ea que ex inſtituto ſunt ⁊ ob vtilitatem: ſimilia ſunt mēſuris. Non enī
omnibus in locis equales ſunt vini/triticiqȝ menſure. ſed vbi quidem emunt/maioꝛes
ſunt: vbi autem vendunt/minoꝛes. Simili modo et ea que non naturalia ſunt/ſed
humana iuſta: non eadem ſunt vbiqȝ. Nam neqȝ reſpublice/ſed vna tantuȝ vbiqȝ ſe=
52 cundum naturam eſt ipſa optima. ¶ Unumquodqȝ autem iuſtoꝛum/⁊ legitimoꝛum
vt vniuerſale ſeſe habet ad ſingula. etenim ea que aguntur ſunt multa. vnumquodqȝ
53 autem illoꝛum eſt vnum. eſt enim vniuerſale. ¶ Intereſt autem inter iniuriam ⁊ iniu
ſtum: ⁊ inter ius et iuſtum. Iniuſtum enim eſt natura/vel inſtituto. Id autem ipſum
cum actum fuerit iniuria eſt: antea vero ꝙ̄ ſit actum/nullo modo eſt iniuria/ſed iniu=
ſtum. pari modo et ius. Uocatur autem magis iuſti actio ipſum commune: ius autem
iniurie emendatio. Que vero/et quot ſpecies vniuſcuiuſqȝ ipſoꝛum ſunt/et circa que
verſantur: conſiderandū eſt poſtea.

48 ¶ Septimi capitis note. ¶ Sacra Braſide facere. Braſidas Lacedemonioꝛuȝ dux apud Amphipoliȝ Cleo=
nem Athenienſium ducem ex improuiſo deterritum occupauit. quo in conflictu Cleon occubuit. vulneratus
autem Braſidas delatus in vrbeȝ: vbi victoꝛiam ſuoꝛum audiuit letioꝛ factus/non multo poſt ex vulnere red
didit animam. honoꝛifice tumulato Amphipolitani monumentum eius circunſtantes tanqȝ heroi phanū de=
dicarunt/diuinos honoꝛes tribuerunt/certamina et ānua ſacrificia de quibus ⁊ hic meminit Ariſtoteles. Au
49 thoꝛ Thucidides. ¶ Perſe: qui Perſidem incolunt regionem. ¶ Deffinitio determinatio. ¶ Ut vniuerſale
51 ad ſingularia: logicam habet intelligentiam. ¶ Dum molitur quod natura aut lege vetitum eſt/iniuria incō
52 pleta eſt: dum vero factum eſt/ipſa iniuria completa eſt. ¶ Iuſtum eſt quod natura/aut inſtituto alteri faciē=
53 dum eſt. Ius pꝛimo eſt idipſum cum rite factum/executumqȝ fuerit. Secundo ius eſt iniurie emēdatio.
¶ Septimum cap. tribus concluſionibus/vna diuiſione/vna queſtione/⁊ vna differentia partitum eſt.
Septimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Diuiſio. Iuſtoꝛum ciuilium hoc naturale eſt: ⁊ eſt iu=
48 ſtum quod vbiqȝ vim habet eandem/⁊ non qꝛ videatur vel non videatur. aliud vero legitimum: et ē iuſtū qḋ a
pꝛincipio quidem nihil refert an ſic an ſecus ſe habeat. cum vero poſitum fuerit: refert. vt captiuos mina redi
mi vt ſacrificare capram/⁊ non duas oues: ⁊ ſingula que lege cauta ſunt. vt ſacra Braſide facere/pariter ⁊ pu
49 blicis decretis inſtituta. ¶ Pꝛima concluſio. Non omnia iuſta: lege/inſtitutoqȝ conſtant. Omnia iuſta: lege
inſtitutoqȝ conſtare compluribus viſum eſt: ob idipſum ꝙ omne quod natura cōſtat/imobile ſit/vimqȝ vbiqȝ
ferueat eandem. quemadmodum ignis: ⁊ hic/et apud Perſas ⁊ vbiqȝ locoꝛum vrit. iuſta autem mouētur. Sed
hec ratio inualida eſt. neqȝ vniuerſaliter verum eſt omne quod natura conſtat: mutabile non eſſe ſed aliquo
modo. Naȝ tametſi apud deos nihil vllo modo/aut natura/aut volūtate conſtet quod mutabile ſit: apud nos
tamen etiam quod natura conſtat aliquid mutabile eſt/ſed non omne tale mutabile. ⁊ pꝛoinde non opoꝛtet ſi
iuſtum aliquod naturale mutatur: ipſuȝ lege/inſtitutoqȝ conſtare. ſed aliud eſt natura/⁊ aliud non natura cō
50 ſtans. non igitur omnia iuſta: lege inſtitutoqȝ opoꝛtet conſtare. ¶ Queſtio. Quod igitur iuſtoꝛum mutabi=
51 lium/natura conſtat/et quod non natura ſed lege ac inſtituto: ſi ambo conſimiliter mutari poſſunt? ¶ Secū=
da concluſio. Iuſtis mutabilibus que natura conſtant: eadem que et ad cetera que immutabilia ſunt/deffini=
tio accommodanda ē. Nam vbiqȝ dextra manus natura validioꝛ leua ē: ꝗ̄ꝗ̄ fieri poteſt vt omnes apti reddā=
tur ad vtēduȝ ſiniſtra/perinde ac dextra. ſed iuſta que inſtituto conſtant/vt que ſunt ob vtilitatem inducta:
minime vim ſuam vbiqȝ ſeruant ſed perſimilia ſunt menſuris. vt enim non in omnibus locis equales ſunt vi=
ni triticiqȝ menſure: ſed vbi emuntur maioꝛes/vbi vero venduntur minoꝛes. hunc in modum iuſta que nō na=
tura/ſed que humano conſtant arbitrio: non vbiqȝ eadem ſunt. nam neqȝ vbiqȝ reſpublice: ſed vna tantū vbiqȝ
52 ſecundum naturam eadem optīa reſpublica ē. ¶ Tertia concluſio. Unumquodqȝ iuſtoꝛum cum naturalium/
tum legitimoꝛum perinde ſe habet: vt vniuerſale ad ſingularia. Nam que ab vnoquoqȝ aguntur multa ſunt/
⁊ quodqȝ eoꝛum vnum ē. vniuerſale enim ē/ſuarumqȝ operationum quedam vna communis publicaqȝ cau=
53 ſa. ſic igitur habet vt vniuerſale ad ſingularia. ¶ Differentia. Differunt iniuſtuȝ ⁊ iniuria: iuſtum ⁊ ius. Nā
iuſtum dicitur idipſum: aut natura aut inſtituto alteri non faciundum. iniuria eſt idipſum: dum factum fue=
rit. antea ꝗ̄ enim id factum admiſſumqȝ ſit: nullo pacto iniuria ē ſed ſolum iniuſtum dicitur. Pari modo iu=
ſtum ⁊ ius. ſed ⁊ ſpecialioꝛi nomine dici ſolet ius vt ipſum ſit iniurie emendatio/magis aūt cōe nomē ſit ipſa
iuſti actio. ſȝ que ⁊ quot ſpēs vniuſcuiuſqȝ iſtoꝛum ſint/⁊ circa que verſent᷑: poſterioꝛ futurus eſt ſermo.

48 Cum autem iuſta ſint et iniuſta ea que diximus: iniuriam qui= Cap. VIII.
dem quiſpiam facit/⁊ ius agit cum ea ſua ſponte agit. ſed cum inuitus: non
iniuriam facit/neqȝ ius agit. Agit eniȝ ea quibus accidit vt ſint iuſta aut in=
iuſta. Iniuria autem atqȝ iuris actio tunc eſt: cum a ſponte agente fit. tunc
enim vituperatur: et ſimul tunc iniuria eſt. Quare erit quid iniuſtum quidem: ſed nō=
dum iniuria. ſi non a ſponte agente ſit factum. Equidem id a ſponte agente fieri dico

(quemadmodum et prius eſt dictum) quod quiſpiam in ſe ſitū ſciens agit/et non igno-
rans/neqꝫ quem/neqꝫ quo/neqꝫ gratia cuius: vt quem pulſat/ ꝛ quo/ et gratia cuius:
ꝛ vnūquodqꝫ illoꝝ neqꝫ ꝑ accidēs/neqꝫ vi. vt ſi q̄ſpiā vi mouēs manū alteri⁹/ipſū pul
ſet. Spōte enī iſte tū ſua nō pulſat:q̄ppe cū nō ſiti ſe ſitū. Fieri etiā pōt vt q̄ pulſat ſit
pater. ipſe autem ſciat quidem illum hominez eſſe/ vel aliquem eoꝝ qui aſſunt:igno-
ret autem eſſe patrem. Idem dicendum eſt et de eo gratia cuius agitur:ꝛ circa totum
etiam actum. ¶ Quod igitur ignoratur/aut non ignoratur quidem/ non eſt autem in 55
ipſo ſitum/ſed vi fit:id omne agitur ab inuito. ¶ Et eorum enim que nobis natura cō 56
petunt/complura ſcientes agimus atqꝫ patimur: quoꝝ nihil aut noſtra ſponte/aut
inuitis fit nobis. vt ſeneſcere/aut mori. ¶ Eſt autem in iuſtis ac in iniuſtis ſimiliter id 57
quod per accidens dicimus. Nam ſi quiſpiam depoſitum inuitus/et ob timorē reddi-
derit:non eſt dicendum hunc iuſtum/aut ius agere niſi per accidens. ſimiliter eſt dicē
dum et eum iniuriam facere atqꝫ iniuſta per accidens agere:qui cogitur/atqꝫ inuitus
nō reddit depoſitū. ¶ Eoꝝ aūt q̄ ſpōte agim⁹:alia cū electiōe agim⁹ alia ſine electio
ne. Ea cū electiōe agim⁹:q̄ anteceſſit deliberatio. Ea ſine electiōe:q̄ nō āteceſſit deli 58
beratio. ¶ Cū igit̄ leſio ſit in ſocietatib⁹ triplex:tūc ſunt cū ignoratiōe pctā/cū q̄ſpiā 59
egerit aut circa quē/aut quod/aut quo/aut gratia cuius agere nō putauit. Nā aut nō
percutere/aut non hoc/aut non hunc/aut non gratia huiuſce putauit. ſed accidit id cu-
ius gratia non putauit: vt non vt vulneraret ſed vt pungeret/aut nō quē/aut nō hoc
modo. Atqꝫ cum extra rationem fit leſio:infortunium eſt. cum non extra rationem/ſi-
ne tamen vicio:peccatum. Etenim peccat quidem quiſpiam cum in ipſo eſt principiū
cauſe. aduerſa vero fortuna vtitur/cum eſt foris. ¶ Cum autem ſciens quidem ſed non 60
deliberatione premiſſa quiſpiam ledit:iniuria eſt. cuius generis ea ſunt vniuerſaque
per iram efficiuntur/aliaſqꝫ animi perturbationes:quecūqꝫ neceſſario/vel natura ho-
minibus accidunt. Hec enim iniurie ſunt. ¶ Atqꝫ ij qui ob hec nocent ac peccant/ in-
iuriam quidem faciunt:tamen nondum ob hec ipſa ſunt iniuſti vel praui. ¶ Non eniꝫ 61
nocent ob prauitatem:ſed cum nocet quis electione iniuſtus eſt atqꝫ prauus. ¶ Qua- 62
propter perrecte ea que proficiſcuntur ab ira/non diiudicantur ex prouidētia fieri. Nō 63
enim is incipit/qui facit ira:ſed is qui prouocauit ad iram. Preterea non fit in talibus
controuerſia ſi factū ſit nec ne:ſed ſi iure ſit factum. Ira namqꝫ ob apparētem oriri in-
iuſtitiam ſolet. Non enim de facto perinde atqꝫ in commercijs contendunt vbi neceſ-
ſe eſt alterum improbum eſſe ſi non id faciat obliuione:ſed de re conuenientes/iure an
iniuria ſit facta diſceptant. ¶ Qui autem fecit inſidias/non ignorat. Quare alter pu- 64
tat iniuriam pati:alter non putat. q̄ ſi electione nocuerit/iniuriam facit. Atqꝫ his iā
iniurijs eſt iniuſtus qui iniuriam facit:cum comparationem rationum/ aut equalita-
tem tranſgreditur. pari modo iuſtus etiam eſt:cum ius agit electione. ius autez agit:
ſi ſolum ſua ſponte agit. ¶ Eorum autem que ab inuitis fiunt alia ſunt venia digna:
alia non ſunt venia digna. Nam ea que non ſolum ignorantes/ ſed ob ignorantiam
etiā faciūt:ignoſcenda ſūt. Sed ea que faciunt non ob ignorationē ſed ignorātes q̄dē/
ob affectum autem non naturalem/neqꝫ humanum:non ſunt venia digna.

¶ Octaui capitis note. ¶ Qui voluntarie percutit hominem cum tamen neſcit eſſe patrem/neqꝫ ſcire tene- 54
tur:reus eſt vt hominis percuſſor/non autem vt percuſſor patris. Voluntarie percutere hominem:eſt percu-
tere hoīem ſciēdo eſſe hoīem quo percutit/gr̄a cui⁹/ꝛ ita de reliquis. Et volūtarie percutere patrē:eſt percu
tere patrem ſciendo eſſe patrem/ꝛ quo/ꝛ gratia cuius/ꝛ ita de ſingulis. Et abſit illa inſania vt diſcrimen in-
telligamus patrem vltro voluntarie q̄ percuſſit ꝛ vltro percuſſit patrem. Et quando ſophiſta captiunculam
more Protagoreorum verſat:hoc eſt pater/et hoc vltro percuſſit. igitur vltro percuſſit patrem:accidēs ad-
mittit. non enim oportet ſi hoc percuſſit cognoſcendo eſſe hoc:q̄ hoc percuſſerit cognoſcendo eſſe patrē. et ſi
quiſqꝫ cognoſcit quem percutit eſſe hominem/ tametſi idem ſit pater:non tamen iccirco cognoſcit eſſe patrē/
niſi ſecundum accidens. accidit enim ſi ſit homo: q̄ eius ſit pater. ꝛ intelligentie plus/ ꝛ captionum min⁹ hoc
in loco/et ſimilibus locis deſiderandum eſt. ¶ Deliberatio conſilium. ¶ Praui/ mali. Prauitas/ malicia. ꝛ
eſt malicia habitus ex electione genitus/in ſuperabundantia/ aut defectu exiſtens. ¶ Electio/ habitus ele- 58
ctiuus. ¶ Perturbationes in ignorantia non naturales et inhumane:ſunt que noſtro vicio ꝯtracte/ nos igno 60
rantes ad facinus trahunt. vt ebrietas/ et ſimiles:in quos delinquentes lex duplici pena animaduertendum 64
eſſe cenſet. ¶ Eorum que ab inuitis fiunt. ab inuitis/ ab ignorantibus. abuſio eſt vocabuli pro vocabulo.
¶ Ebrietas/ perturbatio corporis eſt:a potu proueniens/preter naturā atqꝫ inhumana. et ita de alijs pertur-
bationibus que vſum rationis adimunt/ ignorantiamqꝫ inducunt. vt vehemens adamatio/ vehemens odium. 54
¶ Octauum cap. ſex concluſionibus/ tribus correlarijs et duabus diuiſionibus partitum eſt.

Octaui capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Cum iuſta ꝛ iniuſta ſint vt determina-
ta ſunt:tunc quis ius aut iniuriam agit/ cum ea ſponte agit. ſin vero inuitus: tunc neqꝫ ius/ neqꝫ iniuriā agit.

Nam cum inuitus agit: non agit iuſta / vel iniuſta niſi ſecundum accidens. agit enī ea: quibus vt iuſta / aut in-
iuſta ſint / accidit. igitur tum neqꝫ ius / neqꝫ iniuriā agit. et ius ⁊ iniuria: voluntario ⁊ inuoluntario determi-
natur. nam cum voluntarium ſit: vituperatur. atqꝫ ſimul tunc iniuria eſt. quare ſi voluntarium nō eſt: iniuſtū
quidem erit vt ſecundum accidens / iniuria autem nequaꝗ̄. Et id voluntarium / ſponteqꝫ agi dico (vt pri° de-
terminatum eſt) cum quis ſciens agit: nihil ſingulorum ignorans. vt neqꝫ quem / neqꝫ quo / neqꝫ gratia cuius /
vt quē pulſat / quo / ⁊ gratia cuius / ⁊ ita de reliquis prudentie circumſtātijs / neqꝫ per accidēs neqꝫ vi. vi qdē.
vt ſi quis vi manum alterius moueñs / ipſum eundem pulſet: ipſe tūc ſeipſum non ſua ſpōte pulſat. nā vt ſe tūc
non pulſet: i ſua poteſtate ſitum non eſt. Per accidens autem. vt fieri pōt vt qui pulſat ſit pater: et percutiēs
ſciat qdē illum eſſe hominem / aut aliquem aſſiſtentium / ignoret autem ipſum eſſe patrem. et ita de quo / gratia
55 cuius / ⁊ reliquis que circa totum actum verſantur. ¶ Primū correlarium. Quapropter ſiue ignoretur / ſiue
56 minime quod fit et quod in facientis poteſtate ſitum non eſt / ſed vi fit: id omne ab inuito fieri dicitur. ¶ Secū-
dum correlarium. Sic etiam vt complura ſcientes agamus / patiamurqꝫ: quorum nullum noſtra ſpōte aut agi-
mus aut patimur. Nam complura talia ſunt que nobis ſcientibus natura competunt: vt ſeneſcere atqꝫ natu-
ra mori. nec ſponte quidem: q̄ in noſtra poteſtate ſita non ſint. neqꝫ iniuſta: quia neqꝫ ignorantia / neqꝫ vi / pre-
57 ter naturam contingunt. ¶ Secunda concluſio. Tam iuſta q̄ iniuſta ſecundum accidens facta reperiunt.
Nam ſi quiſqꝫ quod in eius cuſtodia depoſitum eſt / inuitus / ⁊ ob timorem reſtituit: neqꝫ iuſtum / neqꝫ ius facit
niſi ſecundum accidens. identidem ſi quod depoſitum eſt / coactus ⁊ inuitus non reſtituit: iniuſtum atqꝫ iniu-
58 riam per accidens facit. vtraqꝫ igitur ⁊ iuſta / ⁊ iniuſta per accidens facta reperiuntur. ¶ Prima diuiſio. Eo-
rum que ſponte agimus quedam cū electione agimus / ⁊ ea ſunt que preuenit deliberatio. quedam vero ſine
59 delectu / ac electione: ⁊ ſunt que deliberatio minime preuenit. ¶ Secunda diuiſio. Nocumentum in ſocietati-
bus humanis triplex eſt. hoc ignorantia / hoc ſponte quidem ſed ſine electione / illud vero cum ſponte tū ele-
ctione prouenit. hoc ignorantia fit: vt cum quiſqꝫ agit / circa quem / aut quod aut quo / aut gratia cuius agere
non putauit. vt cum non percutere putauit / aut non hoc inſtrumento / aut non hunc / aut non gratia huius. at-
tamen euenit: quod minime euenire ratus erat. vt pungere credidit: et vulnerauit. aut non quē aut non hoc
modo. Et cum preter propoſitum fit huiuſmodi leſio: infortunium dicitur. cum vero non preter propoſitum
euenit / et ſine intentione mala: error quidem / peccatumqꝫ dicitur. peccat enim: cū in ipſo eſt cauſe principiū.
60 cum vero foris eſt / nullumqꝫ adeſt propoſitum: aduerſa tum vtitur fortuna. ¶ Tertia concluſio. Cum ſpon-
te ſed ſine deliberatione precuta / alium quēpiam quiſqꝫ ledit: iniuria eſt. Nam cū quis ſponte ob perturbatio-
nem aliquam / alium ledit: iniuria fit. ſed vniuerſa nocumenta que ſponte ſcienterqꝫ fiunt / nulla deliberatione
precuta: ob iram reliquaſqꝫ perturbationes animi fiunt que neceſſario aut natura homini accidunt. cum igit̄
61 talia / taliterqꝫ fiant: iniurie ſunt. ¶ Quarta concluſio. Qui ob perturbationes nocent ac peccant: iniuriam fa-
ciunt. ſed nondum iccirco iniuſti aut praui dicendi ſunt. Nam non nocent ob prauitatem / atqꝫ maliciam. ſed
62 tunc quis iniuſtus / prauuſqꝫ eſt: cum electione nocet / atqꝫ malus eſt. ¶ Tertium correlarium. Quapropter
non ab re ea que proficiſcuntur ab ira: non diiudicantur ex prouidentia / preelectioneqꝫ fieri. ¶ Primo quidē.
nam non is incipit / qui quicqꝫ per iram molitur / tentat / atqꝫ facit: ſed is qui prouocauit ad iram. ¶ Secundo.
qui ira nocuit nō diſſimulat factum. neqꝫ in talibus ſi factum ſit nec ne / in controuerſiam venit: ſed ſi iure fa-
ctum. nam ira ob apparentem iniuſtitiam oriri ſolet. at quod prouidentia ⁊ electione nocumentū prouenit:
factum diſſimulatur. ⁊ in controuerſiam venit: factū ne ſit / an ſecus. vt in contractibus nocumentis: an ea fa-
cta ſint contendunt. vbi neceſſe eſt nocētem (vbi res prodita fuerit) improbum videri: niſi ſe / q̄ id obliuione
fecerit defendat / ac excuſet. ſed qui ira nocet ⁊ is cui nocumentum ſit allatum / de re cōuenientes: iure ne / an
iniuria facta ſit / diſceptant. que igitur per iram fiunt: perfecte prouidentia electioneqꝫ haud facta putantur.
63 ¶ Quinta concluſio. Qui ſponte et electione nocent: iniuriam agunt / atqꝫ iniuſti ſunt. ¶ Primo. quia qui
alteri molitus inſidias nocet: non ignorat. et proinde cui allatum incōmodum eſt: bene putat ſe pati iniuriā:
⁊ alter ſe pati non putat. q̄ ſi ex electiōe nocet: iniuriā facit. atqui iniuſtus is eſt iniurius / quas qꝫ ex electiōe
facit. qui igitur ſponte / ⁊ electione nocent: iniuriā pariter agūt / ⁊ iniuſti ſunt. ¶ Secūdo. Cū quis ex electio-
ne cōparationum rationē atqꝫ equalitatē tranſgredit̄: iniuſtus eſt. qui aūt ſpōte / ⁊ electione nocent: id admit-
64 tunt. ſunt igit̄ non modo iniuriā agētes: ſed ⁊ iniuſti. ¶ Tertio. iuſtus is eſt: cū ſponte / ac electione ius agit.
iuſtum autem agit: ⁊ ſi ſola ſponte agit. igitur ⁊ is iniuſtus: qui ⁊ ſponte / et ex electione iniuriā agit. ¶ Sex-
ta concluſio. Eorum que homines faciunt ignorantes: quedam ſunt venia digna. quedam vero minime. Nā
ea que non modo ignorantes / ſed ob ignorantiam inuiti faciunt: ignoſcenda ſunt. ſed ea que faciūt inuiti / non
ob ignorantiā / ſed ob perturbationē quandā nō naturalē atqꝫ inhumanā: non ſunt venia digna.

65 Dubiget autem quiſpiam ſi determinatum ſit ſatis: de faciendo / patiendoqꝫ iniuriam. Atqꝫ ſi ita ſit vt Euripides inquit: abſurde dicens. **Cap. IX.**

Queris parentem quomodo occidi meam?
Sermo eſt breuis: non exitus longos habet.
Volens volentem: vel volentem non volens.

Utrum enim reuera ſua ſpōte quiſpiam iniuriam patiatur an nemo / ſed omnes inui-
ti: quemadmodum et omnes qui iniuriam agunt / ſua faciunt ſponte? Et vtrum oīs
hoc modo: an quidam inuiti. ſimiliter et cum patiuntur homines ius? nam omnes cū
66 ius agunt: ſua faciunt ſponte. ¶ Quare cōſentaneum eſt rationi: ſimiliter opponi eos
qui iniuriam et qui ius patiuntur. vt aut ſponte patiantur aut inuiti. at abſurdum vi-
debitur ſi omnes etiam ius pati ſua ſponte dixerimus. nonnulli nāqꝫ non ſua ſponte
67 ius patiuntur. ¶ Enimuero de hoc quoqꝫ quiſpiam dubitauerit ſi omnis qui paſſus
eſt iniuſtum / iniuriam patiatur: an vt in agendo ſic et in patiendo res ſeſe habet?
68 ¶ Etenim fit vt ad vtrumqꝫ per accidens / ipſa iuſta accommodentur: et eodem modo
iniuſta. Non enim eſt idem iniuſta agere / et iniurias agere. Neqꝫ iniuſta pati / et iniu-
rias pati. Similiter et in agendo / patiendoqꝫ ius. Fieri enim non poteſt vt patiatur

quiſq̄ iniuriam: niſi quis iniuriam faciat. aut ius patiatur: niſi ius quiſpiam agat.
¶ Q; ſi ſimpliciter iniuriam facere/ſit ſua ſponte quempiam ledere/et idipſum/ ſpon- 69
te inquam ledere ſit ledere ſcientem et quem/et quo/atq; quomodo/incontinens autē
ipſe ſibi ſua noceat ſponte: ipſe nimirum iniuriam patitur ſua ſponte/ fieriq; poteſt vt
ſibiipſi iniuriam faciat. atq; hoc etiam ipſum/ vnum quid eſt eorum que dubitantur:
ſi fieri inquam poſſit vt ſibiipſi quiſpiam iniuriam faciat. ¶ Preterea fit vt ſua ſpon-
te quiſpiam ob incontinentiam ab alio ſponte nocente ledatur. Quare fit: vt ſua ſpon
te quiſpiam iniuriam patiatur. ¶ An definitio dicta non recte ſeſe habet/ ſed huic lede 70
re inq̄ ſcientem quem/et quo/atq; quomodo: hoc eſt addendum preter illius volunta-
tem? Leditur igitur ſua quiſpiam ſponte/ patiturq; iniuſta. Sed iniuriam ſua ſponte
patitur nemo. nemo namq; vult/ neq; incontinens ipſe: ſed preter voluntatem agit.
Neq; enim vllus id vult quod non exiſtimat eſſe bonum: incontinens autem id agit/
quod non putat eſſe agendum. Qui vero dat ſua: quemadmodum arma ſua Diome-
Homerus. di Glaucus dedit: vt dicit Homerus.
Proq; nouem/centum: pro ferro tradidit aurum.
Is iniuriam non patitur. dare nam eſt collocatum in ipſo.
Sed vt iniuriam patiatur nō eſt in poteſtate ipſius ſitum: ſed is ſit qui iniuriam agat/
oportet. Patet igitur ſua ſponte neminem iniuriam pati. ¶ Inſuper ex iis que propo- 71
ſuimus/hec duo reſtant deinceps dicenda: vter/iniuriam faciat/ vtrum is qui plus p̄-
ter dignitatem tribuit/an is qui illud habet? et ſi fieri poſſit vt ſibiipſi quiſpiam iniu-
riam faciat? Etenim ſi ſit illud quod prius eſt dictum/ & qui diſtribuit non q̇ plus ha-
bet/iniuriam faciat/ſi quiſpiam plus alii q̄ ſibi tribuat ſciens/ſponteq;: quod quidem
moderati homines facere videntur (bonus enim et equus/ minora ſibi tribuere ſolet)
is profecto ſibiipſi iniuriam facit. ¶ An neq; hoc ſimplex eſt? Ex alio namq; bono pl9 72
forte conſequitur: vt gloriam/aut abſolute honeſtum. ¶ Soluitur preterea & per diffi-
nitionem agendi iniuriam. nihil enim ipſe preter ſuam patitur voluntatem. Quare
non iniuriam patitur ob id ipſum. ſed ſi minus capit: leditur tantum. ¶ Patet autem 73
et diſtribuentem: iniuriam agere. ſed non eum ſemper qui plus habet. Non enim is
iniuriam facit cui ineſt iniuſtum: ſed is cui poteſtas ineſt id faciendi ſponte. Hec autē
eſt vnde eſt principium actus. quod quidem in ipſo eſt diſtribuente: non in accipiente.
¶ Preterea cum facere multis dicatur modis/et modo quodam expertia anime/ & ma
nus/ & ſeruus occidat hero iubente: iniuriam quidem non agit/iniuſta autem facit.
¶ Inſuper ſi iudicauit ignorans: non iniuriam facit legitimo iuſto/nec eſt iniuſtum
iudicium. eſt tamen aliquo modo iniuſtum. Aliud enim eſt legitimum iuſtum: aliud
primum. Sin vero cognoſcens iudicauit iniuſte: plus habet & ipſe vel gratiā vel vin
dictam. perinde igitur & is/qui ob hec iudicauit iniuſte: plus habet/ atq; ſi quiſpiam
acceperit iniurie partem. Nam in illis/qui fundum peruerſo iudicio tribuit: non fun-
dum cepit/ſed argentum. ¶ Atqui putant homines in ſeipſis eſſe ſitum iniurias face 74
cere. quapropter & iniuſtum eſſe facile arbitrantur. hoc autem non ita ſeſe habet. coire
namq; cum vxore vicini/ & pulſare proximum/dareq; argētum manu facile eſt/ & col
locatur in ipſis: ſed hec agere ſic ſe habentes/ neq; facile eſt/neq; in ipſis eſt ſitum.
¶ Simili modo cognoſcere iuſta atq; iniuſta/ nullam ſapientiam eſſe putant. propter- 75
ea q̄ non eſt difficile/ea de quibus leges dictitant: intelligere. at non hec ſunt ipſa
iuſta: niſi per accidens. Sed tunc ſunt iuſta cum quodam aguntur modo: et quodam
diſtribuuntur modo. id autem difficilius eſt: q̄ ea que ſanitatem efficiunt ſcire. Et ibi
namq̄ mel/ vinum/ veratrum/aduſtionem/inciſionem ve ſcire: perfacile ſane eſt. ſed
quonam modo ad ſanitatem efficiendā/et cui/ & quando ſint tribuenda: tanta eſt diffi-
cultas ſcire/quanta eſt medicum eſſe. ¶ Ob id autem ipſum/et iuſti nō minus eſſe pu 76
tant iniuriam facere/quia vir iuſtus non minus/ſed etiam magis horum ſingula face
re poteſt: viciare inq̄ vxorem cuiuſpiam/et pulſare aliquem. et vir fortis in acie proii-
cere clypeum: tergiſq; verſis fugam ſurripere. At timide agere et iniuriam facere non
eſt hec facere/niſi p accidens: ſed ſic ſe habentē hec facere. Quemadmodum & mederi/
atq; curare non eſt incidere/ vel non incidere/aut medicamenta dare/aut non dare: ſꝫ
hoc modo ſeſe habentem hec agere. ¶ Iuſta autem in iis ſunt. qui participes ſunt eo- 77
rum que ſunt ſimpliciter bona. Habent autem et exuperationem in his et defectionē.

Nam quibuſdam non eſt ipſorum exuperatio: vt dijs fortaſſe. quibuſdam vero nulla pars eſt vtilis/ incurabilibus inq̄ malis: ſed omnia nocent. quibuſdam autem vſq; ad aliquem terminum: atq; hoc eſt humanum.

65 ¶ Noni capitis note. ¶ Emendat poſtea iniuriam pati ⁊ ius pati conſimilia eſſe: vt ſponte aut inuoluntarie
69 fiat. Verũ enim eſt id: v: vtrumq; inuoluntarie fiat/ hoc eſt vt vtrumq; patiantur inuiti. ¶ Incõtinens eſt qui
70 ob paſſionem/ non autem ob electionem: voluptatuʒ guſtus/ aut tactus ſequitur ſuperabundantias. ¶ Velle:
73 eſt quod bonum eſt appetere. ¶ Vult/ vult ſimpliciter/ ⁊ abſolute: nulla perturbatione ſecum voluntateʒ
rapiente ⁊ quaſi victam captiuamq; ducente. ¶ De Glauco et Diomede apud Iliadem. ¶ Fundus pars Glaucus
agri vt pratum/ vinea/ oliuetum/ pomarium. Et ſimilia in vrbe/ opido/ vico/ aut caſtello vocant predia. ¶ Ex Diomedes
ſexta concluſione notabis/ qui legibus dant operam/ priuſq̄ morali philoſophia ſint imbuti: rectam minime Liuiles
75 conſecutum iri legum intelligentiam.. ¶ Veratrum/ helleborus: herbe genus inſaniã expurgans. et quo me Druſus
dicamento Druſus in Anticyra inſula/ a comiciali morbo liberatus eſt. ¶ Bona ſimpliciter que ſecundum ſe Anticyra
bona ſunt: ſed aliorum vſu prauesſcunt/ malaq; dicuntur. vt diuitie/ ⁊ reliqua fortune bona. ¶ Ex duabus dif
finitionibus et duobus principijs ea que in hoc capite perplexam habent intelligẽtiã/ facile dignoſci poſſunt.
Prima diffinitio. Iniuriam facere eſt alicui damnum ſponte preter legem inferre et preter illius voluntatem
cui damnum illatum eſt. Secunda. Iniuriam pati eſt preter ſuam voluntatem nocumentum ſuſtinere: ab eo
quidem qui illud ſponte preter legem infert. Principia. Primum. Impoſſibile eſt iniuriam facere niſi ſit qui
iniuriam patiatur. Secundum. Impoſſibile eſt iniuriam pati niſi ſit qui iniuriam faciat. ex oppoſito enim et
quaſi relatiue dicuntur: iniuriam facere et iniuriam pati. itidem iniuſtum facere et iniuſtum pati/ ſed iniuſtũ
facere et iniuſtum pati: communiora.

¶ Nonum cap. octo concluſionibus/ tribus queſtionibus/ reſumptione dubiorum/ et duabus dilutionibus partitum eſt.

65 Noni capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima queſtio. Haud immerito dubitabit aliquis: an de
agendo/ patiendoq; iniuriam/ determinatum ſit ſufficienter/ et an ita ſit vt Eurypides inquit ſed ſatis abſq;
ne quidem.

Queris parentem quomodo occidi meam?
Sermo eſt breuis/ non exitus longos habet:
Volens volentem vel volentem non volens.

Hoc eſt vtrum reuera cuipiam volenti: fieri queat iniuria an non/ ſed omnes qui patiuntur iniuriaʒ id patiã
tur inuiti. quemadmodum ⁊ omnes qui iniuriam faciunt: eam ſua ſpõte faciunt. an aliqui ſponte: et aliqui in
uiti. Similis queſtio eſt vtrum omnis qui patitur ius: id ſponte patiatur. ſicut omnes qui faciunt ius: ſponte
66 quidem faciunt. an aliqui ſponte/ aliqui vero inuiti. ¶ Prima concluſio. Non omnes ſua ſponte patiuntur in
iuriam. Nam conſentaneum eſt hec oppoſita iniuriam pati ſcilicet/ et ius pati: ſimiliter vt aut ſponte/ aut in
uoluntarie fiant. at abſurdo ſimile eſt ſi omnes ius pati ſua ſponte aſtruxerimus. patiuntur enim ius nonnullĩ
67 inuiti. tanto magis igitur: non omnes ſua ſponte patiuntur iniuriam. ¶ Secunda queſtio. Vtrum om
nis qui iniuſtum patitur: iniuriam patiatur. et qui iuſtum: patiatur et ius? ſimiliter vtrum omnis qui agit
iniuſtum/ iniuriam faciat/ et omnis qui iuſtum agit: agat et ius? et omnino an vt in agendo eſt/ ſic ſit in pa
68 tiendo? ¶ Secunda concluſio. Iuſta/ et iniuſta et agendo ⁊ patiendo: conſimiliter homines ſeſe habent. Nã
per accidens iuſta et iniuſta facimus: ⁊ ita per accidens patimur iuſta/ ⁊ iniuſta. neq; idem eſt iniuſta agere/ ⁊
iniurias agere. ſimiliter non idem eſt iniuſta pati/ et iniurias pati. identidem non idem eſt iuſtuʒ agere/ ⁊ ius
agere: ita quoq; neq; iuſtum pati ⁊ ius pati. ſed ſi quis iniuriam facit: quis patitur iiuriam. ⁊ ſi quis agit iuſ:
itidem et quis ius patitur. fieri enim non poteſt vt patiatur quiſq̄ iniuriam/ et nemo faciat iniuriam. ſimilĩ
vt patiatur ius: nemo autem faciat ius. iuſta igitur et iniuſta: et agendo ⁊ patiendo conſimiliter ſeſe habent.
69 ¶ Tertia queſtio. An fieri poſſit vt quiſq̄ ſibiipſi iniuriam faciat/ ⁊ omnino an aliquis vltro/ ſuaq; ſponte pa
tiatur iniuriam. et nonnullis ſtatim ita videri poſſet. ¶ Primo. quia ſimpliciter iniuriam facere: eſt ſua ſpõ
te quempiam ledere: ſed ſua ſponte ledere: eſt aliquem ſcientem ledere. ſcientem dico: et quem/ ⁊ quo/ ⁊ quo
modo. cum autem incontinens ſibi ipſe ſua ſponte noceat: vtpote qui ſe cognoſcit/ et quid agit/ et quo modo.
ergo ipſe incontinens ſua ſponte ſibiipſi iniuriam irrogat. fieri igitur poteſt: vt quiſpiam ſibi iniuriam faciat.
quod dubitabatur. ¶ Secundo. fieri poteſt vt incontinens ob ſuam incontinentiam: ab altero ſponte quidem
nocere volenti patiatur. quare eodem iure: ab ſeipſo iniuriam patitur/ ac fieri poteſt vt quis ſua ſponte iniu
70 riam patiatur. ¶ Dilutio queſtionis. Diffinitio. Iniuriam facere ẽ ſua ſponte quempiam ledere: minime ſuf
ficiens eſſe videtur/ ſed adijciendum ẽ preter illius qui leditur voluntatem. Quo ſit vt nihil vetet quempiam
ſua ſponte ledi/ patiq; iniuſta: ſed nemo ſua ſponte patitur iniuriam. nam nemo vult ledi/ neq; incontinens ip
ſe/ de quo tactum ẽ argumentum ledi vult/ ſed agit preter voluntatem. naʒ nullus id vult: quod nõ putat eſſe
bonum. incontinens autem id agit quod non putat eſſe agendum. incontinens igitur: neq; illud vult. Neq; qui
dem ab altero quiſpiam patitur iniuriam volens. vt ſi tribuat alteri ſupra etiam q̄ par eſt: quemadmodum
71 Glaucus cum arma ſua tradidit Diomedi et vt inquit Homerus.

Proq; nouem centum/ pro ferro tradidit aurum

Is volens accipit/ non autem patitur iniuriam. nam dare in ipſo collocatum erat. ¶ Tertia cõcluſio. In po
teſtate alicuius ſitum non ẽ: vt ipſe iniuriam patiatur. Nam in eius poteſtate non ẽ: vt quiuis illi inferat iniu
riam. atqui vt iniuriam patiatur: vt quis illi iniuriam irroget oportet. non igitur in poteſtate alicuius ſitum
eſt: vt iniuriam patiatur. non enim a ſeipſo (vt dictum iam ẽ) patitur iniuriam. Sed ⁊ ſatis etiam dictum ẽ:
72 neminem ſua ſponte pati iniuriam. ¶ Reſumptio duorum dubiorum ex precedentibus. Ex ijs que iam pre
poſita ſunt: duo iterum ſunt examinanda. ¶ Primum eſt vter iniuriam faciat: an is qui preter dignitatẽ tri
buit/ an is qui illud habet/ ac recipit. ¶ Secundum. iterũ an fieri id poſſet: vt quis ſibiipſi iniuriam faciat. ⁊
partim vtrumq; videtur. nam ſi verum ẽ id quod nuper illatum ẽ: non is qui recipit/ ſed qui ſponte alteri pre
dignitatem tribuit iniuriaʒ facit. Nam ſi quiſq̄ ⁊ ſciens/ ⁊ volens plus alij q̄ ſibiipſi tribuat: is profecto ſibi
ipſi iniuriam facit. at multi id faciunt. moderati enim homines: id facere ſolent ⁊ vir bonus ⁊ equus minora
ſibi tribuere. igitur qui ſponte plus tribuit q̄ par ſit/ iniuriam facit: ⁊ ſibiipſi id facit. quare quis ſibiipſi iniu

ciam facit. ¶ Diſſolutio. Primo. id ſimpliciter verum non ē/ moderatum hominem vt equum ⁊ bonū: plus alijs
ꝙ ſibi tribuere. nam ex alio bono vt gloria aut abſolute bono/ vt honeſto: plus conſequitur. ¶ Secundo. ſol-
uitur argumentum ex diffinitione agendi iniuriam. nam is qui ita diſtribuit: nihil preter eius voluntatē pa-
titur. non igitur fit ei iniuria ſed patitur tantū: ſi ſibi minus retinet. ¶ Quarta concluſio. ꝙꝙ ita eſt/ cū al- 73
teri tamen plus diſtribuendo alicui fit iniuria: is qui ſponte diſtribuit potius iniuriam facit/ non autē is qui
plus accipit. ¶ Primo. Nam is non ſemper neqꝫ potius iniuriam facit cui quicꝙ iniuſte commiſſum ē: verū
is potius cui poteſtas adeſt/ id ſponte faciendi. is autē eſt diſtribuens: a quo eſt principium actus/ et i quo
eiuſmodi principium/ ⁊ poteſtas ſponte faciendi ineſt non autem in plus accipiente. igitur ſemper ſponte di-
ſtribuens (cum iniuria fit) ⁊ potius iniuriam facit: non autem ſemper qui plus eſt accipiens. ¶ Secundo. cū
facere dicatur pluribus modis. vno modo vt inſtrumentū: vt inanimata/ manus/ ſeruus cum quis ſꝙ occidit
mandante domino. alio modo vt principium faciens vt dominus: inſtrumenta non iniuriam/ ſed iniuſtum po-
tius agunt/ ſed dominus qui mandat potius iniuriam facit. igitur et qui plus ſponte diſtribuit: potius iniuriā
agit/ non autem qui plus ſibi quidem diſtributum accipit. ¶ Tertio. plerumqꝫ euenit vt qui ſponte plus di-
ſtribuit cum cuipiā iniuria fit: plus habeat ꝙ qui accipit. Nam ſi quis ignorans plus alteri adiudicauit igno-
rantia quidem legitimi iuſti: non facit iniuriam/ neqꝫ per ſe/ ſimpliciterqꝫ iniuſtum iudicium eſt/ tamen aliq̄
modo vt ſecundum accidens iniuſtum eſt. et eſt aliud iuſtum legitimum/ et primū/ atqꝫ naturale iuſtum. ſi-
quidem legitimum ignorari pōt: naturale autem non poteſt. Et contra ſi cognoſcens aut ob gratiā/ aut vin-
dictam iudicauit iniuſte: plus habet gratie/ aut vindicte. qui ergo ob hec iudicat/ et adhuc eius quod iniuria
diſtributum eſt/ partem accipit: plus habet ꝙ ille ipſe cui diſtribuit. vt cum peruerſo iudicio alicui adiudi-
cat fundum: ⁊ partem capit/ non quidem ꝙ fundum capiat ſed argentum/ aut ſimile. Nimirū igitur ſi qui ſpō-
te plus tribuit faciat iniuriam/ cum cuipiam fit iniuria: non autem is ſemper qui plus accipit. ¶ Quinta cō- 74
cluſio. Non ē facile iniuſtum eſſe: vt putant homines. Nam ita non ē vt putant homines: i ſeipſis ſitum eſſe
iniurias facere. Nam etſi cum vxore vicini venerem admittere/ proximum percutere ⁊ domini argentū da-
re/ facile ſit/ atqꝫ in ipſorum poteſtate collocatum: tamen hec ex habitu/ ſicqꝫ ſe habentes facere/ neqꝫ facile
eſt/ neqꝫ quotiens volunt in ſua poteſtate ſitum eſt. ¶ Sexta concluſio. Non item recte ſenſerunt iuſta/ ⁊ iniu- 75
ſta cognoſcere: nullam difficultatem/ nihilqꝫ arduum eſſe. ea enim ipſi putabant: quia non difficile ſit ea ipſa
intelligere/ de quibus leges ipſe determinant. ſed eſto hec intellectu facilia ſint: non tamen ea iuſta ſunt/ niſi
per accidens. ſed tunc ſunt iuſta: cum quodam modo aguntur/ atqꝫ quodam modo diſtribuūtur. ⁊ id certe dif-
ficilius eſt: ꝙ que ſanitatem effectiua ſint cognoſcere. in medicinis enim/ et curande valitudinis diſciplina: ⁊
mel/ ⁊ vinum ⁊ helleborum/ ⁊ aduſtionem/ ⁊ inciſionem cognoſcere perfacile eſt. ſed quo pacto ad parandā
ſanitatem/ ⁊ cui ⁊ quando ⁊ quomodo tribuenda ſint: tanta profecto difficultas eſt ſcire/ quanta certe ⁊ me-
dicū eſſe. ita quoqꝫ ⁊ in iuſtis pernoſcendis/ atqꝫ iniuſtis. ¶ Septima concluſio. Falſo ⁊ id exiſtimant: iuſtū 76
non minus poſſe iniuriam/ iniuſteqꝫ agere ꝙ iniuſtum. Ob idipſum enim id credunt: ꝙ non minus/ immo ma-
gis vir iuſtus vnumquodqꝫ horum/ vt alterius lectū temerare/ alterū pulſare: facere pōt. ⁊ vir fortis i acie cly-
peum proijcere/ ⁊ fugiendo terga vertere: ꝙ ſi eſſet iniuſtus/ aut timidus. ſed falluntur. nam hec facere non
eſt iniuriam/ iniuſteqꝫ agere/ aut timide agere: niſi per accidens. ſed tum iniuſte iniuriamqꝫ facit: cum ea
ex habitu/ ſicqꝫ ſe habens facit. quemadmodum aliquem ſcite mederi/ ac ſanare: non eſt incidere/ aut non in-
cidere/ medicamenta porrigere/ aut non porrigere/ ſed hoc modo ſeſe habentem/ hec agere. ¶ Octaua con- 77
cluſio. Iuſta in ijs verſantur: quibus aſſunt ſecundum ſe/ atqꝫ ſimpliciter bona. Nam iuſta ijs inſunt/ quibus
aſſunt bona: plus/ ⁊ minus/ ſuperabundantiam/ atqꝫ defectum habentia. talia autem ſunt ſecundum ſe ⁊ ſim-
pliciter bona. ⁊ hanc bonorum partitionēm ponere poterimus. quedā enim ſunt quibus ſolum aſſunt bona:
ſed ſuperabundantiam/ defectumqꝫ habentia vt hoies iuſti. quedam quibus ſolū aſſunt bona: ſed neqꝫ exceſ-
ſum/ neqꝫ defectum habentia vt immortalia numina. quedam quibus ſolum aſſunt mala: vt incurabiles/ atqꝫ
prorſus improbi quibus omnia nocent. ⁊ quedam quibus aſſunt quidem mala: ſed ad tempus. vt q̄ ad tēpus
male viuunt: ⁊ ad tempus ſe emendant corriguntqꝫ. ⁊ hoc eſt humanum.

Capi. X.

Deinceps autem dicendum eſt de equitate et bonitate/ atqꝫ 78
equo et bono: quonam modo ſeſe habet equitas quidē ⁊ bonitas ad iuſtitiā/
equum autem et bonum ad iuſtum. Nam conſiderantibus neqꝫ ſimpliciter
idem neqꝫ genere diuerſum eſſe videtur. atqꝫ interdum laudamus equū et
bonum: virumqꝫ talem. Quare ⁊ ad alia laudantes transferimus pro bono: ipſū equi-
us declarantes melius eſſe. Interdum rationem ſequētibus abſurdum videt̄: ſi equū
et bonum (ſi ſit quid preter iuſtum) laudabile ſit. nam aut iuſtum non eſt ſtudioſum/
aut equum et bonum/ ſi aliud ſit a iuſto: aut idem ſunt/ ſi vtrumqꝫ eſt ſtudioſum. Hec
igitur dubitatio ob ea fere que dicta ſunt: emergit de ipſo equo et bono. ¶ Recte autē 79
aliquo modo ſeſe habent omnia: ⁊ nihil prorſus ipſis aduerſatur. Nam equū ⁊ bonū
iuſtum eſt: et eſt aliquo iuſto melius: ⁊ non vt aliquod aliud genus/ melius eſt ipſo iu-
ſto. Idem eſt ergo iuſtum/ atqꝫ equum et bonum. ¶ Et vtrumqꝫ quidem eſt ſtudioſū: 80
preſtabilius autem eſt ipſum equum et bonum. Fit autem hec dubitatio quia equum
et bonum iuſtum quidem eſt/ non autem lege: ſed emendatio legitimi iuſti. Cauſa au-
tem eſt: quia lex quidem omnis vniuerſalis eſt. fieri autem nō poteſt: vt de quibuſdam
vniuerſaliter recte dicatur. In quibus igitur vniuerſaliter quidem dicere neceſſe eſt/
fieri autem nō poteſt vt recte dicatur: in ijs lex id accipit/ quod fit plerūqꝫ haud igno-
rans peccatum. Et eſt nihilominus recta. peccatum enim non eſt in lege nec in legiſ-
latore: ſed in ipſa rei natura. Continuo namqꝫ rerum earum que ſub actionem cadūt:
materia talis eſt. ¶ Cum igitur lex quidem vniuerſaliter loquitur/ in ijs autem preter 81

vniuerſale quippiam accidit: tū recte ſeſe habet / vt ea parte qua legiſlator omiſit / atq;
peccauit abſolute locutus / emendetur defectus. quod et ipſe legiſlator ſi adeſſet / hoc
modo dixiſſet: et ſi ſciuiſſet / iubentem legem tuliſſet. Quapropter iuſtum quidem eſt /
et preſtabilius aliquo iuſto / non tamen ſimpliciter iuſto: ſed eo quod peccat / propterea
82 q̄ ſimpliciter dictum eſt. ¶ Atq; hoc eſt natura ipſius equi et boni: emendatio legis
ea ex parte qua deficit ob vniuerſale. Hec enim eſt cauſa / et vt non omnia ſint lege: q̄
de quibuſdam impoſſibile eſt ponere legem. Quare decreto eſt opus. indefinite namq;
rei: indefinita et regula eſt. ſicut et edificationis Leſbie plumbea norma. Ad lapidis
enim figuram mutatur / et non manet. et decretum ad res ipſas ſimili modo. patet igi
83 tur quid eſt equum et bonum / et eſſe iuſtum: et quo iuſto preſtabilius eſt. ¶ Ex quo eti
am emergit: quiſnam ſit homo bonus et equus. Eſt enim is qui talia eligit / atq; agit:
et qui non exacte iuſtum in deteriorez exequitur partem: ſed imminuit tametſi legem
adiutricem ad illud habet. et habitus hic equitas et bonitas eſt. que quidē iuſtitia que-
dam / et non alius quiſq̄ habitus eſt.

82 ¶ Decimi capitis note. ¶ Leſbus nominata Troadis inſula ob Arionem / et caput Orphei: que τ nunc My-
83 tilene. Mytilene etiam vrbs in ea eſt. ¶ Iuſtum non ſatis expreſſum / imminuere dicitur equus et bonus: q̄
non vſq; adeo vniuerſaliter intelligat / aut vtatur / atq; ſonat.

¶ Decimum cap. quinq; concluſionibus / τ vna diffinitione partitum eſt.

78 Decimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. De equitate τ bonitate / equo et bono
quonam modo equitas et bonitas ad iuſtitiam / τ equum et bonum ad iuſtum ſeſe habeat: determinationem
ſuſcipere par / atq; rationabile eſt. Nam conſiderantibus neq; ſimpliciter idem iuſtitie / et iuſto: neq; genere
diuerſa eſſe videntur. idem enim non videntur. nam plerumq; equum et bonum laudamus vt virum talem:
non vt iuſtum. et nomen equi et boni ad alia amplius commendanda pro bono transferunt / ex additione equi
quicq̄ melius / preſtantiusq; eſſe deſignantes. ex aduerſo vero / rationem ſequentibus plerumq; occurrit: ab-
ſurdum prorſus eſſe equum et bonum laudabile eſſe / ſi equum et bonum / iuſtum non ſit. nam aut iuſtum ſtu-
dioſum non eſt / aut equum et bonum ſi ipſum aliud ſit a iuſto: non eſt ſtudioſum. aut ſi vtrumq; ſtudioſum eſt:
reuera iuſtum / et equum et bonum idem eſſe videbuntur. nam ſtudioſa percurrendo nullum aliud occurrit:
cui equum et bonum annumaremus. et hec de equo et bono difficultatem ingerunt. quapropter de eo diſcuſ-
79 ſionem ſuſcipere haud inconſentaneum eſt. ¶ Secunda concluſio. Que dicta ſunt: quodam mo-
do recte dicta ſunt omnia / neq; ſibiinuicem obuerſantur. Nam equum τ bonū: iuſtum eſt / et aliquo iuſto me-
lius. attamen ipſo iuſto haudquaq̄ melius eſt vt genere aliud. verum iuſtum / et equum et bonum: idem ſūt.
80 ¶ Tertia concluſio. Cum vtrumq; iuſtum / et equū et bonum: ſtudioſum ſit / equum tamen et bonum melius /
preſtantiusq; eſt. Nam cum id difficultatem ingerat quo modo equum et bonum / iuſtum ſit: cum non ſecun-
dum legem legiſq; expreſſionem / ipſum equum et bonum / iuſtum eſt (quod quidem et preſtabilius eſt) ſecū-
dum legitimi iuſti vbi deficit emendationez. Cauſa autem cur lex emendatione nōnunq̄ egeat: hec eſt q̄ lex
omnis vniuerſalis eſt. atqui fieri non poteſt: vt de quibuſdam lex vniuerſaliter recte feratur. in quibus igitur
legem vniuerſaliter ferre neceſſe eſt / at recte vniuerſaliter audiri intelligiq; non poteſt: in talibus lex accipit
quod vt plurimum euenit / peccatum non ignorans et nihilominus ea lex recta eſt. neq; precipue peccatum
in lege eſt / neq; in legiſlatore: ſed in ipſa rei natura. nam ipſarum rerum que in humanis actiōibus ſe preſtāt:
ſtatim talis natura deprehenditur / vt vniuerſali quadam lege / nunq̄ ſatis comprehendantur: quin quicq̄
81 ſemper demendum / excipiendumq; occurrat. ¶ Quarta concluſio. Legem plerumq; moderari / emendariq;
conuenit. Nam cum lex de aliquibus vniuerſaliter poſita ſit / ſi quicq̄ preter vniuerſale contingit: rectum /
iuſtumq; eſt vt ea ex parte qua legiſlator omiſit / peccauitq; / abſolute nihilq; demendo locutus / emendetur qđ
deficit. et nimirum id iuſtum / rectumq; eſt. nam et ipſe legiſlator ſi adeſſe hoc modo dixiſſet / et ſi quicq̄ ita
emerſurum ipſe cognouiſſet: legem (que id iuberet) tuliſſet. Quapropter legem hoc pacto emendare iuſtum
eſt / et quidez preſtabilius aliquo iuſto / non tamen omnino et ſimpliciter iuſto: ſed eo ipſo quod peccat ob id-
ipſum quod ſimpliciter nihil demedendum exprimens / dictum atq; latum eſt. ¶ Quinta concluſio. Cum iu-
82 ſta ſecundum leges facienda ſint: decreto / ſententiaq; equi τ boni opus eſt. Nam munus officium / naturaq;
ipſius equi et boni eſt: legis emendatio / ea ex parte qua ob vniuerſale deficit. hoc enim in cauſa eſt / vt nō om-
nia ſecundum legis expreſſionem exequantur: quia de quibuſdam expreſſam legem ferre impoſſibile eſt. igi-
tur in iuſtis lege decernēdis: decreto / ſentētiaq; equi τ boni opus eſt. indefinite eni rei: indefinita eſt et regula.
et decretum equi et boni ad res ipſas: perinde ſeſe habere debet / vt plumbea regula edificantium in Leſbo
que ad figuram lapidis mutatur / τ non manet eadem. Et ex his ſatis patet que res ſit equum et bonum / τ ip-
83 ſum iuſtum eſſe: τ aliquo iuſto / τ quo quidem preſtabilius ſit. ¶ Diffinitio. Ex his etiam prompte: quiſnam
homo equus et bonus ſit / deprehendi poteſt. eſt enim is qui ex electione / legem ea ex parte qua ob vniuerſa-
le deficit / emendans: iuſta agit. et qui iuſtum cum non ſatis exactum / expreſſumq; ſit: in deteriorem non ex-
equitur partem / ſed imminuit quamuis ad exequendum in deterius legem adiutricem habere videretur. et
habitus is quo equus et bonus dicitur: nominatur equitas et bonitas. que quidem equitas τ bonitas / iuſtitia
quedam eſt / et non alius quiſq̄ habitus.

Cap. XI.

84 Patet autem ex his que diximus: ſi fieri poſſit vt ſibiipſi quiſpiam iniuriā fa-
ciat nec ne. Iuſtorū enī quedā ex oī virtute a lege ſunt ordinata. vt lex nō iu-
bet quēq̄ ſeipſum occidere: que vero non iubet vetat. Preterea cū q̄ſpiam cō-
tra legem ledit nō laceſſitus: tum is iniuriam ſponte facit. ſponte aūt is iniu

riam facit:qui ſcit ⁊ eum cui facit / et modum quo facit. At qui ſeipſum ob iram occidit: ſponte id quod lex non permittit/contra legem efficit rectam. iniuriam ergo facit. ¶ Sed cuinam queſo? An ciuitati:non ſibiipſi? Nam ſua patitur ſponte. nemo vero ſponte iniuriam patitur. ¶ Quapropter et ciuitas mulctat. et inſtituta eſt ignominia 85
quedam aduerſus eum qui ſibi mortem conſciuit/ vt ciuitati iniuriam facientem.

¶ Preterea fieri non poteſt vt ſibiipſi quiſq̄ iniuriam faciat ea ratione qua iniuſtus eſt qui ſolum iniuriam facit.et non omnino eſt vicioſus. Hic enim differt ab illo. homo namq; iniuſtus eſt quodam modo ſic prauus / vt ipſe timidus : non vt totam habens prauitatem. Quare nec hac iniuſtitia ſibiipſi quiſq̄ iniuriam facit. nam idem ſimul allatum ab aliquo/ac eidem additum eſſet:quod fieri nequit. Sed ſemper inter plures iuſtum/atq; iniuſtum eſſe neceſſe eſt. Preterea qui iniuriam facit:ſpōte agit et electione/et prior. Qui namq; leſus / idem viciſſim facit:iniuriam facere non videtur. ipſe autem ſimul eadem patitur / ſibiq; facit. ¶ Preterea ſua ſponte quiſpiam iniuriam pateretur. ¶ Inſuper ſine ſingulis iniuriis:iniuriam facit nemo. at nemo adulterium ſua cum vxore committit. nemo parietem confodit ſuum. nemo res ſuas furatur. Omnino autem hoc (ſibi inq̄ iniuriam facere) ſoluitur definitione iniuriam patienti: ſua namq; ſponte patitur iniuriam nemo. ¶ At vero conſtat vtrunq; prauum 86
eſſe : facere inquam iniuriam atq; pati. Alterum enim eſt plus/alterum minus habere medio. quod quidem perinde ſeſe habet atq; in medicina quidem quod ſanitatem: in exercitandi autem arte/quod ad habitudinem corporis bonam conducit. ¶ Peius 87
tamen eſt iniuriam facere. Hoc enim cum vicio eſt:atq; vituperatur. Et vicio vel perfecto et ſimpliciter/ vel prope. non enim omne quod ſponte fit cum iniuſtitia eſt. Sed pati iniuriam ſine vicio/⁊ iniuſtitia eſt. Pati igitur iniuriam per ſe quidem minus eſt malum:per accidens autem nichil prohibet maius eſſe malum. At non cure eſt arti. ſed dolorem lateris maiorem morbum q̄ pedis offenſionem eſſe dicit. q̄q̄ fieri poteſt nonnunq̄ contra per accidens / ſi euenerit vt quiſpiam offenſo pede caperetur ab hoſte et trucidaretur. ¶ Atqui per tranſlationem atq; ſimilitudinem eſt iuſtum non ſi 88
bi ad ſeipſum:ſed ſuorum quibuſdam. Non omne autem iuſtum:ſed herile/ vel rei familiaris. His enim rationibus diſtat ea pars anime que rationem habet / ab ea parte que rationis eſt expers. Ad quas inſpicientibus/ad ſeipſum iniuſtitia eſſe videtur: propterea q̄ in his eſt pati aliquid contra ſuas appetitiones. vt igitur eſt quid iuſtum magiſtratum gerenti/et quibus ipſe preeſt:ſic et his etiam eſſe videtur. Sed de iuſtitia q̄dem ceteriſq; morum virtutibus hoc ſit modo determinatum.

¶ Undecimi capitis note. ¶ Qui ſua profligant/ qui alienum thorum (etſi conſentiente parte) violant/ qui 84
in ſeipſos delinquunt legibus ⁊ magiſtratibus/ qui illa vetant / ciuitatiq; faciunt iniuriam. perinde ac ſi preceptor quicq̄ diſcipulo mandat honeſtum / violat autem ſua ſponte adoleſcens: in preceptorem peccat / committitq; iniuriam/ cui obedientiam (quam debuit) ſubtraxit. q̄ ſi nota fuerit inſignis: ſuis ſociis/ ⁊ coequalibus iniurius eſt. et hunc in modum ciuitati iniurius eſt ciuis: qui propria agitante furia fauces ſibi reſte perſtringit / ipſius lictor/ ac homicida. ¶ Nemo ad ſe/ aut ad ſua habet iniuriam aut iuſtus aut iniuſtus eſt: niſi 86
tranſlatiue. ¶ In medicina ſi datur pluſq̄ oportet: malum. et ſi minus q̄ oportet: iterum malum/ et vtrumq; impedit ſanitatem. ⁊ in exercitatiua maior exercitatio q̄ oportet frangit vires atq; malum / et minor : vires laxat/ emollit atq; effeminat. ¶ Pleuritis morbus lateris a pleura quod latus ſignificat : grecū eſt. pro quo 87
noſtri dicunt pleureſis.

¶ Undecimum cap. quinq; concluſionibus partitum eſt.

Undecimi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Ex ſuperioribus euaſit perſpicuū: 84
poſſit ne quiſq̄ ſibiipſi facere iniuriam/ an ſecus. expedit tamen id iterum hoc in loco tentare. ¶ Primo. quia ex omni virtute quedam iuſta ſunt a lege ordinata. et circa vnamquamq̄ virtutem que ipſa lex non iubet vetat. vt lex non iubet quemq̄ ſeipſum occidere: et proinde vetat. ergo videtur vt quis ſibiipſi afferre poſſit iniuriam: nam aliquid preter legem. ¶ Secundo. cum quiſquis contra legem ledit quemq̄ / non leſus : tum is iniuriam ſponte facit. ſponte autem iniuriam is facit: qui nouit eum cui facit ⁊ modum quo facit/ et reliqua huiuſmodi. at vero qui ſeipſum ob iram occidit: ſponte ledit non laceſſitus/ facitq; id quod lex non permittit contraq; legem rectam. iniuriam ergo facit. ſed cuinam obſecro? an non ſibiipſi? an ciuitati? ¶ Secunda con- 85
cluſio. Qui hoc pacto contra leges in ſeipſum delinquit: non ſibiipſi/ ſed ciuitati facit iniuriam. ¶ Primo. quia q̄ in ſe ita delinquit: ſua ſponte patitur. at nemo ſua ſponte patitur iniuriam. non igitur facit ſibiipſi iniuriam: ſed legi / ciuitatiq; / contra cuius voluntatem ordinationemq; agit. ¶ Secundo. ciuitas eum mulctat qui in ſeipſum delinquit. et inſtituta eſt ignominia quedam aduerſus eum qui ſibiipſi mortem conſciuerit/ tanq̄ ciuitati dedecus/ iniuriamq; facientem. igitur qui contra legum ſanctiones in ſeipſum delinquit; nō ſibi/ ſed ciuitati iniuriā facit. ¶ Tertio. q̄ nō eſt oīno vicioſus/ ⁊ ſolū iniuriā facit: nō ſibiipſi iniuriā facit/ q̄tenus eſt iniuſtus. atq̄ iniuſtus nō oīno vicioſus. differt enī iniuſtus ab oīno vicioſo. nā iniuſtus hō ſic quodā mō dr̄ prauus : quēadmodū ⁊ timidus quodā modo prauus dicit/ non vt totā prauitatem habens. igitur non ſibiipſi quiſpiam facit

iniuriam quatenus eſt iniuſtus. nam nec hac iniuſtitia ſibi iniuriam facit. haberet enim plus quatenus iniuriam faciens/ et minus quatenus iniuriam paſſus: et idem ſimul ablatum ab aliquo/ et eidem additum eſſet: quod eſſe nequit. non facit igitur aliquis ſibiipſi vnq̃ iniuriam. ſed ſemper inter plures iuſtum/ et iniuſtum eſſe neceſſe eſt. identidem et iniuriam facere/ atque iniuriam pati. ¶ Quarto. Qui iniuriam facit: et ſponte et electione/ et prior malum intendit. nam qui prior leſus eſt viciſſimque ledit: non iniuriam facere videtur/ ſed propulſare potius. qui autem ſeipſum ledit: ipſe ſimul eadem patitur/ ſibique facit. non igitur hac ratiõe ſibiipſi iniuriã facit. ¶ Quinto. quiſq̃ volens/ ſuaque ſponte iniuriam pateretur: quod dictum eſt eſſe non poſſe. ¶ Sexto. ſine ſingulis iniuriis: iniuriam facit nemo. at nemo ad ſe/ et ſua vllam habet iniuriam. nemo enim ſue coniugis dicitur adulter/ nemo proprii parietis effractor/ et nemo ſuarum rerum fur. igitur nemo ſibiipſi facit iniuriam. ¶ Septimo. omnino ſibiipſi iniuriam facere: ſoluitur diffinitione huius quod eſt iniuriam pati. ſed ne-
86 mo ſua ſponte patitur iniuriam. igitur et nemo ſibiipſi ſua ſponte facit iniuriam. ¶ Tertia concluſio. Tam iniuriam facere/ q̃ iniuriam pati: malum eſt. Nam alterum eſt plus/ et alterum minus habere. at quod plus/ minusve medio eſt: malum eſt. quod quidem iuſtitie medium perinde ſe habet: ac in medicina id quod perducit ad ſanitatem et in exercitandi arte quod perducit ad firmum corporis robur bonamque corporis habitudinẽ.
87 ¶ Quarta concluſio. Iniuriam facere q̃ iniuriam pati deterius eſt/ atque de ſe maius malum eſt. Nam iniuriã facere ſemper cum vicio eſt atque vituperatur. cum vicio dico adulto/ perfectoque/ et ſimpliciter/ aut quod in cõſimo eſt: quod nõnunq̃ contingat ſponte nocere ſine iniuſtitia. ſi autem pergit: adoleſcit/ ſtatimque abſoluitur. at iniuriam pati ſine vicio/ et iniuſtitia eſt: neque vituperatur. eſt igitur iniuriam facere/ q̃ iniuriam pati deterius atque per ſe maius malum: et iniuriam pati per ſe minus malum. per ſe quidem. nam per accidens/ vt quod iniurie prouocatione immane aliquod ſcelus ſubſequatur: nihil prohibet iniuriam pati maius eſſe malum. ſed de iis que per accidens contingunt: arti cure non eſt. vt ars medicandi: pleuritim/ laterisque morbum maiorem eſſe/ q̃ pedis offenſionem determinat/ tametſi fieri poſſit vt per accidens offenſio pedis maius malum ſit. vt ſi ita
88 contigerit: vt quiſpiam offenſo pede capiatur ab hoſte/ captuſque trucetur. ¶ Quinta concluſio. Tametſi ad ſe/ et ſua proprie iuſtum non ſit: tranſlatitie tamen ſimilitudineque quadam iuſtum/ non ſibi ad ſeipſum/ ſed quorundam ſuorum ad aliqua eſſe videtur. Nam licet non omne iuſtum in illis eſſe videatur: herile tamen iuſtũ/ et rei familiaris/ vt paternum/ et economicum in illis eſſe videtur. ita vt ſimili ratione pars anime que ratiõis eſt particeps: ab ea que bruta eſt/ rationiſque expers diuiſa eſſe videatur. ad quas partes qui inſpexere/ ad ſeipſum iniuſtitiam eſſe viſum eſt: ob idipſum quod in ipſis contingit alteram ab altera pati preter ſuas affectiones et vt re vera iuſtum eſt magiſtratum gerenti ad ea quibus preeſt: ſic et ſimilitudine quadam pars rationis particeps ad partem rationis immunem preeſſe debet. hec autem parere bono iure videtur. ſed de iuſtitia et reliquis morum virtutibus hoc modo determinatum ſit abunde.

¶ Quinti Ethicorum Ariſtotelis finis.

¶ Sextus ethicorum Ariſtotelis: interprete Argyropylo. Cap. I.

Cum autem antea dictum ſit medium expetendum eſſe/ nõ exuperationem neque defectionem/ et medium perinde ſeſe habeat atque recta ratio dictat: hoc ipſum deinceps diuidamus oportet. ¶ In omnibus enim dictis habitibus (quemadmodum et in ceteris) eſt quoddam ſignum: ad quod is inſpiciens qui rationem habet intẽdit atque remittit. eſtque quidam terminus mediocritatum/ quas inter exuperationẽ defectionemque dicimus eſſe: ita ſeſe habentes vt recta ratio ſtatuit. At ſermo talis eſt quidem verus: non tamen dilucidus. nã et in quauis opera/ atque cura circa quam verſatur ſcientia/ verum eſt dicere/ neque nimium/ neque parum eſſe elaborandum vel quieſcendum: ſed mediocriter/ et vt ratio recta preſcribit. At qui hoc tantum habet/ nihil plus ſcierit: vt ſi quiſpiam dixerit ea eſſe corpori afferenda que medicina/ et vt is qui hanc habet ſcientiã/ iubet. Quapropter et circa habitus animi non modo vere hoc dictum eſſe oportet: ſed etiam determinatum q̃-
2 nam ſit ipſa ratio recta/ et que eius ſit definitio. ¶ Virtutes itaque anime ſuperioribus in locis diuiſimus. et alias moris/ alias mentis diximus eſſe: atque de moris quidem virtutibus iam tranſegimus. De reliquis vero dicamus oportet: prius hiſce de anima declaratis. ¶ Duas igitur eſſe anime partes antea diximus. eam que rationis eſt particeps: et eam que eiuſdem eſt expers. Nunc autem identidem pars ea que rationem habet eſt diuidenda. atque ſit ſuppoſitum duas eſſe parteis que ſunt participes rationis. Vnam qua contemplamur ea quorum principia/ vt aliter ſeſe habeant minime fieri poteſt. Alteram qua perſpicimus ea/ que aliter ſeſe habere poſſunt.
3 ¶ Et nanque anime partes diuerſe ſunt genere: q̃ ſunt apte ad res eas cognoſcendas q̃ genere differunt. ſiquidem ipſis ineſt rerũ cognitio ſimilitudine quadã atque accõmodatiõe. Atque harũ altera vis ſciendi: altera vis ſubducẽdi rationẽ vocetur. conſultare namque/ rationẽque ſubducere eadem poſſunt. Nemo autem de iis rebus conſultat que

aliter ſeſe habere non poſſunt. Quare vis ſubducendi rationē: vna pars eius partis ē anime que rationis eſt particeps. ¶ Sumēdū eſt igitur quiſnā vtriuſq; ſit optimꝰ habitus. Hic enim vtriuſq; eſt virtus. virtus autem eſt ad proprium opus. 4

¶ Primi capitis note. ¶ Intendit interdum prudens ne deficiat/ et remittit interdū ne abundet vbiq;: medium conſectans. ¶ Vis anime contemplatiua et vis conſultatiua: reipſa/ ſubiectoq; ſunt vnum/ et genere differunt quadam ſimilitudinis accommodatione ad ea que recipiunt. perinde vt album et dulce re ipſa/ atq; ſubiecto ſunt vnum: et genere differunt/ ꝙ albedo ⁊ dulcedo genere diſtent. vt enim idem vt lac/ album dicit ab albedine et dulce a dulcedine: ita quoq; vis contemplatiua a cōtemplatione/ ⁊ vis conſultatiua a conſultatione dicitur. que inter ſe diſcrimen patiuntur: quod albedo et dulcedo. Item he due vires reipſa bene ſunt vnum ⁊ due genere ratione: perinde ac coloratum et ſapidum reipſa ſunt vnum ⁊ generali ratione duo. ſ; huius rei exacta diſcuſſio: moralis non eſt. et proinde moralis auditor non diutius immoretur. 1 4

¶ Primum cap. tribus concluſionibus/ ⁊ tribus diuiſionibus partitum eſt.

Primi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Que ſit recta ratio: hoc in loco diuidendum/ diſcutiendumq; eſt. ¶ Primo. Nam ante iam dictum eſt medium expetendum eſſe: non autem exuperationem aut defectionem. et medium ipſum perinde ſeſe habere atq; recta ratio dictat. expedit igitur que nam ea ſit recta ratio diſcutere. ¶ Secundo. in omnibus ſuperius exactis/ determinatiſq; habitibus/ atq; in ceteris: eſt quoddam ſignum ad quod reſpiciens rationem habens intendit/ atq; remittit ne aut deficiat/ aut abundet. eſtq; id quidam terminus mediocritatum. quas quidem mediocritates inter exuperationem/ defectionemq; ſuperius diximus eſſe collocatas: ſed quemadmodū ipſa recta ratio ſtatuerit. ⁊ q̄uis is ſermo verus ſit: non tamen dilucidus captuq; peruius. non igitur ab re fuerit: ipſam rectam rationem diligentius exquirere. ¶ Tertio. in omni ſtudio atq; opera circa quam verſatur ſcientia: verum eſt dicere neq; nimis neq; parum laborandum eſſe/ aut omittendum: ſed mediocriter/ vt recta ratio fines preſcribit. at qui tantillum habet: nihilo iccirco plus ſcierit/ ꝙ ſciet quis que ſanando corpori ſunt accommoda: ſi quiſpiam illi dixerit ea eſſe corpori afferenda/ que medicina iubet/ et quemadmodum qui medicinam habet. quapropter circa habitus animi: non modo vere hoc dixiſſe ſatis eſt/ ſed etiam diſcutere oportet quenam ipſa ſit recta ratio/ ⁊ que eius definitio ſit. ¶ Diuiſiones. Prima virtutum quedam eſt moris/ et quedam intellectualis. et de virtutibus moris iam exactum eſt: de reliquis autem nunc eſt exigendum/ paucis de anima prius delibatis. ¶ Secunda diuiſio. Partium anime quedam eſt rationis particeps/ quedam vero rationis eſt expers. et he due diuiſiones ſuperius facte ſunt. Sed hic ruſus pars anime rationis compos/ atq; particeps diducenda eſt. 1 2

¶ Tertia diuiſio. Partium anime que rationis ſunt participes/ quedam eſt contemplatiua. et eſt cuius principia/ ⁊ ea circa que eius contemplatio verſatur: neceſſaria ſunt/ et impoſſibilia aliter ſeſe habere. altera vero conſultatiua/ adminiſtratiuaq; eſt: ⁊ eſt qua perſpicimus contingentia/ et ea que aliter ſeſe habere poſſunt. et hoc in loco has duas eſſe anime ratione participantis partes: ſuppoſitio eſt. ¶ Secunda concluſio. Hę due partes anime: latum inter ſe diſcrimen ſortiuntur. Nam he partes: genere differunt que ad eas res diſcernendas que genere differunt: accommodate ſunt. atqui he partes ad res diſcernendas que genere differunt/ accommodate ſunt. differunt igitur genere: ſi equum eſt eas ſic dicere differre quadā ſimilitudinis accommodatione/ quemadmodum et cognitiones que illis inſunt. et prima pars vis contemplandi/ ſciendiq; dicatur: ſecunda vero vis conſultandi/ rationemq; ſubducendi. conſultare enim/ rationemq; ſubducere: idem eſſe dicimus. et proinde bene dictum eſt: hanc partem circa contingentia verſari. nam nemo conſultat de his que ſeſe aliter habere non poſſunt. ſit etiam recte vt vis rationē ſubducendi: bene poſita ſit vna pars anime/ que rationis particeps exiſtit. nam ſine ratione rationem ſubducere impoſſibile eſt. ¶ Tertia concluſio. Expediet ſumere quiſnam vtriuſq; harum partium optimus ſit habitus. Nam vtriuſq; optimus habitus ſtatuetur: eius optima virtus. optima autem virtus: ad proprium eius opus eſt. id igitur perſcrutari idoneum/ conſentaneumq; eſt. 3 4

Tria autem ſunt in anima/ que ſunt agendi/ veritatiſq; principia: Cap. II. 5
ſenſus/ intellectus/ appetitus. Atq; ſenſus/ nullius eſt principium actus. qđ quidem ex eo patet quia belue ſenſum quidem habent: actionis autem ſunt expertes. ¶ Eſt autem id in appetitu perſecutio atq; fuga: quod eſt affirma- 6
tio/ negatioq; in mente. Quare cum moris quidē virtus habitus ſit electiuus/ electio vero appetitus deliberatiuus: ob hec ipſa/ ⁊ rationem veram/ ⁊ appetitum rectum eſſe oportet/ ſi electio ſit ſtudioſa. atq; eadem illam quidem dicere: hunc autē perſequi. Hec igitur mens/ atq; veritas actiua eſt. ¶ Mētis autem eius (que contemplādi: nō 7
agendi/ neq; faciendi principium eſt) bonum ac malum/ verū eſt atq; falſum. Hoc enī mentis eſt omnis/ opꝰ ſed actiue mētis veritas eſt cōſentanea appetitui recto. ¶ Electio igitur actus principium eſt vnde eſt motus ſed non id gratia cuiꝰ. Appetitus aūt/ eaq; ratio que alicuius eſt gratia/ electionis principium eſt. ¶ Iccirco neq; ſine intelle- 8
ctu/ menteq;: neq; ſine habitu moris eſt ipſa electio. Sine namq; mente/ atq; more nō 9
eſt actio bona: nec item contraria. mens autem ipſa nihil mouet: ſed ea que alicuiꝰ eſt gratia/ ⁊ actiua. Hec enim ⁊ effectrici menti preeſt. nam omnis qui facit/ gratia huiꝰ facit. ⁊ non eſt ſimpliciter finis: ſed ad aliquid. ⁊ alicuius id quod efficitur: ſed non id quod agitur. ipſa namq; bona actio finis eſt: et huius eſt appetitus. ¶ Quapropter ele- 10
ctio vel intellectus eſt appetitiuus: vel appetitus: intellectiuus/ et tale principiū ē homo. ¶ Nulla autem res facta/ eſt eligibilis. Nemo enim eligit Iliū expugnaſſe. neq; 11
enim de eo conſultat quod factum eſt. ſed de futuro ac cōtingente. factū aūt nō conti-

git non factum eſſe. Quapropter recte Agatho dixit.
Hoc etiam ipſe deus/ ſoloq; carere videtur:
Infectum vt faciat/ quod factum eſt atq; peractum.
¶ Opus igitur vtriuſq; partis intellectiue veritas eſt. quare quibus habitibus maxime pars vtraq; verum dicit: ij ſunt ambarum virtutes.

5 ¶ Secundi capitis note. ¶ Tria autem ſunt in anima. id ſecũdum opinionem dictum eſt. nam ſtatim emen-
6 dat ſenſumq; pro veritate reijcit. ¶ Appetitus/ appetitus rationalis. quo enim iure ſenſus exulat ab officio agendi: q inſit brutis rationis expertibus; eadem quoq; ratione appetitus ſenſualis atq; brutus. ⁊ q appetitus hic partis rationalis ſit particula: littera ſequens ſtatim inſinuat. nam prius dictum eſt electionẽ eſſe preconſiliatam voluntatem: hoc vero in loco dicitur electio eſt appetitus deliberatiuus. ¶ Electio/ electio perfecta: ⁊ eſt que a perfecto proficiſcitur habitu. cõſultamus enim/ atq; imperfecte eligimus ante moralium ha-
9 bituum conſecutionem. ¶ Ut mens actiua ad virtutes morales: ita mẽs factiua ad artes mechanicas. ¶ Effectionẽ actionis eſſe gr̃a/ ⁊ actionẽ gr̃a cõtemplationis: id indicium eſt mundũ factũ eſſe vt illi prouideretur/ prouideri autem illi vt que capacia erunt vitam agant in ocio atq; immortalitate beatum. imitatur enim mẽs noſtra quoad fieri poteſt illam ſummam omniumq; artificem/ omnia gubernantem ac ſapientiſſimam mentem. et quod artis opus id diuine mentis eſt rerum productio. opus prudentie: prouidẽtia eſt atq; rerum gubernatio. et ſapientie opus/ illa intima ſupreme mentis ſuipſius comprehenſio. ergo per artem/ imitamur rerum creationem ſiue potius ipſum res omnes creantem. per prudentiam ipſum omnibus prouidentẽ. per ſapientiam ipſũ in ſeipſo manẽtẽ ⁊ quaſi i beatiſſima ſui cõtẽplatiõe q̃ſcẽtẽ. ſʒ alteri⁹ ſunt cõtẽplationis.
¶ Secundum cap. quinq; concluſionibus/ et duobus correlarijs partitum eſt.

5 Secundi capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Actionum humanarum minime ſenſus principium eſt. Nam tria ſunt anime: que principia agendi contemplandiq; licet augurari ſenſus/ intellectus/ appetitus. at ſenſus agendi principium non eſt. nam belue ſenſum habent: actionis aũt ſunt expertes.
6 ¶ Secunda concluſio. Principium agendi eſt appetitus rectus: vere rationi conſultatiue mentis conſentaneus. Nam id in appetitu proſecutio eſt/ atq; fuga: quod in mente affirmatio/ atq; negatio. ergo cum ſecundũ aliquã virtutum moris agimus: opʒ appetitum proſequendi/ fugiendiq; rectũ eſſe. ⁊ mentem quid proſequẽdum/ quid ve fugiendũ/ vere dicere: hunc vero proſequi aut fugere. nam virtus moris: habitus electiuus eſt. et electio/ eſt appetitus conſultatiuus: immo (vt iam alias viſum eſt) preconſiliatus. conſilium autem: cõſultatiua parte mentis peruestigatur. oportet igitur (vt dictum eſt) ⁊ appetitum rectum eſſe: ſi electio ſtudioſa futura ſit. ⁊ mentem que recte proſequẽda ſunt/ vere iudicare appetitũ proſequi/ ⁊ hec mens actiua dicit̃/ pariter ⁊ eius veritas actiua. principium igit̃ agẽdi eſt appetitus rectus: vere rationi mentis conſultatiue/ admi-
7 niſtratiue actiueq; conſentaneus. ¶ Tertia concluſio. Bonum ac malũ contemplatiue mentis minime agẽdi/ faciendiq; principium eſt. Nam eius bonum ⁊ malum: verum ⁊ falſum. hoc enim omnis mentis opus ẽ. ſed hoc intereſt: q verum mentis actiue/ appetitui recto conſentaneum eſt. verũ autem contemplatiue: nõ q
8 circa neceſſarium ſit/ cuius proſecutionem aut fugam: conſultatione minime molitur appetitus. ¶ Quarta concluſio. Electio agendi principium eſt vnde motus/ at non finis eſt atq; id gratia cuius agendum eſt. Nam appetitus electionis principium eſt/ pariter ⁊ id gratia cuius/ ipſiuſq; finis ratio/ electionis principium. non eſt igitur electio principium cuius gratia agitur. que cum nota ſit eſſe agẽdi principium: relinquitur eſſe prin-
9 cipium vnde motus. ¶ Correlarium. Unde euenit: vt neq; ſine intellectu/ atq; mente neq; ſine habitu moris ipſa ſit electio. ¶ Primo quidem. nam electio non eſt ſine bona actiõe/ ſi ſtudioſa eſt: aut cõtraria/ ſi vicioſa. at ſine mente/ moriſq; habitu non eſt actio bona/ aut contraria. non eſt igitur electio ſine mente/ moriſq; habitu. ¶ Secundo. mens ipſa ſine habitu nihil ad agendum mouet/ ſed mens ipſa formata vt actiua/ ⁊ que eſt alicuius aut actionis/ aut effectionis gratia. et mens actiua: menti effectrici preeſt. nam omnis qui facit: gr̃a huius facit. ⁊ mentis actiue: id quod efficitur ſimpliciter finis nõ eſt/ ſed ad aliquid et alicuius eſt/ vt eius qd agitur gratia. id autem quod agitur non ita ſe habet. nam ipſa bona actio finis ⁊ appetitus actiuus eius gra-
10 tia eſt. non igitur abre dictum eſt: mentem actiuam menti preeſſe factrici. ¶ Secundum correlarium. Fit iterum: vt electio/ vel intellectus ſit appetitiuus/ vel appetitus intellectiuus. et tale principiũ habens homo ẽ.
11 ¶ Quinta concluſio. Electio non eſt preteritorum: ſed futurorum/ atq; contingentiũ. Nam nulla res facta/ eligibilis eſt. vt nemo eligit expugnaſſe Ilium/ neq; omnino conſultat de eo quod factum eſt. naʒ quod factũ eſt: infectum eſſe non poteſt. ⁊ proinde recte cecinit Agatho
Hoc etiam ipſe deus/ ſoloq; carere videtur:
Infectum vt faciat quod iam factum atq; peractum eſt.
Sʒ cõſultam⁹ de futuro atq; cõtingẽti. igitur electio preteritorũ nõ eſt: ſed futurorũ/ atq; cõtingentium.

12 De ipſis igit̃ ruſ⁹ dicamus opʒ: altius initio ſumpto. Sint itaq; ea q̃bus verũ anima dicit affirmãdo/ aut negãdo numero quinq;. Hec autẽ ſunt ars/ ſcientia/ prudentia/ ſapientia/ intellectus. Fieri enim poteſt: vt fal- **Cap. III.**
13 ſum exiſtimatione/ opinioneq; dicat. ¶ Scientia igitur quidnã ſit hinc perſpicuum eſt: ſi exacte dicere opʒ/ ⁊ nõ ſimilitudines ſequi. oẽs eni putam⁹ id qđ ſcim⁹/ aliter ſeſe habere nõ poſſe. que vero poſſunt aliter ſe habere/ poſt cõtẽplationẽ latẽt ſi ſint an nõ ſint. ipſum ergo ſcibile neceſſario eſt: ergo eſt eternum. que enim neceſſario
14 ſimpliciter ſunt: eterna ſunt oia. ¶ At eterna ĩgenita/ ⁊ incorruptibilia ſũt. ¶ Preter-
15 ea omnis ſciẽtia doceri/ ⁊ ſcibile diſci poſſe videt̃. ¶ Ate ex antea notis (vt in ſolutiuis etiam diximus) fit omnis doctrina. Nam alia per inductionem/ alia p̃ ratiocinationẽ efficitur. atq; inductio quidem principiũ eſt ipſius vniuerſalis. Ratiocinatio autẽ eſt ex vniuerſalibus. ſunt enim pricipia ex quibus ipſa ratiocinatio conſtat/ quorũ non eſt

ratiocinatio:ergo inductio. Scientia ergo demõſtratiuus eſt habitus: ⁊ cetera que in
reſolutiuis determinauimus. ¶ Cum enim quiſpiam ſcit: cum aliquo modo credit/ et
ſunt ipſi principia nota. ſi enim non ſint magis ꝙ concluſio nota: per accidẽs habebit
ſcientiam. De ſcientia igitur ſit hoc modo determinatum. 12

¶ Tertij capitis note. ¶ Suſpicio/ exiſtimatio/ opinio. ¶ Ratiocinatio: ſyllogiſmus/ entymema. 15
¶ Sub inductione exemplu: vt ſub ſyllogiſmo entymema/ comprehendimus.
¶ Tertium cap. tribus concluſionibus et quinq; proprietatibus diſtinctum eſt.

Tertij capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Expedit altius repetere determinatio- 12
nis exordium aliquorum: que pauloante dicta ſunt. Nam pauloante dictum eſt omnẽ mentez circa verum vt
ſuum bonum verſari. at habitus quibus anima ſolum verum dicit aut affirmando aut negando quinq; ſunt
numero: ſcientia/ ars/ prudentia/ intellectus ac ſapientia. expedit igitur ab ipſis determinationis initium au
ſpicari. ⁊ ꝙuis exiſtimatio opinioq; / mentis ſit habitus: non tamen anima veruz co ſolum dicit. nam plerũq;
vſu euenit/ vt exiſtimatione/ opinioneq; falſum dicat. ¶ Secunda concluſio. Scientia/ exacta quidem ⁊ non 13
tranſlatitie dicta: ſcibilium neceſſariorum/ atq; eternorum eſt. Nam ſi de ſcientia exacte loquimur/ neq; ſimi
litudines querimus: hinc quod dictum eſt perſpicuum eſſe poteſt/ ꝙ omnes quidẽ putamus idipſum quod ſci-
mus/ ſeſe aliter habere non poſſe. nam que aliter ſeſe habere poſſunt: poſt conſiderationem ipſam nos fugiũt
ſint ne an non ſint. ipſum igitur ſcibile: neceſſarium eſt. quod autem neceſſarium: eternuz eſt. que enim neceſ-
ſaria ſimpliciter ſunt: eterna ſunt omnia. ſcientia igitur exacta et non tranſlatitie ſumpta: ſcibilium neceſſa- 14
riorum eſt/ atq; eternorum. ¶ Tertia concluſio. Scientia itidem ingenitorum/ incorruptibiliumq; eſt. Nam
ſcientia (vt modo dictum eſt) eternorum eſt. igitur ingenitorum/ atq; incorruptibilium. ſiquidem omne eter- 15
num/ ingenitum et incorruptibile eſt. ¶ Affectiones/ proprietateſq; ſcientie. Prima. Omnis ſcientia doce-
ri poteſt/ ⁊ omne ſcibile diſci. Secunda. Omnis ſcientia eſt ex antea notis. nam vt in poſterioribus analyti-
cis dictum eſt: omnis doctrina ex precedenti fit cognitione. Tertia. Omnis ſcientia ratiocinatione efficitur.
Nam doctrinarum alia inductione paratur/ alia vero ratiocinatione. que inductione paratur ea eſt que vni-
uerſalis atq; ipſius ſcientie principij. igitur ſcientia ratiocinatione efficitur. eſt enim inductio: via/ principi-
umq; ipſius cognoſcendi vniuerſalis/ et ratiocinatio ex vniuerſalibus conſtat. hec autem vniuerſalia princi-
pia ſunt. non ab re igitur euenit cum ipſorum non ſit ratiocinatio: ipſorum eſſe inductionem. Quarta. Om-
nis ſcientia demonſtratiuus eſt habitus/ et reliqua que in poſterioribus analyticis determinata ſunt. Quin-
ta. quiſquis habet ſcientiam: principijs credere debet/ atq; illa ipſi eſſe nota/ et magis quidem ꝙ ipſa con-
cluſio. alioquin ſi ipſa principia non ſint magis concluſione nota: per accidens duntaxat habebit ſcientiam.
ſed de ſcientia ſatis: hoc modo determinatum ſit.

Eorũ aũt ꝙ aliter ſeſe hr̃e poſſunt: eſt et aliquid quod ſub effe- Cap. IIII. 16
ctionem: ⁊ aliquid quod ſub actionez cadit. Diuerſa vero ſunt effectio: atq;
actus. de his autem ipſis et externis ſermonibus credimus. Quare et habi-
tus qui cũ rõne actiuus eſt: diuerſus eſt ab eo habitu qui cũ ratione eſt effecti-
uus/ neq; alterũ ab altero ꝯtinet. neq; enĩ effectio actus eſt: neq; actus effectio. ¶ Atq; 17
cũ extruẽdarũ ediũ facultas/ ars ꝗdã ſit/ ac habit⁹ ꝗdẽ faciẽdi cũ rõne/ nullaq; ſit ars ꝙ
nõ ſit habitus faciendi cum ratione/ nec vllus habitus talis qui non ſit ars: fit vt idez
ſit ars/ atq; habitus faciendi vera cum ratione. ¶ At vero circa generationez ars oĩs 18
verſat: ⁊ inuentionẽ/ cõtẽplationẽve/ quonã pacto fiat eorũ aliquid ꝙ ⁊ eſſe/ ⁊ nõ eſſe
poſſunt/ ⁊ quorum principium non in eo quod efficitur/ ſed in ipſo eſt faciente. ¶ Naz 19
neq; eorum que neceſſario ſunt/ vel fiunt eſt ars: neq; eorũ que ſunt ſecundũ naturã.
Hec enĩ in ſeipſis habẽt prĩcipiũ ipm. ¶ Cuz aũt effectio/ atq; act⁹ diuerſa ſint: artem 20
effectiõis eſſe/ nõ act⁹/ neceſſe eſt. ¶ Atq; circa eadẽ quodaz mõ verſat ars/ ⁊ fortuna: 21
quemadmodum ⁊ Agatho dicit.

Agatho.

Quippe ars/ fortunã: fortunaq; diligit artem.

Ars igit (vt diximus) habitus eſt ꝗdẽ faciendi/ vera cũ ratione. Contrariũ aũt artis
habitus eſt faciendi/ falſa cũ ratiõe: circa id quod ſeſe aliter habere poteſt.

¶ Quarti capitis note. ¶ Factiuus effectiuus. ¶ Factio/ effectio. ¶ Alio in loco/ externis ſermonibus/ in 16
metaphyſicis.
¶ Quartum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

Quarti capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Habitus qui eſt cum ratione actiuus 16
ab eo diuerſus eſt qui cum ratione effectiuus eſt/ neq; alterum ſub altero continetur. Nam contingentiũ/ atq;
eorum que aliter ſeſe habere poſſunt: quoddam eſt quod ſub effectionem cadit/ quoddam vero ſub actionem.
et effectio/ ⁊ actio diuerſa ſunt: vt alio quoq; in loco declarata credere debemus. igitur habitus qui eſt cum
ratione actiuus: ab eo diuerſus eſt qui cum ratione effectiuus eſt/ neq; alterum quidem ſub altero continetur.
nam neq; effectio/ actio eſt: neq; actio effectio. ¶ Secunda concluſio. Idem eſt ars/ et habitus vera cum ra- 17
tione factiuus. Nam cum edium extruendarum facultas ſit ars/ et eadem ſit habitus vera cum ratione facti-
uus/ et nulla inueniri queat ars que eadem non ſit habitus vera cum ratione factiuus/ atq; contra nullus ha
bitus vera cum ratione factiuus qui idem non ſit ars: fit igitur recte vt idem ſit ars/ atq; habitus vera cum
ratione factiuus. ¶ Tertia concluſio. Omnis ars circa generationem/ artificijq; productionem verſatur. 18
Nam artifex omnis totus occupatus eſt circa inuentionem/ conſiderationemq;: quonam pacto fiat aliquod
artificiorum/ que quidem et eſſe poſſunt/ atq; poſſunt non eſſe/ et quorum principium non in eo eſt quod
efficitur/ ſed in ipſo eſt efficiente. ars igitur omnis: circa generationem/ productionemq; rei verſatur.

19 ¶ Quarta concluſio. Ars neq; eorum eſt que neceſſario ſunt/ſiunt ve neceſſario: neq; eorum que ſunt ſecun-
20 dum naturam. Nam hec in ſeipſis principium ſui habent: artificia vero non. ¶ Quinta concluſio. Ars non
eſt actiõis. Nã effectio/ et actio diuerſa ſunt diuerſorũq; habituũ. at ars eſt effectiõis/ igit ars nõ eſt actionis.
21 ¶ Sexta concluſio. Circa eadẽ quodã mõ verſat ars atq; fortuna. Hoc ipſum Agathon affirmat id qdẽ hoc
Quippe ars fortunam/ fortunaq; diligit artem. (carmine teſtatus.
Ex ia dictis igitur colligere poſſumus artem eſſe habitum vera cum ratione factiuum. Et atechnia artiſq;
cõtrariũ: idẽ idẽ circa idipſum qd aliter ſeſe habere poteſt eſſe habitum/ ſeſe falſa cum ratiõe factiuum.

22 Ex prudentia vero quenam ſit hoc perceperim⁹ pacto: ſi cõtẽplabi- Cap. V.
23 O ntur quoſnam ipſos prudentes dicimus eſſe. ¶ Videtur itaq; prudẽtia eſſe/
bene cõſulere poſſe circa ea que ſibi ſunt bona/ ac proſunt: non aliqua ex par-
te/ vt quenam ad ſanitatem vel vires/ ſed quenam ad bene viuendum omni-
no conducant. Argumento eſt id ita eſſe: eos etiam qui circa aliquid verſantur pruden
tes dici/ cum bene ad finem ſtudioſum aliquem/ excogitauerint ea/ quorũ nulla ẽ ars.
24 quare et omnino prudens is eſt qui ad conſultandum eſt aptus. ¶ Conſultat autẽ de
25 ijs nemo: que aliter ſeſe habere non poſſunt/ aut de ijs que ipſe agere nequit. ¶ Quare
ſi ſcientia quidem eſt cum demonſtratione (quorum autem principia aliter ſeſe habere
poſſunt: eorũ non eſt demonſtratio / cuncta enim et aliter ſeſe habere poſſunt) neq; de
ijs que ſunt neceſſario/ conſultatio fieri põt: ipſa prudentia profecto/ neq; ſcientia/ neq;
ar s eſſe põt. ſcientia qdẽ: quia quod ſub actionẽ cadit aliter ſeſe habere põt. ars autem:
26 q aliud actionis/ aliud effectionis eſt genus. ¶ Reſtat ergo habitum ipſam eſſe agẽdi/
27 vera cũ ratiõe: circa ea que ſunt bona homini atq; mala. ¶ Finis enĩ effectiõis: eſt qd
28 aliud preter ipſam effectionem. actionis vero nõ ſemp. eſt enim ipſa bona actio/ finis.
¶ Quocirca Periclem et viros tales arbitramur eſſe prudentes: quia que ſibiipſis/ et q
ceteris hominibus ſũt bona/ perſpicere poſſunt. eſſe autem eos tales putamus qui ad
29 rem familiarem atq; ad rempublicam adminiſtrandã ſunt apti. ¶ Unde et temperã
tiam cõſeruatricẽ prudẽtie appellamus. Cõſeruat autẽ talẽ exiſtimationẽ. Voluptas
enĩ et dolor nõ oẽm exiſtimationẽ corrũpit/ atq; peruertit. nõ enĩ hãc triãgulũ tres an
gulos eq̃les duob⁹ rectis hr̃e. ſed eas q circa id habent: qd cadit in actionẽ. nã p̃ncipi-
um qdẽ rerũ agẽdarũ. i. gr̃a cui⁹ ſũt ipſe. ei vero q corrupt⁹ eſt ob voluptatẽ aut dolo-
rẽ: cõtinuo nõ videt p̃ncipiũ ipm/ nec huius gr̃a ac ꝓpter hoc ipm/ expetenda eſſe vni-
uerſa atq; agẽda. Viciũ enĩ: p̃ncipij corruptiuũ eſt. Quare prudẽtiã habitũ eſſe agẽdi
30 circa humana bona/ vera cũ rõne: neceſſe eſt. ¶ At vero artis quidẽ eſt virtus: pruden-
tie vero nõ eſt. Et in arte qdẽ q ſua ſpõte peccat magis ẽ expetẽd⁹. circa vero prudẽtiã
31 min⁹. quẽadmodũ et circa v̄tutes. p3 igit prudẽtiã virtutẽ quãdã eſſe: nõ artẽ. ¶ Cũ
aũt due ſint aie partes rõnẽ hñtes: alteri⁹ erit ipſa prudẽtia virt⁹. ipſi⁹ inq̃ opinatiue.
nã opinatio circa id verſat/ qd alit ſeſe hr̃e põt: et prudẽtia ipſa. Atqui neq; habitus eſt
cũ rõne ſolum. huius autem indicium eſt/ talis quidem habitus obliuionem eſſe: pru
dentie vero non eſſe.

32 ¶ Quinti capitis note. ¶ Pericles/ quidã Athenienſiũ dux/ philoſophus fuit/ Orator/ Anaxagore diſcipu- Pericles
lus. vna cum Sophocle Tragico Lacedemoniorũ iniurias repreſſit. et cum Lacedemonij Atticos fines depo- Anaxagoras
pulaturi eſſent: Athenienſes ad conſilium conuocauit conſuluitq; rem ad victoris tempus eſſe differendam/ Sophocles
cum tunc illis ſine periculo reſiſti non poſſet. et futurum vt ipſi ſuos agros non tangerent: vt aduerſus ipſum Lacedemonij
populũ cõcitarẽt/ inuidiã cõflarẽt et ex ſuſpicione proditiõis infamiã: et proinde extunc agros ſuos ad inuidie Athenienſes
impetũ declinandũ/ reipublice cõceſſit. que res cũ(vt preuiderat) cõtigiſſ3 vnde ſibi periculum queſitum fue- Juſtinus.
rat: ſua prudentia magnã ſibi cõſecutus eſt gloriã. Ex Juſtino.
¶ Quintum cap. nouem concluſionibus/ et vna diffinitione partitum eſt.
Quinti capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Expedit de prudente: determinationẽ
22 ſuſcipere. Nam ſi determinauerimus quos prudentes eſſe dicimus/ hoc pacto de prudentia quenam ipſa ſit:
facilis erit deprehenſio. Expedit igitur eiuſce rei conſideratio. ¶ Secunda concluſio. Prudentis eſt nõ mo-
23 do ſecundum partem poſſe bene conſulere: ſed de ijs omnino que ad bene/ beateq; viuendum conducunt.
Nam prudentis munus/ officiumq; eſt: non modo qualia ad ſanitatem/ vel robur in republica conferant con-
ſulere/ ſed omnino que ad beatam vitam/ cuiuſquidem rei argumentum id eſt. nam eos prudentes dicere ſo-
lent qui circa aliquid eorum verſantur: que opificia non ſunt/ et circa que ars nulla verſatur/ cũ ea quidem be-
ne ad aliquem ſtudioſum finem excogitauerunt. omnino igitur prudens is erit: qui omnino ad conſultandum
aptus/ idoneuſq; erit. nõ eſt igitur prudentis ſolum particulariter conſulere poſſe: ſed omnino/ atq; vniuerſa-
24 liter que ad beatum vite ſtatum efficiunt/ conducuntq;. ¶ Tertia concluſio. Prudentis non eſt de omnib⁹ cõ
ſultare. Nam nemo conſultat de ijs que aliter ſeſe habere non poſſunt/ aut de ijs que nullo pacto agi poſſunt:
quemadmodum ipſa neceſſaria ſunt atq; impoſſibilia. igitur prudentis nõ eſt: de talibus conſultare. non itaq;
25 de oĩbus conſultat. ¶ Quarta cõcluſio. Prudẽtia neq; ſciẽtia neq; ars eſſe põt. Sciẽtia quidẽ primo nõ erit:
quia ſcientia cum demonſtratione eſt: prudẽtia aũt ſine demonſtratione. nam quorum principia aliter ſeſe ha
bere poſſunt: non eſt demonſtratio. quandoquidem et cuncta que ſequuntur: aliter ſeſe habere poſſunt. Secun
do. quia ſcientia eſt eorum que neceſſaria ſunt: prudentia vero non/ ſed de ijs quorum eſt cõſultatio, atqui de

ijs que neceſſaria ſunt/conſultatio fieri non poteſt. prudentia igitur ſcientia non eſt. nam nihil quod prudētia
agit: neceſſarium. at ꝙ ars nō ſit ideo ē: ꝙ actionis aliud ē genus/ atq; aliud effectionis. ¶ Diffinitio pruden- 26
tie. Ex his hec reſtat prudentie diffinitio elicienda. Prudētia eſt circa hominis bona/atq; mala habitus: ve-
ra cum ratione actiuus. ¶ Quinta concluſio. Actio/ effectioq;: fine differunt. Nam ſemper effectionis finis 27
aliud quicq̃ eſt preter effectionem: actionis vero nō ſemper aliud quicq̃ preter actionem. eſt enim ipſa bona
actio finis. ¶ Sexta concluſio. Prudentes tales exiſtimari debent: vt qui ad rem familiarem gubernandā/ 28
pariter ⁊ ciuilem ſint apti atq; idonei. Nam ob idipſum Periclem viroſq; ſimiles prudētes exiſtimauerūt:
ꝙ que ſibi ipſis/ ſuęq; familie/ ceteriſq; ciuibus bona eſſent/bene proſpicerēt. q̃ aūt hec ⁊ ſibi ipſis et ceteris
bene proſpiciūt: ad rē familiarē/ pariter ⁊ publicā miniſtrādā apti/ idoneiq; ſunt. tales igit̃ eſſe prudētes: me-
rito exiſtimari debent. ¶ Septia ꝯcluſio. Tēperātia prudētiā ſaluat: voluptas aūt ⁊ dolor eandē peruertit. 29
Nā tēperātia icolume ſeruat iudiciū/ rectāq; circa agēda exiſtimationē. ergo merito tēperātiā iuſtitie cuſto
dē/ ꝯſeruatricēq; nūcupamus.. Sed voluptas atq; dolor (⁊ ſi nō oē iudiciū corrūpit: nā iudiciū nō corrūpit tri
angulū. ſ. tres angulos duobus rectis equos h̃re) tamē iudiciū/ rectāq; exiſtimationē oēm: circa agēda corrū
pit/ atq; peruertit. neq; ab re q̃dē. nā rerū agēdarū p̃cipiū: finis eſt/ atq; id cuius grā. at vero qui ob volupta
tē/ aut dolorē corruptus ē: ei protinus tale principiū minime apparebit. neq; apparebit eius grā/ atq; ob idip-
ſum expetēda/ agēdaq; eſſe vniuerſa. perturbatio eni principiū corrūpit. quare ſūmopere omnibus expedit
humanis: prudentiam habitum eſſe ad recte/ veraq; cum ratione circa ea ipſa bona humana/ agendum.
¶ Octaua concluſio/ Prudentia virtuti annexa eſt: non autem ars ipſa. ¶ Primo. quia arti/ virtute opus 30
eſt: non autem prudentie. ¶ Secundo. quia qui in arte/ ſua ſponte peccat: magis eſt eligendus. circa autem
prudentiam: qui ſponte peccat/ minus. quēadmodum ⁊ qui ſponte circa moris virtutes peccat. eſt igitur pru-
dentia virtus quedā/ virtutiq; annexa: non autem ars ipſa. ¶ Nona concluſio. Prudentia opinatiue partis 31
mentis habitus exiſtit: attamē ab opinione altera eſt. Nam cum due ſunt partes mentis que rationis parti-
ceps eſt: earum alterius partis prudentia virtus aſciſcenda eſt. at non niſi opinatiue: quandoquidē ⁊ opinio/
et prudentia circa ea verſentur vtraq; que aliter ſeſe habere poſſunt. at ab opinione alteram eſſe/ hinc liquet:
ꝙ opinatio in ſola ratione conſiſtit/ non autem prudentia quod hoc indicio deprehendi poteſt. nam opinionis
pōt eſſe obliuio: prudentie autē eſſe non contingit. conſtat igitur prudentiam: opinatiue partis mentis habi-
tum eſſe. at ab opinione tamen alteram eſſe.

CUm autem ſcientia exiſtimatio ſit de vniuerſalibus ⁊ ijs q̃ ne- Cap. VI. 32
ceſſario ſunt: ſintq; demōſtrabiliū/ ſciētieq; oīs/ p̄cipia (eſt eni ipſa ſciētia
cū rōne) p̄cipij rei ſcibilis nec eſt ſciētia/ nec ars/ nec prudētia. ſciētia: q: ip̄z
ſcibile demōſtrabile eſt. ars ⁊ prudētia: q: in ijs verſant̃/ q̃ ſeſe aliter habere
poſſunt. At neq; ſapiētia eſt. eſt enim ſapientis/ de quibuſdam demonſtrationem ha-
bere. ¶ Q; ſi ea quidem quibus verum dicimus/ ⁊ nunq̃ falſum in ijs que poſſunt aut 33
non poſſunt aliter ſeſe habere/ hec ſunt/ ſcientia/ prudentia/ ſapientia/ intellectus/ ho-
rum autem trium habituum nullus eſſe poteſt/ atq; tres dico/ prudentiam/ ſcientiā/
ſapientiam: reſtat intellectum eſſe principiorum.

¶ Sexti capitis note. ¶ Intellectus: eſt habitus principiorum. ¶ Principia ſunt: que per ſeipſa ⁊ non per 33
alia fidem habent. Alia principia.
¶ Sextum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

Sexti capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Principiorum ſcientiarum: neq; ſciētia/ 32
neq; ars/ neq; prudentia/ neq; ſapientia eſt. Nam cum ſcientia ſit ⁊ vniuerſalium/ ⁊ neceſſariorum certa que-
dam comprehenſio/ ⁊ cū talium neceſſariorū/ imo vniuerſe ſcientie ſint p̄cipia. ē eni ſciētia ex ratiocinatio-
ne. hinc ergo ſcientie principij/ ſcientiam non eſſe: cognoſcere eſt perfacile. nam ſcibile demonſtrabile ē: prin
cipium autem ipſum minime. Neq; ars quidem/ aut prudentia erit. nam ars ⁊ prudentia: eorum ſunt que ali
ter ſeſe habere poſſunt. principium autem aliter ſeſe habere non poteſt. neq; ſapientia. nam ſapientis eſt de q
buſdam demonſtrationem afferre. principiorum autem demonſtratio nulla ē. igitur principiorum: neq; ſcien
tia ars/ prudentia/ neq; ſapientia eſt. ¶ Secunda concluſio. Intellectus: habitus ē principiorum. Nam cum 33
habitus quibus verum dicimus/ et nunq̃ falſum/ cum in ijs que poſſunt/ tum que non poſſunt aliter ſeſe habe
re/ ſint ſcientia ars/ prudentia/ intellectus et ſapientia/ et habitus principiorum/ vnū e quattuor: ſcientia/ pru
dentia/ intellectus/ aut ſapientia ſummopere eſſe videatur/ non ſit autem aliquod trium ſcientia prudentia/
aut ſapientia: relinquitur igitur vt principiorum habitus/ ſit intellectus.

SApiētiam autem in artibus ijs tribuimus/ qui in ipſis ſunt ex- Cap. VII. 34
actiſſimi. Phidiam enim ſapientem ſculptorem lapidum dicimus: ⁊ Poly
cletum ſtatuarium identidem ſapientem. Atq; hic ſapientiam nil aliud in-
telligimus ꝙ ipſius artis virtutem. At quoſdam etiam eſſe ſapientes omni-
no/ nō aliqua ex parte nec aliq̃d aliud ꝙ ſapiētes arbitramur. vt ī margite dixit Ho-
Homerus. Diuum is munere: nec foſſor nec durus arator. (merus.
Nec ſapiens alia vlla nimirum extitit arte.
Quare cōſtat exactiſſimā ſcientiarū ipſam ſapientiā eſſe. ¶ Sapientē ergo nō ſolū ea 35
ſcire q̃ ex principijs cognoſcūtur: ſed etiā circa principia dicere vera oportet. quare ſa-
pientia/ intellectus eſt et ſcientia: et (vt caput habēs) ſcientia eorum que honorabiliſſi
ma ſunt. ¶ Perabſurdū eſt aūt ſi quiſpiā facultatē ciuilē/ aut prudētiam ſtudioſiſſimā
eſſe putet/ ſi nō ſit hō eorū optimū q̃ ſunt in mundo. ¶ Q; ſi ſanum quidem/ ac bonum 36
aliud eſt hominibus/ aliud piſcibus/ albū aūt et rectū ſemꝑ eſt idē: ⁊ ſapiens omnes

idem profecto/prudens vero diuerſum dixerint eſſe. Singula namqꝫ quod ſuum per-
ſpicit bonū:id prudens dixerint eſſe/eiqꝫ ſeipſa gubernanda commiſerint. Quapropt
et nonnulla mutorum animaliū prudentia dicunt eſſe:quecūqꝫ ſua in vita prouiden-
di vim habere videntur. Conſtiterit autē eandem non eſſe ſapientiam ⁊ facultatem ci
uilē. ❡ Nam ſi eam facultatē ſapientiā eſſe dicent/que circa cōmoda propria verſatur:
multe ſane ſapientie erūt. nō enī vna circa omniū animaliū bonum:ſed alia/atqꝫ alia
circa vnūquodqꝫ verſatur/niſi de omnibus que ſunt:vna ſit ⁊ facultas medendi. ꝙ ſi
homo preſtantiſſimū eſſe ceterorū animaliū diceretur:nil refert. etenim homine ſunt
alia longe diuiniora natura. vt hec manifeſtiſſima/ex quibus ipſe conſtitit mundus.
Patet igitur ex ijs que diximus:ſapientiam ſcientiā eſſe ⁊ intellectum/eorum que ho
37 norabiliſſima ſunt natura. ❡ Quapropter Anaxagoram/⁊ Thalem/⁊ ſimiles ſapien-
tes quidem:at non prudentes inquiunt eſſe. cum vident ipſos propria cōmoda ignora
re:⁊ ſuperflua quidē/⁊ admirāda/⁊ difficilia cognitu/diuinaqꝫ ſcire ipſos/ſed inuti-
lia dicunt quia non querunt bona humana. prudentia autē circa humana verſatur:⁊
in quibus habet conſultatio locum. prudentis enim hoc maxime opus dicimus eſſe/
beneqꝫ inqꝫ conſulere. ❡ Conſultat autem de ijs nemo:que aliter ſeſe habere non poſ-
ſunt:⁊ quorum non eſt aliquis finis/atqꝫ is bonum agendum. Is autem ad bene cō-
ſulendum eſt ſimpliciter aptus: qui coniectura quod eſt homini optimum eorū que
cadunt in actionem:excogitando mente capere poteſt. ❡ Neqꝫ prudentia eſt vniuer-
ſalium ſolū. ſed ſingula etiā oportet cognoſcere. eſt enim actiua:⁊ actio circa ſingula
38 ipſa verſatur. ❡ Quapropter et neſcientes nonnulli/magis ꝙ nonnulli ſcientes:ido-
nei ſunt ad agendum. ⁊ in ceteris ij qui ſunt experti. Nā ſi quiſpiam ſciat leues car-
nes facile concoqui/ac eſſe ſalubres que vero ſint leues ignoret:non efficiet ſanitatem.
ſed qui ſcit auium carnes leues eſſe/atqꝫ ſalubres:is efficiet magis. prudentia autem
eſt actiua. quare vtramqꝫ cognitionem/aut hanc potius habere opꝫ. fuerit autē quedā
⁊ hec architecture ſubiens rationem.

35 ❡ Septimi capitis note. ❡ Sapientia/ſcientia eſt vt caput habens:ꝙ diuinorum contemplatrix ſit/et vt in
altiſſima ſpecula longe cuncta digniſſime pſpectās. ❡ Manifeſtiſſima celi entia beata. ❡ Fuerit aūt ⁊ hec
36 hec altera ſcilicet vniuerſalis cognitio. Nam ea ijs eſt vt artifex ⁊ architectus. particularis autē ijs eſt vt ex-
38 pertus. artifex autem precſt precellitqꝫ experto.

❡ Septimū cap. tribus concluſionibus/et tribus correlarijs partitum eſt.

34 Septimi capitis cōmentarius ad literam. ❡ Prima concluſio. Sapientiam ſcientiā eſſe exactiſſimā:par/
atqꝫ conſentaneum eſt. Nam ſapientiam in artibus tranſlatitie ijs tribuimus artificibus:qui in ipſis ſummi
exactiſſimiqꝫ euaſerunt. vt Phidiam ſapientem lapidum afformatorem/effigiatoremqꝫ dicimus:⁊ Polycle
tum edemtidem ſtatuarium ſapientem. atqui his hunc in modum ſapientiam tribuentes:per ſapientiam ni-
chil aliud intelligimus ꝙ ipſius artis virtutem/perfectioniſqꝫ apicem. at vero quoſdam omnino eſſe ſapien-
tes arbitramur/non quidem aliqua ex parte/⁊ ex additione quadam: ſed ſimpliciter/neqꝫ ob aliud quicqꝫ.
quēadmodum de Margite canit Homerus. Homerus
Hunc neqꝫ foſſorem neqꝫ dij fecere colonum:
Nec reliqua ſapiens vlla fuit arte ſtipendus.
Conſentaneum igitur eſt:ſapientiā ipſam ſcientiarum eſſe exactiſſimā. ❡ Secunda concluſio. Sapiētia in-
35 tellectus ⁊ ſcientia eſt. ſcientia quidem vt caput/aliarumqꝫ apicem tenens:eorum que in natura ſunt hono-
rabiliſſima. Nam ſapientē non ſolum decet ea cognoſcere/que ex principijs dinoſcuntur:ſed et eundē circa pri
cipia:vera determinare oportet ⁊ quidem honorabiliſſimorum in natura. eſt igitur ſapientia intellectus/pa
riter et ſcientia:eorum que honorabiliſſima ſunt in natura caput/ſummitatemqꝫ tenens. nam vt predetermi-
36 natum exactiſſima. ❡ Tertia concluſio. Sapientia non eadem facultati ciuili/aut prudentie: exiſtimanda
eſt. ❡ Primo quidem. quia virtutum mentis:ſapientia optima eſt. atqui abſurdum eſt peritiam ciuilē aut
prudentiam:virtutum exiſtimare optimā/niſi homo optimum ſit eorum que in vniuerſo exiſtunt. non eſt igi
tur ſapientia:ciuilis facultas/aut prudentia. ❡ Secundo. vt album vt rectum ſemper eſt idem:ita quoqꝫ qꝺ
ſapiens eſt/ſemper vnum eſſe dixerint omnes. ⁊ vt ſanum quidem ac bonū aliud eſt hominibus aliud eſt pi-
ſcibus:ita ſane quod prudens eſt varium diuerſumqꝫ eſt. cuncti enim ea que ſibi bona ſunt proſpicere valen-
tem:illum prudentem dicunt. ⁊ proinde ſui curam/atqꝫ gubernamen ei tute cōmittunt. et nonnulla mutorū
animalium prudentia eſſe dicunt: vt quecunqꝫ vim circa ſuam vitam prouidendi/retinent. conſtat igitur ſa-
pientiam non eſſe eandem/ac facultatem ciuilem/aut prudentiam. ❡ Tertio. ſi ſapientiam/eam facultatem
eſſe poneremus/que circa propria cōmoda verſatur:iam valde varias ſapientias efficeremus. nam non vna
circa omnium animalium bonum facultas ſed alia/⁊ alia circa vnūquodqꝫ verſatur/niſi forte dixeris omniū
vitam eſſe medendi facultatem. ⁊ ſi quis homo ceterorum animaliū perfectiſſimū eſſe ſtatuatur:nichil refert.
nam ſunt alia pleraqꝫ longe homine diuiniora natura:⁊ hec manifeſtiſſima ex quibus coaleſcit mundus. non
igitur ſapientia ciuilis facultas eſt/aut prudentia:ſed quemadmodū ex ijs que diximus patuit/ſapiētia:in-
tellectus eſt/⁊ ſcientia eorum que honorabiliſſima ſunt in natura. ❡ Correlarium. Quopropter Anaxagorā
37 Talem ⁊ ſimiles:ſapientes quidem/at non prudentes eſſe dicunt. Nam eos vident propria negligere cōmo
da/⁊ vite ſuperuacanea/admiranda/ſcitu difficillima/diuinaqꝫ ipſos callere. ſed hec inutilia putāt:ꝙ canos

querant bona que ſunt humana. nam prudentia circa humana bona verſatur / ⁊ in quibus habet conſultatio locum. prudentie enim / vel omnium maxime opus eſt recte / beneq̃ conſulere. ¶ Quinto: ſapientia eſt eorum que aliter ſe habere non poſſunt: ⁊ que alicuius gratia non ſunt. at de iis que aliter ſeſe habere non poſſunt: nemo conſultat / ⁊ quorum non eſt aliquis finis. eſt enim finis agendorum bonorum. ⁊ omnino is ad bene conſulendum idoneus eſt: qui in rebus agendis quod homini optimum eſt / bene ratiocinando coniectura conſequitur menteq̃ capit. ¶ Sexto. ſapientia ſolum vniuerſalium eſt: prudentia nõ vniuerſalium ſolum / ſed ⁊ ſingula prudentem intueri oportet / atq̃ cognoſcere. Eſt enim prudẽtia actiua administratiuaq̃. ⁊ actio circa ipſa ſingula verſatur. non igitur ſapientia: aut ciuilis peritia / aut prudentia ipſa eſt. ¶ Correlarium. Quapropter nonnulli neſcientes / potius q̃ ſcientes nonnulli: ad agendum magis idonei 38
reperiuntur / ⁊ vt ſummatim dicatur: in ceteris magis ad operationem idonei ſunt qui iidem ſunt experti. Nã ſi quiſpiam ſciat leues carnes perfacile concoqui digeriq̃ / ac eſſe ſalubres / at vero que carnium leues ſint ignoret: is profecto ſanitatem non efficiat. ſed qui ſcit auiũ carnes leues eſſe atq̃ ſalubres: is potius efficiet ſanitatem. at prudentia actiua eſt. hanc igitur vtramq̃ cognitionem habet aut hanc potius: que experti eſt / opuſq̃ dirigit. et que vniuerſalem nouit: hec precipua eſt / architectoniceq̃ rationẽ ſubiens.

Cap. VIII.

Et qui ciuilis facultas / ⁊ prudentia idem eſt habitus: eſſe tamen ipſarum nõ 39
idem eſt. Eius autẽ que in ciuitate verſatur: ea quidẽ (que eſt vt architectura) prudentia / legum eſt ferendarum facultas. que vero in ſingulis verſatur: ciuilis / nomine cõmuni vocatur. ¶ Hec autem eſt actiua / ⁊ deliberatiua. decretum enim in actionem venit vt vltimum. iccirco rem ciuilem hos ſolos gerere dicunt. hi namq̃ ſoli agunt: perinde atq̃ ii que ſuis manibus artis conficiunt opus.
¶ Uidetur autẽ ea maxime prudentia eſſe: qua ſibiipſi quiſpiam vni querit ac proſpi- 40
cit bona. atq̃ hec ipſo cõmuni nomine prudentia nũcupatur. Illarum autẽ alia gubernandi rei familiaris: alia ferendarum legũ facultas / alia ciuilis vocatur. atq̃ huius
alia eſt deliberatiua: alia iudicialis. ¶ Cognitionis igitur quedam ſpecies fuerit: ea q̃ 41
bona ſũt ſibi ſcire. ſed magnã differentiã habet. Atq̃ qui ſciunt ea q̃ ſibiipſis ſunt bona in illiſq̃ verſantur / prudentes eſſe videntur. ciuiles autẽ negocioſi. Quapropter et Eurypides dixit.

Qui namq̃ prudens ſum: negocio ſine.
Licebat inter milites cui viuere:
Equamq̃ partem habere / cunctis ex bonis /

Querunt enim quod ſibiipſis eſt bonũ / ⁊ hoc arbitrantur eſſe agendũ. ex hac igitur opinione eſt ortũ / prudentes hoc eſſe. ⁊ tamen proprium vniuſcuiuſq̃ bonũ: nõ eſt fortaſſe ſine rei familiaris gubernatione / atq̃ ciuilis. ¶ Preterea enim quonã modo ſua cuiuſq̃ adminiſtranda ſint res: non eſt manifeſtum / atq̃ conſiderandum eſt. Indicatur id quod dicitur illo ſigno. Geometre enim iuuenes / ⁊ mathematici / ac ſapientes in talibus fiunt: prudentes autem fieri non videntur. cauſa autem eſt / ꝙ ⁊ ſingularium rerum eſt ipſa prudentia: que quidem per experientiã note fiunt. Iuuenis autem non eſt expertus. experientiã enĩ: temporis efficit longitudo. Nã ⁊ hoc quiſpiã conſiderauerit: cur puer mathematicus quidẽ fieri poteſt / ſapiens aũt / aut naturalis nõ poteſt / ¶ An quia mathematica quidẽ ſunt per abſtractionẽ: horũ vero principia experiẽtia innoteſcunt. ⁊ hec quidem adoleſcentes non credunt / ſed dicunt: illorum autẽ diffinitiones non ſunt obſcure. ¶ Preterea peccatum quod fit in cõſulendo: aut circa vni- 42
uerſale / aut circa ſingulare fieri ſolet. ignorare nãq̃ quiſpiã poteſt / aut omnes aquas
ponderoſas eſſe prauas / aut hanc ponderoſam eſſe. ¶ Prudentiam autem non eſſe ſciẽ- 43
tiã patet: eſt enim (vt dictum eſt) ipſius extremi. Tale enĩ id / quod cadit in actionem. opponitur igitur intellectui. hic enĩ eſt terminorũ / quorũ ratio non eſt. Hec autẽ eſt vltimi cuius non eſt ſcientia / ſed ſenſus / non propriorũ quidem / ſed qualis eſt is quo ſentimus id quod vltimũ in mathematicis eſt / triangulũ eſſe. ſtabitur enim ⁊ ibi / ſed hic prudentia magis eſt ſenſus / illius autẽ eſt alia ſpecies.

¶ Octaui capitis note. ¶ Negocium opera: ꝙ ocium neget. ¶ Prudentia ⁊ intellectus ideo dicuntur ha- 42
bitus oppoſiti: ꝙ intellectus a ſingularib⁹ ad vniuerſale euadit: prudẽtia vero cõtra ab vniuerſalibus ad ſin- 43
gulare. Et de prudẽtia accomodatior eſt huic diſciplinẽ determinatio q̃ de ſcientia / intellectu ⁊ ſapientia: qui ſunt habitus morali virtute ſuperiores. ⁊ de arte que eſt virtute morali inferior. iccirco bono iure de illis Ariſtotelis ſermonem contraxit. De prudentia vero latius expãdit / exactiuſq̃ ſubinde proſequitur. huic enĩ mentis actiue virtuti: ſemper virtutes morales ſunt comites / ⁊ ipſa viciſſim ſemper virtutib⁹ moralibus comes: ideo non ab re fuerit vt ⁊ de virtutibus moralibus / ita quoq̃ hic de prudẽtia adducere exempla. Huic
imprimis virtuti triplicem oculum tribuunt: memoriam intelligẽtiam / prouidentiam. primo preteri ita reſpi-
Seuerus — cit / ſecundo preſẽtia ⁊ tertio futura: virtus oculatiſſima / tota ſalubribus intenta conſiliis. Alexander Seue-
Ulpianus — rus adeo viſus legitur Ulpiani iuriſperiti prudentis viri conſiliis. v Helius Lampridius literis demandarit:
Helius — hunc principem adeo fuiſſe ſummũ imperatorem / ꝙ Ulpiani precipue cõſiliis rempublicã rexerit. nec iniuria.

nam nūꝗ̄ ꝗ̄ errare poſſunt: qui prudentem ducem ſequuntur/ ipſumqȝ audiunt. Quod non minus exemplo
Philippi Macedonum regis cognoſcitur. Philippus enim Macedo obſes triennio Thebis/ virtutibus
Epaminunde prudentis viri adeo formatus eſt: vt regno Grecie Aſie cꝫ potitus fuerit ⁊ obſcurū prius Ma Philippus
cedonum nomen rerum geſtarum gloria illuſtrauerit. Et tota Homeri in Odyſſea fictio de Vlyxe ⁊ miner= Epaminun=
ua huc contendit. vt viro debeat ſemper prudentia eſſe comes. quis enim non intelligit Homerū per miner= das
uam illic prudentiam intelligere: quam ſemper inducit Vlixi rerum agendarum conſilia preſtare/ ⁊ quorum Homerus
conſilijs ſemper innititur Vlixes. De prudentia dicebat Pitaccus: prudentie eſt priuſꝗ̄ aduerſa contingāt Vlixes
prouidere ne veniant. immo vero eius officium eſt preteritorum argumento preſentia metiri/ ⁊ futura ſapiē= Minerua
ter coniectare: mediaꝗ preſtare quibus futura bona aſſequamur: deuitemus autem noxia. Dicebat et Bion Pittacus
quantum viſus a ceteris ſenſibus: tantum prudentia a ceteris virtutibus. Et Antiſtenes Athenienſis. Mur⁹ Bion
tutiſſimus prudentia eſt: non enim decidit neꝗ proditur. ⁊ hunc murum in noſtris inuiolabilibus cogitatio= Antiſtenes
nibus eſſe ſtruendum. qui in ſe cuſtodem habet ſemper peruigilem/ ⁊ attentum/ ⁊ caute omnem vite partem Heſiodus
explorantem: ne noſtram ciuitatem hoſtes occupent. Hoſtes enim vicia ſunt. Et Heſiodus.
O prima crede iuuat rerum prudentia cūctos
Leditur aduerſo qui negligit vndiꝗ fato.
Si ſit pingue ſolum/ grauide inclinantur ariſte:
Felices operuȝ ſucceſſus ab Ioue ſummo.
Hinc capias. Itaꝗ vult Heſiodus aduerſo fato ſemper laborare: qui imprudens eſt. contra vero/ pru=
dentem: deum habere rebus ſuis aſpirantem. hanc igitur tutiſſimam vite noſtre comitem nobis vendicem⁹
prudentiam: res noſtras quaſcunꝗ ſuſceperimus agendas ſuis conſilijs fideliſſime moderantem.
¶ Octauum cap. quinꝗ concluſionibus partitum eſt.
39 Octaui capitis cōmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Prudentie multe ſunt partes. Nā ciuilis fa=
cultas ⁊ prudentia idem reipſa habitus eſt: eſſe autem/ atꝗ ratio non eadem. ⁊ ciuilis facultatis multe ſunt
partes: igitur ⁊ prudentie. prudētia enī ꝗ̄ ceteris preeſt/ atꝗ principatur: legū ferendarū facultas nūcupatur.
que vero in ſingulis agendis conſultandiſꝗ verſatur: cōmuni appellatione facultas ciuilis nominatur. ⁊ hec
in deliberatiuā/ ⁊ actiuam diducitur. nam alterius eſt deliberare/ alterius vero eſt decretum/ ſententiāꝗ fer=
re. ⁊ hec in actionem venit/ quod eſt prudentie vltimum. ⁊ proinde hos ſolos inquiunt rem ciuilem gerere/
atꝗ adminiſtrare: qui talem iudiciariam/ ferendiꝗ decreti poteſtatem habent. nam hi ſoli agunt: perinde
40 atqȝ qui ſuis manibus artis conficiunt opus. prudentie igitur multe ſunt partes. ¶ Secunda concluſio. Spe=
cierum prudentie hec maxime prudētia dici videtur. qua quiſpiam ſibiipſi vni que bona ſunt pſpicit ac pro=
uidet. nā hec/ cōmune nomen prudentie ſibi vendicat: alie ſunt ſpecies/ alia peculiaria nomina. vna quidē gu
bernande rei familiaris diſciplina: alia legum ferendarum facultas/ alia facultas ciuilis. Et ciuilis faculta=
41 tis pars vna deliberatiua dicitur: alia vero iudicialis. ¶ Tertia concluſio. Vnius ſpeciei prudentie/ ea cogni
tio eſt que ſibiipſi bona ſunt cognoſcere: at id differentiam ⁊ difficultatis arduitatem habet. ¶ Primo. nam
qui ſciunt ea que ſibiipſis bona ſunt/ ī illiſqȝ occupātur: prudentes exiſtimantur. ſimiliter ⁊ ciuiles/ ⁊ negoci=
oſi. Quapropter de quodam qui ocio marceſceret īquit Eurypides. Eurypides
Qui namqȝ prudens ſim negocio ſine?
Licebat inter milites/ cui viuere/
Equamqȝ partem habere cunctis ex bonis.
Ex hac opinione ductum eſt: hos etiam prudentes eſſe/ que ſuperfluo ſibi congerunt. querunt enim quod ſibi
bonum eſt ⁊ id arbitrantur eſſe agendum. at forte id ſibiipſis addictum/ propriumqȝ bonum nō eſt: niſi illis
gubernationis rei familiaris cura ſit/ atqȝ ciuilis. ⁊ id varium eſt/ atqȝ difficile. vnius igitur ſpeciei prudētie
ea cognitio eſt: qua quiſqȝ que ſibi bona ſunt cognoſcit/ ⁊ diſcrimen/ ⁊ difficultatem habens. ¶ Secūdo. quo
nam pacto ſua cuiuſqȝ adminiſtranda ſit res: non eſt manifeſtum/ ſed lōga indagatione eget. quod hoc depre=
henditur indicio. nam iuuenes geometre/ mathematici/ ac in talibus ſapientes fiunt: prudentes autem mini=
me fieri videntur. ⁊ nulla in hoc cauſa eſt: niſi quia ipſa prudentia ſingularium eſt/ que per experientiam no=
ta ſunt. experientiam autem efficit temporis longitudo. ⁊ proinde iuuenis expertus non eſt. nimirum igitur
ſi que ſibi bona ſunt/ proſpicere: differentiam/ ac difficultatem habet. Sed hoc in loco queri forte dignum eſt:
quid cauſe eſt cur puer mathematicus fieri queat: ſapiens autem/ aut naturalis non queat. Hoc ideo eſſe po=
teſt. ¶ Primo. ꝙ mathematicus cognitione abſtrahit/ neqȝ experientia eget. at ſapientis ⁊ naturalis
principia deprehenduntur experientia: quapropter adoleſcentes illa quidem dicunt: attamen illis non
credunt. ¶ Secundo. mathematicorum diffinitiones non obſcure ſunt. obſcuriores autem ſunt: ⁊ ſapi=
42 entis/ ⁊ naturalis. ¶ Quarta concluſio. Prudentia ⁊ circa vniuerſale/ ⁊ circa ſingulare verſatur. Nam in cō=
ſulendo: ⁊ circa vniuerſale/ ⁊ circa ſingulare peccatum fieri contingit. poteſt enim quiſpiā ignorare/ aut om=
nes aquas ponderoſas: prauas eſſe/ aut hanc ponderoſam eſſe. verſatur igitur prudentia: ⁊ circa vniuerſale/ ⁊
43 circa ſingulare. ¶ Quinta concluſio. Prudentia nō eſt ſciētia. Nam (vt dictū eſt) prudētia ipſius eſt extremi
extremum autem ipſum agendum eſt/ atqȝ ſub actionem cadit. prudentia igitur nō modo ſciētia nō eſt: ſȝ in=
tellectui opponitur. cōueniūt/ tamē prudētia/ ⁊ intellectus/ ꝙ hic extremorum eſt/ quorum nō eſt demōſtratio:
illa autem vltimi eſt/ cuius nō ſcietia/ ſed ſenſus eſt. nō ſenſus quidē exterior qualis eſt ꝓpriorū ſenſibilium:
ſed internus/ vt qualis is eſt/ quo ſentimus in mathematicis triangulum quid vltimum eſſe/ ꝙ in illo ſtatur/
infimiuſqȝ in mathematicis non deſcēditur. at vero is ſenſus qui ipſi addicitur prudentie: magis ſenſus eſt
is autem qui ꝓprijs ſenſibilibus ſenſus eſt: altera ſpecies eſt.

Cap. IX.

44 Et uero querere/ ac cōſultare differunt. Conſultare namꝗ eſt aliquid quere=
re. Oportet autem et de bona conſultatione quidnam ſit/ accipere: vtrū ſciē=
45 tia quedā ſit/ an opinio/ an cōiectatio bona/ an aliquod aliud genus. ¶ Sciē=
tia igitur non eſt. Non enim de ijs querunt qui ſciunt. At bona conſultatio
46 quedam eſt conſultatio. qui vero conſultat: querit/ rationemꝗ ſubducit. ¶ Atqui neꝗ

bona coniectatio eſt. Ipſa namq̧ ſine ratione / ⁊ cito fit: ad conſultationē vero lon-
gum temporis ſpaciū adhibetur. atq̧ aiunt celeriter quidē deliberata eſſe agenda / cū
mora autem conſulendum. ¶ Preterea diuerſa ſunt ſolertia / et conſultatio bona. So 47
lertia vero / bona quedam eſt coniectatio. ¶ At neq̧ opinio vlla eſt. ¶ Sed cum is qui 48
male deliberat peccet / is aūt q̄ bn̄ cōſultat recte deliberet: cōſtat bonā cōſultationē re-
ctitudinē eſſe quandā. nō autē ſcientie / neq̧ opinionis. Scientie nāq̧ non eſt rectitu-
do quippe cū neq̧ peccatum ſit: opinionis vero rectitudo veritas eſt. Et inſup̄ deter-
minatū iā eſt id oē: cui⁹ eſt opinatio. atuero neq̧ ſn̄ ratiōe eſt ipſa cōſultatio bona. de-
ficit ergo a mente. Hec enim nondū eſt enunciatio. Etenim opinatio non inquiſitio:
ſed quedam iam enunciatio eſt. ¶ Qui vero conſultat ſiue bene / ſiue male conſultet: 49
querit aliquid / rationemq̧ ſubducit. ſed ipſa conſultatio bona: conſilij quedā eſt recti-
tudo. Quapropter querendum eſt primū quidnā ſit conſilium: ⁊ circa quid ipſum ver- 50
ſetur. ¶ Cum vero multipliciter rectitudo dicatur: conſtat non omnē rectitudinē / bo-
nam cōſultationē eſſe. Incontinens eni et prauus: id quod videre proponit attinget /
cogitando / rationēq̧ ſubducendo. quare recte quidem conſultabit. malum autem ma-
gnū / exiſtimabit. Bene vero conſultaſſe / bonū quoddam eſſe videtur. talis enim recti
tudo conſilij / qua bonum quiſpiā aſſequi poteſt: bona eſt conſultatio. ¶ At poteſt quiſ- 51
piā ⁊ hoc ratiocinatione falſa attingere: atq̧ id quidem quod facere oportet / aſſequi /
non autem per quod oportet / ſed falſus medius terminus eſſe poteſt. Quare nec ipſa
bona eſt conſultatio qua quiſpiā adipiſcitur quidē id quod oportet: non tamē per qđ
oportet. ¶ Preterea fieri poteſt / vt alius longo deliberans tempore id conſequatur: ali 52
us cito. igitur nec illa bona eſt conſultatio: ſed eadem rectitudo bona eſt conſultatio /
qua quiſpiam ratione conducentis aſſequitur / quod oportet ⁊ vt oportet / ⁊ cum opor
tet. ¶ Inſuper fit vt ⁊ abſolute quiſpiā bene cōſultet: ⁊ ad aliquem finem. Atq̧ bona 53
quidem conſultatio abſolute eſt ea: qua ad eum finem qui eſt abſolute finis pergitur re
cte. quedā aūt ea: qua ad aliquem finē. Q; ſi bene conſultare prudentiū eſt: conſultatio
rectitudo eſt / qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finem / cuius ipſa prudētia
bona eſt exiſtimatio vera.

¶ Noni capitis note. ¶ Inquirere ſubducendo rationem: eſt inquirere quantum / quale / gratia cuius / quis / 45
quo quando / vbi / ⁊ quomodo que regule ſunt prudentie. ¶ Rectitudo conſilij multipliciter dicitur: proprie 50
in bonis ⁊ tranſlatiue in malis.

¶ Nonum cap. decem concluſionibus partitum eſt.

Noni capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. De bona conſultatione aptus hic ſeſe offert 44
determinandi locus: an ſciētia / bona cōiectatio / an opinio ſit / an genus aliud quodcunq̧. Nam querere ⁊ con
ſultare differunt. conſultare enim proximus querere eſt: at contra non oportet. hec autem inquirunt: ſcientia /
bona cōiectatio atq̧ opinio. cōſentaneū igitur eſt: examinare an bona cōſultatio ſcientia ſit bona cōiectatio /
opinio an aliud quicq̄. ¶ Secunda cōcluſio. Bona cōſultatio: ſciētia nō eſt. Nam qui ſciūt: rationem ſubdu- 45
cēdo nō querunt ea que ſciunt. at bona conſultatio hoc pacto querit. nam bona conſultatio: conſultatio que-
dam eſt. qui vero conſultat / querit rationemq̧ ſubducit: non itaq̧ ſcientia eſt. ¶ Tertia concluſio. Bona cō 46
ſultatio: minime bona coniectatio eſt. ¶ Primo. quia bona coniectatio: ⁊ ſine ratione / at cito fit. at bona cō
ſultatio: neq̧ ſine ratione / neq̧ cito. nam ad conſultandum maturum exigitur tempus / atq̧ eſt (vt aiūt) mul-
to tempore conſulendum: at que mature deliberata ſunt / celeriter exequendum. igitur bona conſultatio: mi
nime bona coniectatio. eſt. ¶ Secundo. bona conſultatio ſolertia non eſt: bona autem coniectatio eſt ſoler-
tia. nō igitur ſunt eadem bona conſultatio / ⁊ bona coniectatio. ¶ Quarta cōcluſio. Neq̧ item bona conſulta 47
tio: opinio vlla eſt. Id oſtenditur ea ratione / qua bona conſultatio: ſciētia nō eſt. nam qui opinantur: rationē
non ſubducunt. ¶ Quinta cōcluſio. Bona cōſultatio: rectitudo quedam eſt / non ſcientie / aut opinionis. Nā 48
is qui male cōſultat: peccat. qui vero bene conſultat: ⁊ is quidem recte conſultat. eſt igitur bona conſultatio:
rectitudo quedam. ſed q̧ neq̧ ſciētie aut opinionis: hoc ideo eſt / q̧ ſciētia rectitudine non eget. cum ea ipſa
neceſſaria ſit / circa qđ peccatū nullum eſt. ¶ Et q̧ opinionis rectitudo non ſit cōſtat. Primo. q̧ opinionis
rectitudo / veritas eſt: id autē bone conſultationi nō ſatis eſt. ¶ Secūdo. determinatum omne eſt: cuius opi-
natio eſt. at id cuius eſt bona conſultatio: indeterminatum eſt / ⁊ adhuc inquiritur. nam ſine inquiſitione / ſub-
ductioneq̧ rationis: bona conſultatio non eſt. ¶ Tertio. bona conſultatio deficit a mente / enūciando ſit eſ-
ſe aut non ſic eſſe: ſed inquirit quid enūciet. opinio enim nō inquirit: ſed iam enūciat / vt eſſe quemadmodum
opinatur aut nō eſſe. nō igitur bona cōſultatio: rectitudo eſt aut ſciētie / aut opinionis. ¶ Sexta concluſio. 49
Bona cōſultatio rectitudo cōſilij eſt. Nam qui cōſultat ſiue bene id ſit / ſeu perperā: querit aliquid / rationēq̧
ſubducit. ſed qui bene cōſultat: recte querit recteq̧ rationē ſubducit. bona igitur cōſultatio rectitudo que-
dam cōſilij eſt. Quo fit vt q̄ bonā cōſultationem bene deprehenſurus ſit: primum quid conſiliū ſit / ⁊ circa que
verſetur tenere / dignoſcereq̧ debeat. ¶ Septima concluſio. Non omnis rectitudo conſilij bona cōſultatio 50
eſt. Nam cum rectitudo multipliciter dicatur / ⁊ prau⁹ ⁊ incōtinēs quod aſſequi proponit: volutādo animo /
rationēq̧ ſubducendo attiget. recte igitur ad id cōſequēdum cōſultat. At forte id grande malum eſt: qđ cōſe-
qui exiſtimat. nam bene conſultaſſe bonum quoddam videtur eſſe. nō igitur omnis rectitudo cōſilij bona cō
ſultatio eſt: ſed ea ſola potius / qua boni quicq̄ nos aſſequi poſſumus. ¶ Octaua concluſio. Neq̧ quidem oīs 51

conſultatio qua bonum aſſequimur/ atqꝫ quod oportet: bona conſultatio cenſenda eſt. Nam nichil vetat aſſe
qui bonum/ quodqꝫ facere oportet ratiocinatione falſa. cum autem id fit: non fit per id quod oportet/ vt neqꝫ
in diſciplinis cum medius terminus/ ipſumqꝫ antecedens falſum eſt. non igitur ea conſultatio: bona eſt. non
itaqꝫ omnis conſultatio qua bonum/ quodqꝫ oportet conſequimur: bona conſultatio putanda eſt: verum ea po
52 tius qua quiſpiam quod oportet aſſequitur/ ⁊ per id quod oportet. ¶ Nona concluſio. Neqꝫ ſatis eſt quo bona
conſultatio dicatur: vt bonum per id quod oportet aſſequatur/ ſed quanto tempore oportet conſultandum
eſt. Nam fieri poteſt/ vt quis longo tempore/ atqꝫ mature deliberans id aſſequatur quod decet/ ⁊ per qđ opor
tet: alius autem cito ⁊ precipitanter. atqui ea conſultatio preceps: bona conſultatio non eſt. igitur non bone
conſultationi ſatis eſt: vt bonum/ per id quod oportet aſſequatur. ſed potius ea conſilij rectitudo: bona cõſul-
tatio dicatur/ qua quiſpiam ratione conducentis/ honeſtive permotus/ quod oportet aſſequitur/ per qđ opor
53 tet/ ⁊ quanto tempore oportet. ¶ Decima concluſio. Quedam bona conſultatio abſolute eſt/ ⁊ quedam par-
ticularis. Nam vſu euenit vt quiſpiam abſolute ⁊ in omnibus bene conſultet/ euenit etiam vt quiſpiam bene
conſultet ad aliquem finem ... non de omnibus. eſt igitur bona conſultatio que abſolute eſt. ⁊ ea eſt qua ad to-
tius vite bonum/ ⁊ ad finẽ qui abſolute finis eſt/ recte conſultando pergimus: ⁊ conſultatio quedam atqꝫ par-
ticularis. ⁊ eſt qua recte conſultando ad aliquem finem peruenimus. Quo fit vt ſi bene conſultare prudentiũ
eſt (eſt etenim) vt bona conſultatio ea rectitudo cõſilij ſit: qua conferentis habita ratione ad aliquem profici-
ſcitur finem/ cuius ipſa prudentia/ vera rectaqꝫ exiſtimatio eſt.

Cap. X.

54 Eſt autẽ ⁊ ipſa ſagacitas/ cui contrarium eſt hebetudo/ quibus ſagaces dici-
mus/ ac hebetes: nec idem omnino quod ſcientia aut opinio (omnes eñi ſciẽ-
tes vel opinantes/ ſagaces eſſent) nec vna quedam ſcientia. vt aut medicina
55 de ſanis/ aut geometria circa magnitudines. ¶ Neqꝫ enim de hijs eſt que ſũt
ſemper/ ⁊ nõ mouẽtur/ neqꝫ de ijs que a quouis fiunt/ ſed de quibus dubitauerit quiſ-
piam/ aut conſultauerit. Quapropter eſt quidem de ijs circa que verſatur/ prudentia.
56 ¶ Non eſt autẽ idem ſagacitas/ ⁊ prudentia. Prudentia namqꝫ preceptiua eſt. finis
enim ipſius eſt/ quidnã ſit agendum/ aut non agendum precipere: ſagacitas autẽ iu-
dicatiua eſt ſolum. Idem eſt enim ſagacitas/ ⁊ bona ſagacitas: quippe cum ſagaces
57 ſint ⁊ boni ſagaces. ¶ Neqꝫ autem habere/ neqꝫ accipere prudentiam: eſt ipſa ſagaci-
tas/ ſed in opinationis vſu ad ea bene iudicanda de quibus eſt prudentia/ alio dicen-
te conſiſtit. fitqꝫ hic perinde atqꝫ cum diſcipulus ea diſcit/ ac comprehendit que a ſciẽ-
tiam tradente precipiuntur.

57 ¶ Decimi capitis note. ¶ Altero dicente/ altero decretum legitime ſtatuente.
¶ Decimum cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.
54 Decimi capitis cõmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sagacitas/ ⁊ hebetudo a quibus ſagaces/
hebeteſqꝫ denominamus: non omnino idem ſunt quod ſcientia/ ac opinio. ¶ Primo. nam õnes ſcientes/ aut
opinantes: ſagaces eſſent. ¶ Secundo. neqꝫ vna quidem ſcientiarum videtur eſſe ſagacitas. vt medicina que
circa ſana/ ⁊ egra verſatur: ſagacitas nõ eſt. nec geometria: que cõtẽplatur circa magnitudines/ ⁊ ita de reli-
quis eſſe videtur. quare ⁊ tanto minus hebetudo. non itaqꝫ ſagacitas/ ⁊ ipſi cõtraria hebetudo: idem ſunt vt
55 ſcientia/ ac opinio. ¶ Secunda concluſio. Sagacitas eorum eſt: circa que prudentia verſatur. Nam ſagaci-
tas non eorum eſt que ſemper ſunt/ ⁊ a nullo fiunt/ neqꝫ de ijs que a quouis fieri queunt: verum de ijs de quibꝰ
merito dubitauerit aliquis/ atqꝫ conſultauerit. ea autem ſunt circa que prudentia verſatur. igitur ſagacitas
56 eorum eſt: circa que prudentia intenta eſt/ atqꝫ verſatur. ¶ Tertia concluſio. Sagacitas/ ⁊ pruden-
tia non omnino idem ſunt. Nam quedam prudẽtia eſt preceptiua. eſt enim ipſius prudentie finis: quidnam ſit
agẽdum aut nõ agẽdum precipere: atqui ſagacitas iudicatiua ſolum eſt: nõ autem preceptiua. ⁊ nos hoc in lo
co ſagacitatem/ ⁊ bonam ſagacitatem idem intelligimus: quippe cum eoſdem dicamus ⁊ ſagaces ⁊ bonos
57 ſagaces. ¶ Quarta concluſio. Sagacitas nõ idem eſt ac habere prudentiam/ prudentiamve accipere. Nam
ſagacitas in vſu bone exiſtimationis cõſiſtit: ad ea que iudicãda ſunt altero dicente/ de quibus quidem ipſa
eſt prudentia. fitqꝫ perinde vt quis dicatur ſagax: atqꝫ cũ diſcipulus ea diſcit/ ac comprehendit/ iuxtaqꝫ pre-
ceptoris mentem interpretatur/ que a docente audiuerit/ ſepenumero ſagacem appellare ſolemus. Et ſyne-
ſis appellatione greca/ ſagacitas dicitur: a qua ſyneti hoc eſt ſagaces dicuntur/ ⁊ eu quidem bene ſignificat.
hinc euſyneti bene ſagaces dicti ſunt: qui in diſcendo ſapiunt/ recteqꝫ dicentis precepta callent/ ac capiunt.

Cap. XI.

58 Ea vero que vocatur ſententia/ qua bene ſcientes homines dicimus ſenten-
tiamqꝫ habere: iudicium eſt rectũ equi ⁊ boni viri. Cuius hoc indicium eſt.
Bonũ enim ⁊ equum virum ad ignoſcendũ procliuem dicimus eſſe. ⁊ ve-
niã in aliquibus dare bonũ/ ⁊ equum eſſe. at venia ſententia eſt iudicatiua
59 recta equi ⁊ boni viri. recta autem eſt ea que eſt ipſius veracis. ¶ Omnes autem habi-
tus non ſine ratione ad idem tendunt. Nam ſententiam/ ſagacitatem/ prudentiam/ et
mentem ad eoſdem afferentes: prudentes illos atqꝫ ſagaces/ ⁊ ſententiam habere/
mentemqꝫ dicimus. Omnes eñi he potentie: extremorũ ſunt/ ac ſingularium. Atqꝫ
idem ea ratione qua eſt idoneus ad ea iudicanda de quibus eſt prudens: ſagax eſt/ be-
neqꝫ ſentiens aut ad dandam veniam aptus. bona enim ⁊ equa omnibus ſunt com-
munia bonis: ea ratione qua ad aliū tendunt. ſunt autẽ ſingularia ⁊ extrema ea: oĩa

que agi poſſunt. ⁊ prudentem oportet ipſa cognoſcere. ⁊ ſagacitas ⁊ ſententia circa
hec ipſa verſatur. hec autem ſunt extrema. ¶ Et intellectus extremorum eſt ad partez 60
vtraſq;. etenim primorum terminorũ/ac extremorũ: intellectus eſt ⁊ non ratio. is qui-
dem qui ad demonſtrationes attinet imobilium terminorum/atq; primorũ. is autem
qui in agendis rebus verſatur/extremi ⁊ contingẽtis/atq; alterius propoſitionis. hec
enim principia ſunt eius/gratia cuius. ex ſingulis enim emergit ipſum vniuerſale.
horum igitur ſenſum habere oportet. hic autem eſt intellectus. ¶ Quapropter ⁊ na- 61
turalia hec eſſe videntur. Atq; ſapiens quidem natura eſt nemo: ſententiã autẽ habet/
⁊ ſagacitatem/et intellectum natura. ſignuz autẽ eſt nos hec etates ſequi putare: atq;
hanc etatem intellectum dare ſentẽtiamq; habere/vtpote que a natura proficiſcũtur.
¶ Quocirca principium/⁊ finis eſt intellectus. Ex his enim ⁊ de his: ipſe demonſtra- 62
tiones efficiuntur. ¶ Quare non minus eorum qui ſunt experti/⁊ ſeniorum vel pru- 63
dentium indemõſtrabilibus ſententijs opinionibuſve: ꝙ̃ ipſis demõſtrationibus mẽ-
tem adhibere oportet. Quia namq; iam experientie viſum habent: principia ipſa cer-
nunt. Quid igitur prudentia/⁊ ſapientia eſt/⁊ in quibus vtraq; verſatur/⁊ diuerſarũ
anime partium vtramq; virtutem eſſe: iam diximus.

¶ Undecimi capitis note. ¶ Mentis nomẽ non habitus ſed potentie nomen eſt. ¶ Primi termini/prime 60
propoſitiones/immediate propoſitiones principia. ¶ Duplex eſt intellectus: cõtemplatiuus ſcilicet ⁊ actiu⁹.
Intellectus cõtẽplatiuus finis eſt actiui (quẽadmodum pars mentis actiua ad cõtemplatiuam ordinatur) cuz
ſcilicet aſcẽdimus. cum autẽ proprium immediatũq; finem reſpicimus: intellectus actiui/⁊ mentis actiue fi-
nis eſt actio. ¶ Singularium preter ſenſum exteriorem/eſt ſenſus internus/precipuuſq;: qui eſt intellectus
actiuus/atq; de illis recte iudicans/immo ſuperior ſenſu eſt/ſed quadam ſimilitudinis reſponſione/ꝙ circa
ſingularia negociatur vti qui exteriores ſunt ſenſus/hoc in loco internũ ſenſũ nũcupamus. vt vero ſingularia de-
ſerit/⁊ prudẽtie vniuerſalia cõſiderat: intellectus actiuus noiatur. itaq; idẽ intelligatur ſenſus actiuus ⁊ intel
lectus actiu⁹. ſed ſenſus actiu⁹/ſingulariũ intellectus aũt: vniuerſaliũ. ¶ Alteri⁹ ⁊ alteri⁹. nã ſapiẽtia partis
cõtẽplatiue eſt: prudẽtia vero actiue. ¶ Ex his eni ⁊ de his: id eſt ex vniuerſalib⁹ ⁊ de vniuerſalib⁹ q̃ fine eoſũt: 62
eſt demõſtratio. quare ex ſingularib⁹ ⁊ de ſingularib⁹ q̃ ſũt principia (nã ab illis ad vniuerſalia pcedimus ſũtq;
vnde incipimus) eſt rationũ ſubductio. adiungimus tamẽ plerũq; ſubductionibus rationis vniuerſale expe-
rientia prudentum cognitum. nihil igitur mirum fuerit: ſi non minus ſuo modo ⁊ in ratiocinio actiuo demõ-
ſtrabilibus ſentẽtijs ſcitiſq; prudentum q̃ ipſis demonſtrationibus acquieſcere oporteat. ¶ De ſapiẽte ⁊ pru
dente hic aliquantulum non ab re ex nota ludendum. Sapiens habet altiſſimũ intellectum: prudens infimũ.
nam ille maxime vniuerſalium/hic autem maxime ſingularium. fit etiam vt prudentis intellectus multiplex:
ſapientis vero vnus ſit ⁊ ſimplex. nam ſapientis intellectus ſolius vniuerſalis ⁊ ſingularis. ⁊ ſi prudens eſt
ſciens/ſingulariter eſt ſciens. ſubducendi enim ratio ex vniuerſali ⁊ ſingulari eſt. concluſionem igitur colligit
ſingularẽ opꝫ. ⁊ ſi ſapiens ſciens: maxie eſt vniuerſaliter ſciens. ⁊ qḋ ſane eſt in prudentia ſubducẽdi ratio: id
in ſapientia eſt demõſtratio. demõſtratio igitur prudentis eſt rationis ſubductio. ⁊ ſapientis rationis ſubdu-
ctio: eſt ſimpliciter demoſtratio. fit etiam vt prudentia ⁊ prudens vt contingenter ſciens/corruptibilis/diui-
ſibilis/multiplex/mobilis/⁊ mortalis. ſapientia vero ⁊ ſapiens neceſſario ſciens/incorruptibilis/indiuiſibilis/
ſimplex atq; vnus/immobilis ⁊ immortalis.

¶ Undecimum cap. tribus concluſionibus/⁊ tribus correlarijs partitum eſt.

Undecimi capitis Cõmentarius ad literã. ¶ Prima concluſio. Sentẽtia a qua bene ſententiantes homi- 58
nes dicimus/ſententiamq; habere: boni ⁊ equi viri rectum iudicium eſt. Huius rei hoc indicium eſt/ꝙ bonũ
⁊ equum virum: ad ignoſcendum procliuem eſſe dicimus. ⁊ ignoſcere aliquo euentu: bonuz ⁊ equum eſt. ac
ignoſcere eſt ipſum bonum ⁊ equum virum: recte iudicando ſententiam ferre. recte autem iudicat/quoniã
verax eſt. ſententia ergo boni ⁊ equi viri. rectum iudicium eſt/recteq; iudicandi habitus. ¶ Secunda con- 59
cluſio. Omnes hi habitus prudentia/ſagacitas ſententia/atq; mens ipſa adminiſtratiua: in idẽ rationabili-
ter tendunt. ¶ Primo. nam prudentiã/ſagacitatẽ/ſẽtẽtiaz ac mentẽ: ad eoſdẽ afferimus/eoſq; prudentes/ſa-
gaces/ſententiamq; habentes/atq; mentẽ dicimus. ⁊ omnes hos habitus atq; potentias extremorum eſſe co
gnoſcimus atq; ſingularium. omnes igitur huiuſmodi habitus: in idem rationabiliter tendunt. ¶ Secũdo.
vnus idemq; quatenus idoneus eſt ad ea iudicanda de quibus eſt prudens: aut ſagax nominatur/aut bene
ſentiens ⁊ ad veniam elargiendam aptus. ⁊ reuera equa ⁊ bona ad omnia bona ſe extendunt vt ad alterum ſi-
unt. at ea bona omnia ſingularia ſunt/et extrema que agi queunt. ⁊ prudentem illa cognoſcere oportet. id au
tem non fit ſine mente. ⁊ ſagacitas/⁊ ſententia circa hec ipſa verſantur: hoc eſt extrema. ſunt igitur merito
circa idem prudentia/ſagacitas/ſẽtẽtia atq; mens ipſa. ¶ Tertia concluſio. Utriuſq; partis mentis ipſa/ip 60
ſeq; intellectus extremorum eſt. Nam aut primorum/⁊ quorum non eſt ratio: aut extremorum atq; ſingula-
rium intellectus eſt. is enim intellectus qui contemplatiuus eſt: ac ad demonſtrationes accõmodus: termino-
rum eſt neceſſariorum/atq; a ſua veritate immutabilium/ac primorum/⁊ is qui actiuus eſt/in rebuſq; agen-
dis verſatur. extremorum eſt/⁊ contingentium/alteriuſq; nature (ac contemplatiuus) propoſitorum. ⁊ hec
quidem extrema: principia ſunt vniuerſalis/quod eorum finis/⁊ cauſa gratia cuius eſt. ex ſingulis enim ipſũ
vniuerſale colligimus. ⁊ ſingularium vim percipiendi/internũq; ſenſum eſſe oportet. hic autẽ in agẽdis acti-
uus eſt. ¶ Primũ correlarium. Quo fit vt qui hanc conſequuntur intellectum: exiſtimauerint complures na- 61
turalia eſſe. Nam exiſtimauerunt ſapientem quidẽ natura eſſe neminẽ: ſed ſagacitatẽ/ſententiã/intellectũq;
natura habere. hoc illis ſignum: ꝙ nos hec/etates ſequi putamus. atq; hanc etatem intellectum dare/hanc
ſententiam habere: quaſi hec a natura/certeq; eius lege proficiſcantur. ¶ Secundum correlarium. Fit iterũ
vt intellectus principium ſit/pariter atq; finis. Nam ex his/⁊ de his principijs demonſtrationes efficiuntur

63 vt igitur intellectus ſingularium eſt/principium: vt vero vniuerſalium/ finis eſt. ¶ Tertium correlarium.
Quapropter rurſus euenit vt non minus expertorum/ſeniorumqꝫ atqꝫ prudentium ſētentijs indemonſtrabilibuſqꝫ opinionibus: ꝙ demōſtrationibus ipſis mentem adhibere debeamus. Nam hi longa iam experientia viſum habent: atqꝫ bene ipſa principia cernūt. non igitur vllo pacto a ſuis ſētentijs/nobis mente recedendum eſt: ſed illis firmiter adherendū. Sed quid prudentia/ qd ſapiētia/ ⁊ circa que vtraqꝫ verſetur/ ⁊ vtrāqꝫ alterius ⁊ alterius partis anime eſſe: dictum iam ſatis eſt.

64 Dubitauerit autē quiſpiā ad quidnā habitus hi ſunt vtiles/ Nā Cap. XII.
ſapientia quidem nichil eorum contēplatur: ex quibus fuerit homo felix. nullius enim eſt generationis: prudentia autem hoc quidē habet. Sed cuiuſnā gratia opus eſt ipſa/ ſi prudētia quidē eſt ea que circa iuſta ⁊ honeſta/bonaqꝫ homini verſatur/hec autem ſunt ea que viri boni eſt agere: atqꝫ ipſa ſciendo non magis ad agendum nos ſumus idonei/ ſiquidem virtutes ſunt habitus/ quemadmodū nec ea ſana/que non efficiunt bonam corporis habitudinem/ſed ab ipſa proueniunt. non enim magis apti ſumus ad hec agenda/medendi artem/aut exercendorū corporum facultatem habendo. ¶ Q; ſi non horū gratia ſit prudēs ponendus/ ſed vt ſtudioſi homines fiant: ijs non fuerit vtilis ſane qui iam ſunt ſtudioſi. At nec etiam ijs qui ſtudioſi non ſunt. nichil enim refert ſiue ipſi habeant: ſiue alijs habentibus pareāt. Atqꝫ hoc ſatis eſt nobis: quemadmodū ⁊ in ſanitate. nam etſi valere volumus: medicinam tamen non diſcimus. ¶ Inſuper abſurdum ſane videbitur ſi prudentia que quidem eſt inferior ſapientia/ ſit magis domina ꝙ ipſa/ magiſqꝫ prīceps. nam ea que agit: dominatur in ſingulis atqꝫ iubet. de his igitur eſt dicendū. nunc enim de ipſis dubitaui-
mus tantum. ¶ Primum itaqꝫ dicimus: has expetendas neceſſario per ſeipſas eſſe/
65 quippe cum ſint partium vtrarumqꝫ virtutes/ etiam ſi neutra ipſarū quicꝙ efficiat.
66 ¶ Deinde ⁊ faciunt quidem. at non vt medicina ſanitatē: ſed vt ſanitas/ ſic ſapientia felicitatē. nā cum ſit pars totius virtutis: felicē efficit/ ex eo quia habetur/ ac operatur. Preterea opus ipſū ⁊ ꝑ prudentiā/ ⁊ per virtutē moris efficitur. etenī virtus quidem propoſitum ipſum efficit rectum: prudentia autem ea/que in illud perducunt. Quare autem partis anime que quidem eſt principiū vegetandi/ nulla eſt talis virtus: quip-
67 pe cū ī ipſa non ſit agere/aut nō agere ſitū. ¶ De eo vero quod dictum eſt nō eſſe magis aptos ob prudentiā homines ad honeſta iuſtaqꝫ agenda: paulo altius incipiendū eſt/ hoc principio ſumpto. Nam vt et iuſta agentes quoſdam nondū iuſtos eſſe dicimus/ vt eos qui faciūt ea que legib9 ſunt inſtituta inuiti/ vel ob ignorationē/ vel ob aliquid aliud/ ⁊ non ob ipſa: ⁊ ſi agunt ea que oportet ⁊ quod virū oportet agere ſtudioſum ſic (vt videtur) agere ſingula vnūquēqꝫ oportet modo quodam affectū/ vt ſit homo bonus/ ob electionē inꝙ/ et ipſorū gratia que aguntur. Electionē igitur rectam efficit virtus. Sed ea que illius gratia ſunt agenda/ non ſunt ipſius virtutis: ſed ad aliam potentiam ſpectant. ¶ Dicendum autē de ipſis dilucidius eſt. Eſt igitur quedam potentia: quam habilitatem vocant. hec talis eſt vt ea poſſit agere atqꝫ attingere que ad ſuppoſitam intentionē conducunt. Si igitur propoſitum ſit honeſtum: laudabilis eſt. ſin improbum: verſutia eſt. Quapropter et ipſos prudētes habiles/ vt verſutos dicimus eſſe. ipſa vero prudentia non eſt quidem hec dicta potentia. non tamē eſt ſine ipſa. habitus autem ipſe huic oculo imprimitur anime. Neqꝫ abſqꝫ virtute ſicut diximus/ atqꝫ conſtat. ratiocinationes enim agendarum rerū principium habent/ cuꝫ talis ſit ipſe finis: ⁊ ipſum optimum/ quicquid tādem ſit illud. ſit enim (verbi gratia) quicquid contigerit. hoc autem non niſi bono viro videtur. prauitas enim peruertit/ facitqꝫ vt circa principia rerum agendarum homo fallatur. Quare patet prudentē neminē eſſe poſſe/ niſi ſit bonus. et contra numero 71 oſtēditur.

67 ¶ Duodecimi capitis note. De felicitate contemplatiua intelligitur. ¶ Propoſitum fortis: eſt ſe exponere intrepide periculis pro cultu diuino/ pro ſalute patrie/ pro parentibus/ coniuge/ liberis/ amiciſqꝫ ſaluandis. ⁊ prudentie officium: eſt inuenire media recta propoſitum exequendi. Et liberalis propoſitū: eſt viſitare infirmos/ potare ſitientes/ cibare famelicos/ redimere captiuos/ operire nudos. ⁊ prudentie eſt inuenire gratia cuius ⁊ quos/ ⁊ quibus/ quando/ vbi ⁊ quomodo. Et ſecundum vnamquāqꝫ virtutem/ rectum habemus propoſitum ad ea ſolum agenda que bona ſunt: ſolumqꝫ ijs de ſe ad recta inclinamur. prudentia media prebet. ¶ Quod oculus ad artificem: hoc intellectus ad ſtudioſum. ⁊ quod lumen ad artificem: hoc prudētia viro bono ſtudioſoqꝫ. vt igitur artifex/ vt ſcriptor ⁊ edificator opus ſuum ſine oculo ⁊ oculi lumine nō bene perficit: ita quoqꝫ neqꝫ ſtudioſus virtutemqꝫ habens moralem/ non bene ſine intellectu eiuſqꝫ prudentia ſuū op9 peraget. ꝙ igitur lumen artifici ad efficiendum neceſſarium/ tam prudentia aut etiam magis ſecundum virtutem moriſqꝫ habitum quicunqꝫ is ſit operanti. non enim virtutem opera in tenebris fieri nata ſunt. ſemper

Analogia ſēſibiliū ſtudioſum virū ſine prudētia eſſe non poſſe.

igitur ſtudioſo prudentia eſt opus. ⁊ non modo id: verumetiam ac ſi quis robuſtus ⁊ arte currendi preditus:
ſi cecus currat aut curratin tenebris/ aro ſua nocet detrimentumqꝫ affert/ ⁊ errat vehementer eo/ ꝙ viſum non
habet. haud ſecus virtutes morales ſine prudentia atqꝫ mēte (ſi ſine illis eſſe poſſe dixeris) nocere poſſēt/ de=
trimentumqꝫ afferre. ſed ⁊ de hoc in ſequenti capite. ¶ Illa habilitas: naturalis potentia eſt inſitaqꝫ menti
preparatio / ad ſimilia opera operibus prudentis peragenda. ¶ Principia rerum agendarum ſupponun=
tur eſſe bona. neqꝫ oſtendenda ſunt eſſe bona: cum talia ipſa ſint ad que intellectus actiuus quodammodo ſic
ſe habeat: ſicut contemplatiuus ad dignitates. vt pro cultu diuino/ ⁊ ſeruanda in deum pietate: ſe inconcuſ=
ſe periculis eſſe committendum. vnicuiqꝫ quod ſuum eſt/ eſſe tribuendum. alteri quod ſibi fieri nollet: nō eſſe
faciendum. crapulam eſſe vitandam. ebrietatem eſſe malam. adulterium vitandum. ⁊ ſimilia: que per omnes
virtutes inquirantur tum affirmantia/ tum negantia/ tum iubentia/ tum vetantia.

¶ Duodecimū cap. vna queſtione/ ⁊ tribus concluſionibus partitum eſt.

Duodecimi capitis Cōmentarius ad litteram. ¶ Queſtio. Ad quidnam hi habitus ſapientia ſcilicet / ac 64
prudentia: vtiles ſunt? Et videtur ſapientia ad nichil vtilis. nam ſapientia nichil eorum contemplatur: ex qui=
bus homo futurus eſt felix: neqꝫ vnius quidem effectionis operis ſapientia eſt. at prudentia hoc quidem ha=
bet: vt etiam non ſit alicuius operationis effectrix. ſed quonam modo idcirco vtilem eſſe ſtatuamus? nā prudē
tiam ponimus circa ea cognoſcenda: que iuſta honeſta/ bonaqꝫ ſunt hominibus. hec autem ſunt que boni vi=
ri peragunt. atqui nos ea ſciendo non magis idcirco ſumus ad agendum idonei (ſi virtutes ipſe a quibus hec
bona proficiſcuntur: ſunt habitus) ꝙ aut medicinam/ aut exercitatiuam habētes. idcirco diceremur hec ſana
facere/ que quidem non bonam valitudinem efficiunt: ſed contra/ que a bone valitudinis efficiuntur habitu. nō
enim magis apti ſumus ad hec agenda: medicandi artem/ aut exercendi corporis facultatē habendo. ¶ Quod
ſi dixerint/ nō vtaqꝫ tur gratia/ illorumqꝫ gratia bonorum ſtatuendum eſſe prudentem: ſed cum ſtudioſi nō ſint
homines tunc opus eſſe prudentia/ vt ſtudioſi efficiantur. ergo prudentia eorum ſententia minime vtilis eſſet
hiis: qui iam ſtudioſi euaſerunt. ſed nec etiam vtilis/ neceſſariaqꝫ putanda eſſet hiis/ qui nondum ſtudioſi ſūt. nā
nichil refert an ipſi prudētiam habeāt/ an alijs prudētiam habētibus pareāt/ atqꝫ hoc ſatis eſſet: perinde atqꝫ
in nobis in paranda ſanitate contingit. ſi enim nō valemus/ atqꝫ nos ipſi valere volumus. nō idcirco tamē medi=
cinam diſcimus ſed medicinam habētibus parere nobis ſatis eſt. nō igitur vtilis etiā eſſet hiis qui ſtudioſi nō
ſunt. Preterea ſi prudentiam ad agēdum vtilem poſuerīs: deridiculum apparebit. Nam abſurdum eſt prudē
tiam que longe ſapiētia inferior eſt: magis ſibi dominādi/ principādiqꝫ retinere imperium. atqui prudētia (ſi
actiua eſt) ſingulis que ad agēdū dirigit/ dominatur/ ſingulaqꝫ iubet. nō igitur videtur ad agēdū vtilis. ſed de
his hactenus eſt dubitatum. nūc autem de eiſdem ſecūdum veritatem dicēdum eſt. ¶ Prima cōcluſio. He 65
virtutes/ ſapiētia ſcilicet/ atqꝫ prudētia: per ſeipſas expetēdas eſſe neceſſe eſt. Nam vtriuſqꝫ partis anime:
virtutes ſunt prudētia quidem actiue/ ſapiētia vero cōtemplatiue. quāuis etiam neutra earum quicq̄ ad felici
tatem efficeret. ſūt igitur per ſe expetibiles. ¶ Secūda cōcluſio. Sapientia ⁊ prudētia ad felicitatem momē 66
tum habēt/ aliquidqꝫ faciūt. Sapiētia quidem nō vt medicina ſanitatem/ ſed vt ſanitas ſanam operationem:
ipſam felicitatem facit. nam cum totius virtutis ſapiētia pars ſit optima: eo ipſo felicem efficit/ ꝙ ipſa habe
atur/ operetur qꝫ ſecūdum eam felix. prudētia vero in hoc felicitati cōducit: ꝙ actio ipſa per prudētiam ⁊ per
virtutem moralem efficitur. nam virtus ipſa propoſitum rectum efficit: prudentia vero/ media recta q̄ ad illud
perducūt/ inuenit. Quo ſit vt partis anime que vegetādi principium eſt: nulla virtus moralis ponēda ſit. neqꝫ
in eius poteſtate ſitum non eſt: aut agere/ aut non agere. ¶ Tertia cōcluſio. Nō contingit virum prudentem 67
eſſe: qui idem bonus non ſit/ habitumqꝫ non ſit conſecutus moralem. Id enim ideo hic diſcutiēdum expedit:
ꝙ paulo ante addubitando ſumptum erat nichilo magis hoīes ob prudentiam ad iuſta/ honeſtaqꝫ peragēda
aptos eſſe. ſed id paulo altius reſumpto principio falſum eſſe conſtat. ¶ Primo. nā vt iuſta agentes / quoſ=
dam nondum iuſtos eſſe dicimus/ vt eos qui aut inuiti faciunt que legibus precipiuntur/ aut per ignorātiam
aut ob aliud quicq̄ / ⁊ non ipſorum honeſtorum gratia/ quāuis ea agant que oportet/ ⁊ que virum ſtudioſū age
re oporteret: ita quoſdam iuſta agentes/ iuſtos bonoſqꝫ dicimus. qui autem ita agunt: par eſt equumqꝫ videtꝫ
vnumquēqꝫ ſingula agere quodam modo affectum/ vt ſcilicet ob electionem/ et ipſorum que aguntur gratia/
vt homo bonus ſit. atqui propoſitum/ electionēqꝫ rectam: ipſa virtus efficit. ſed ipſius virtutis moralis non
eſt ea explorare que illius gratia ſuſcipienda ſunt/ ⁊ que ad huiuſmodi perducunt propoſitum: ſed ad alterā
pertinēt potentiam. hec autem eſt prudentia: vt ⁊ id adhuc dilucidius euadet. igitur prudentia morali virtu
ti coniūcta eſt/ atqꝫ ipſam coadiuuat. ¶ Secundo. de eiſdem dilucidius/ apertiuſqꝫ dicendum eſt. nam que=
dam eſt inſita potentia (quam habilitatem vocant) que talis eſt: vt ea poſſit attingere/ que conducunt ad
aliquam ſuppoſitam/ decretam: determinatamqꝫ intentionem peragendam. ⁊ ſi hec intentio / idqꝫ pro=
poſitum honeſtum: eſt laudabilis eſt ſin improbū/ verſutia dicitur. ⁊ proinde ipſos prudētes: habiles/ ver
ſutoſqꝫ dicere ſolemus quaſi ipſa prudētia/ ea vis potentiaqꝫ ſit. at ipſa prudētia: dicta potentia non eſt/ non
tamen ſine ipſa eſt. Nam habitus ipſe qui prudentia eſt: huic oculo imprimitur anime/ ſed nō ſine morali vir=
tute vt dictum eſt. Quod adhuc/ ⁊ hinc conſtat. nam conſilia/ ratiocinationeſqꝫ rerum agendarum: princi=
pium habent. ſupponūt enim quicq̄ eſſe bonum/ atqꝫ proſequendum: ⁊ tale ipſe finis eſt imo ⁊ ipſe optimū
quicquid illud exiſtat. neqꝫ hoc in loco vim faciamus: quid nunc id ſit/ ſed ſit quicquid eſſe poteſt. hoc autem
bonum: non niſi a bono viro videtur / perſpiciturqꝫ. nam prauitas: iudicium peruertit/ facitqꝫ vt circa princi
pia rerum agendarum homo fallatur. non igitur contingit prudentem eſſe: qui idem bonus non ſit/ virtutēqꝫ
non ſit conſecutus moralem.

Onſiderandum autē iterum eſt ⁊ de virtute. Eteni vt pru Cap. XII. 68
dentia ſeſe habet ad habilitatem/ que nō eſt idem/ ſed ſimile: ſic ⁊ proprie vir=
tus ſeſe habet ad naturalem virtutem. Omnibus enim ſinguli mores ineſſe
quodam modo natura videntur. etenim ⁊ iuſti natura/ forteſqꝫ/ atqꝫ ad tem
perantiam nati videmur: ceteraqꝫ continuo habemus. ex ipſo ortu. ¶ Sed eſſe tamen
querimus aliquid aliud/ quod eſt proprie bonū: ⁊ talia nobis alio modo ineſſe. ¶ Pue 69
ris enī ac beluis naturales habitus inſunt. ¶ At abſqꝫ mente nocere videntur. Atqꝫ
vt robuſto fit in corpore ſine oculis ſe mouente (errat enim vehementer ex eo quia

non habet viſum)ſic ⁊ hic accidit. Si vero mentem acceperint:in agendo differt.atq3
70 habitus ille ſimilis tunc erit proprie virtus. ¶Quare vt in opinatiuo due ſunt ſpeci-
es/habilitas/atq3 prudentia:ſic ⁊ in morali ſunt due/ vna naturalis virtus/altera p-
71 prie virtus. ¶Atq3 harum ea que eſt proprie virtus:non fit ſine prudentia. Quapro-
pter inquiunt virtutes omnes prudẽtias eſſe. ⁊ Socrates partim recte querebat/par-
tĩ peccabat. peccabat:quia ꝟtutes õnes prudẽtias eſſe putabat. bene dicebat:ꝙ nõ eſſe
ſene prudentia ipſas aiebat. ¶Hoc autem huius indicium eſt.eteni nunc omnes cum
virtutem diffiniunt/dicentes ipſam habitum eſſe/ ⁊ afferentes ea circa que verſatur:
addunt ſecundũ rectã rationẽ.at recta eſt ea que eſt ſecundũ prudentiam. Videtur igr̃
omnes vaticinari quodã modo talem habitum eſſe virtutẽ/qui eſt ſecundũ prudentiã.
oportet autem parumper migrare.eſt enim is habitus virtus:qui non ſolum eſt ſecũ-
dum rationẽ rectam/ſed cum recta etiã ratione.recta autem de talibus ratio ipſa eſt
ſane prudẽtia. Socrates igitur virtutes ipſas rationes eſſe arbitrabatur. Omnes enĩ
ſcientias eſſe dicebat.at nos cum ratione eſſe cẽſemus. Patet igitur ex dictis fieri nõ
72 poſſe: vt ſine prudentia ſit homo proprie bonus: ⁊ abſq3 morum virtute prudẽs. ¶At
enim ⁊ ea ratio qua quiſpiã diſſeruerit ſeparari virtutes:hinc ſolui poteſt. non enim
idem ad omnes ſuſcipiendas aptiſſimus eſt ingenio:quare altã iam accepit/aliã nõ-
dum accepit. Hoc enim in naturalibus quidẽ virtutibus fieri poteſt.at in iis quibus
abſolute dicitur hõ bonus:fieri nequit. Eteni cũ prudentia que eſt vna / ſimul ierunt
vniuerſe. ¶Conſtat autem ⁊ prudẽtia opus eſſe/etiam ſi non eſſet actiua/quia partis
eſt virtus. ⁊ ſine prudentia/ſineq3 virtute:electionem rectam non fore. altera nanq3
finem:altera ea que ſunt ad finem agere facit. At vero neq3 ſapientie preeſt/neq3 pre-
ſtabilioris eſt partis:ſicut neq3 ars medendi preſidet ſanitati. Non enim vtitur ipſa/
ſed videt vt fiat. Illius igitur gratia(non illi)iubet. Preterea ſimile eſt ac ſi quiſpiam
facultatem ciuilem principem eſſe deorum aſſerat:propterea ꝙ precipit de omnibus
que aguntur in ciuitate.

68 ¶Decimitertij capitis note. ¶Naturales/inſiteq3 virtutes ſũt ipſe rationalis appetitus:aut naturales q̃-
dam potentie que ipſi appetitui natura inſunt/ vt preparamenta virtutum/ ⁊ vt virtutum quedam iacta fun-
damenta, quemadmodũ ſanitas/ ⁊ bona ad videndum diſpoſitio:natura ineſt oculo. Et de appetitu ſenſitiuo
71 ſuo modo. ¶Cum diffiniebant fortitudinem: dicebant fortitudinem eſſe habitum circa amores ⁊ fiducias
ſecundũ rectam rationẽ. At non ſatis eſſet dicere virtutẽ habitũ eſſe ſecundum rectã ratiõnẽ. nã quis altero
dirigente poſſet acquirere habitum ſecundũ rectã rationẽ:non tamen haberet virtutẽ. ſed qui dicit ſecundũ
rectam rationem ⁊ cum recta ratione: id excludit. ¶Prudentia/ perfecta prudentia, Et vt logica omniũ ar-
gumentationum vna eſt: ita prudentia omnium virtutum vna eſt.

¶Decimũtertium cap. quattuor concluſionibus/ ⁊ vno correlario partitum eſt.

68 ¶Decimitertij capitis Commentarius ad litterã. ¶Prima concluſio. Vt prudentia ſeſe habet ad ipſam
natiuam habilitatem/ que ipſa prudentia non eſt/ ſed aliquid perſimile: ſic propria virtus ſeſe habet ad inſitã
naturalemq3 virtutem. Nam omnibus ſinguli mores quodam modo natura inſit videntur. videmus enim et
natura iuſti/ ⁊ fortes/ ad temperantiamq3 nati/ ⁊ ad reliquos mores protinus ab ipſo natiuitatis exortu. vir-
tus igitur ſeſe habet ad huiuſmodi inſitas vires: vt ⁊ prudentia ad ſuam natiuam habilitatem. ¶Secunda
69 concluſio. Preter huiuſmodi inſitos mores: querendum eſt aliud vere/precipuumq3 bonum. ⁊ huiuſmodi ve-
re bona/ nobis nõ inſunt a natura. Nam inſiti/ naturaleſq3 mores: vera precipuaq3 bona non ſunt. ¶Primo.
quia naturales mores: inſunt pueris/ ⁊ beluis. nõ ſũt igitur vere bona. ¶Secundo. naturales virtutes abſq3
mente mentiſq3 diſcretione: nocere videntur. ⁊ quemadmodum in robuſto corpore ſine viſu ſeſe movente/ ple-
rumq3 vſu euenit vt erret vehementer/ ob idipſum quia viſum nullum habet: ita quoq3 ⁊ illic euenit. at ſi mẽ-
tem acceperit qui huiuſmodi virtutum igniculos inſitaſq3 vires habet. tunc plurimum in agendo refert. nam
70 habitus ille natiue virtuti aſſimilis: tunc adulta/ proprieq3 virtus eſt. ¶Correlarium. Vnde fit vt quemad-
modum in parte mentis deliberatiua due ſunt ſpecies/ habilitas/ atq3 prudentia: ita quoq3 in parte anime mo-
71 rali atq3 appetitiua due/ vna naturalis virtus/altera vero proprie virtus atq3 precipua. ¶Tertia conclu-
ſio. Harum ſpecierum virtutum/ que proprie virtus eſt: ſine prudentia non eſt. Primo. quia virtutes aiunt
eſſe prudentias anime. ⁊ Socrates quidem partim recte querebat partim vero peccabat. peccabat enim: ꝙ
virtutes omnes/ prudentias eſſe putabat. at recte ſentiebat: ꝙ eas ipſas ſine prudentia non eſſe aiebat. pro-
prie igitur virtus: ſine prudentia non eſt. ¶Secundo. illud idem/ hoc iterum patet indicio. ꝙ omnes
nunc virtutem diffinientes dicunt ipſam eſſe habitum: ⁊ poſtꝗ̃ adiecerunt circa que verſatur/ addunt
ſecundum rectam rationem. at recta ratio eſt ea: que eſt ſecundum prudentiam. videntur igitur õnes
augurari virtutem: eum eſſe habitum qui ſit ſecundum prudentiam. ⁊ ꝗ̃ ita eſt: paulo tamen longi-
us progrediẽdum eſt. nam virtus is habitus eſt/ non qui ſolum ſecundum rectam rationem eſt: ſed cum re-
cta etiam ratione eſſe oportet. ⁊ recta de ipſis agendis ratio: prudẽtia eſt. neq3 ſimiliter Socrati nos ipſi ſen-
timus. nam Socrates virtutes ipſas: rationes eſſe putabat. ⁊ proinde virtutes: ſcientias eſſe ponebat.
nos autẽ virtutes autẽ ipſas: cũ ratione eſſe cenſemus. patet itaq3 ex his atq3 ſuperiꝰ dictis: neq3 virũ proprie
72 bonũ ſine prudẽtia/ neq3 prudẽtẽ ſine virtute eſſe poſſe. ¶Quarta cõcluſio. Dilui ſatis põt rõ qua diſceptãt/
virtutes abinuicem ſeparari poſſe. ita eni argumẽtantur. non idẽ ad õnes ſuſcipiendas virtutes: ingenio ap-
tiſſimus eſt. ergo vnam iã accepit/ ⁊ alteram nondũ accepit. ¶Solutio hinc deprompta facilis eſt: ꝙ ꝗ̃

id in naturalibus virtutibus fieri poteſt: in his tamen virtutibus quibus homo abſolute dicitur homo bonus fieri non poteſt. nec iniuria. nam cum ipſa prudentia (que omnium virtutũ vna eſt) inerunt vniuerſe virtutes. Et ſimili facilitate dilui poſſunt argutie: quibus inſtabatur prudẽtiam vtilem non eſſe. nam conſtat prudentiam vtilem eſſe: quia etiam actiua non eſſet. nam vnius particule mentis eſt virtus. conſtat ⁊ actioni coducere. nam ſine prudentia / ⁊ virtute: electio recta nõ cõpletur. Virtus enim finẽ: ⁊ prudentia ea que ſunt ad finem agere facit. ⁊ falſo ſumebatur: prudentiam / ſapientie principari atq; preeſſe. nam prudentia: preſtabilioris particule mentis virtus non eſt. Tum non ſequitur. prudentia eſt ad agendum / non autem ſapientia: ergo prudentia ſapientie preeſt. nam prudentia non vtitur ſapientia: vt neq; ars medendi preeſt ſanitati que ſanitate non vtitur. ſed eius officium eſt videre ac proſpicere quo pacto fiat ſaluetur q; ſanitas. ſanitatis igitur gratia ars medendi iubet: non ipſi ſanitati. itaq; ⁊ ſapiẽtie gratia prudentia iubet ⁊ precipit: at ſapientie nichil precipit preterea id vt refellatur perq; paratum eſt. Simile enim eſt ac ſi quiſpiam ciuilem facultatem dijs ipſis principari / preeſſeq; aſtruat: quoniam ea facultas de omnibus que in ciuitate aguntur precipiat. ſed de virtutibus mentis hactenus.

¶ Sexti Ethicorum Ariſtotelis finis.

¶ Septimus Ethicorum Ariſtotelis: Argyropylo interprete. Cap. I.

Poſt hec dicendum eſt alio ſumpto principio / tres eſſe ſpecies eorum que circa mores ſunt fugienda: vicium: incontinentiam / feritatem. Atq; contraria quidem duobus manifeſta ſunt. aliud enim virtutẽ / aliud continentiam appellamus. Ad feritatem autẽ ⁊ immanitatem maxime virtutem / eam conuenit dicere / que eſt ſupra nos / heroicam inꝙ quandã atq; diuinam. vt Homerus de Hectore: propterea ꝙ eximia bonitate preſtabat: dicentem Priamum introduxit. 1

Nec iam hominis ſane mortalis filius ille
Eſſe videbatur: ſed diuo ſemine natus.

¶ Quare ſi ex hominibus ob virtutis exuberationem dij fiunt (vt aiunt) talis quidẽ is habitus fuerit / qui feritati opponitur. Etenim vt fere / neq; vicium eſt neq; virtus: ſic neq; dei. ſed hoc quidẽ preſtabilius eſt virtute: illud autẽ diuerſũ quid eſt / a vicio genus. Atq; vt raro fit virũ eſſe diuũ: vt appellare Lacones conſueuere cũ valde aliquẽ admirantur (dicunt enim vir diuus hic eſt) ſic ⁊ ferus / atq; immanis eſt inter homines raro. Maxime vero inter nationes barbaras eſt. fiunt autem quidem tales ⁊ ob morbos / leſioneſq; principij. et eos etiam homines qui in vicijs exuperant: hac infamĩ cõſueuimus appellatione notare. Sed de tali quidẽ diſpoſitione aliqua mẽtio poſterius fiet. ¶ De vicio vero prius eſt dictũ. Nunc de incontinentia / mollitudine / luxurie: ⁊ 2
de continentia atq; conſtantia eſt dicendum. Neq; enim vt idem quod virtus ⁊ vicium / neq; vt diuerſum genus hec ſunt putanda. ¶ Atq; vt in ceteris egimus: afferre ea que videntur ipſis / ⁊ dubitare primũ. Deinde omnia que probabilia ſunt aut ſaltẽ plurima / maximeq; precipua: circa hos affectus oſtendere. Nam ſi ſoluantur quidem ea que difficultatem afferunt / relinquantur autem ea que probabilia ſũt: ſatis ſane fuerit demonſtratum. ¶ Videtur itaq; continentia quidem / conſtantiaq; / ſtudioſa eſſe ac 3 4
laudabilis. Incontinentia vero ⁊ mollitudo praua / atq; vituperabilis. ⁊ idem eſſe cõtinens / ⁊ perſiſtens in ratione: ⁊ idem etiã incontinens / ⁊ rationem egrediens. ¶ Et incontinens quidem improba ſciens improba eſſe: agit ob perturbationem. continens autem cupiditates ſciens prauas eſſe: non ſequitur ob rationem. ¶ Et temperantem quidem continentem eſſe aiunt atq; conſtantem. Talem autem alij temperantem eſſe omnem: alij nullum dicunt. Et item intemperantem incontinentem eſſe / ⁊ incontinentem intemperantem: confuſe: nonnũꝗ diuerſos inquiunt eſſe. ¶ Interdum etiam ipſum prudentem incontinentem eſſe non poſſe: interdũ nonnullos homines qui prudentes / ac habiles ſunt / incontinentes eſſe dicunt. Preterea incontinentes ⁊ ire / ⁊ honoris / ⁊ lucri dicuntur. Ea igitur que dicuntur / hec ſunt.

¶ Primi capitis note. ¶ Heroica virtus eſt que ſupra nos exiſtens: communem humanarum virtutum modum excedit. Et feritas eſt viciũ cõmunes hominũ malicias magnitudine excedens. Et heroica virtus tẽporibus apoſtolorũ / ⁊ circa illa maxie effloruit poſtꝗ dominus virtutũ ſuorũ; vite / ſue cõuerſationis odore totũ reſperſerat orbẽ. tũc eni heroici fuere fortes / tẽperãtes / liberales / heroiciq; magnifici. ⁊ tũc virtus õnis in ſublimitate quadã enituit. nec iniuria nã ad res mortales ⁊ ad horã trãſitorias q ſupra nos nõ ſũt / nõ eſt heroica virtus: ſed ad diuinas ad quas tũc toto mẽtis conatu ferebatur / ⁊ caduca calcabãt / ⁊ quicqd ſue fortune glecta dignitas / propriaq; ignorantia facit magnũ videri: vt opes / diuitias / honores. nichil enim hoc i ſenſibili mundo magnum preter mentem diuinorum capacem. ⁊ ſola tunc magiſtri vite precepta cogitabant nullaq; illis alia ſtudia placebant. ⁊ tunc celeſtes heroes cum hominibus conuerſabantur / quadam vite conſortij bonitate allecti. Heroes enim celeſtes / angeli ſunt beati. Et proinde qui huius virtutis exempla requirunt / ſacras litteras adeant: ⁊ veras ſanctorum hiſtorias non ſtulta quadam pietate effictas legitent. 1

ſancti enim mendacio nō gaudent: qui ſemper ſummam coluerūt/ colentq; ſemper veritatem. Et eadem etas que ſanctos/ heroaſq; tulit: tulit et immanes. ¶ Et in vmbram verorum heroicorum Herculem fingit gentilitas: et plurium immanium gētilium meminerunt hiſtorie. Vt Diomedis/ Buſyridis/ Mezentij/ et ſimilium. Diomedes
De Mezentio Virgilius. Buſyris
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis. Mezentius
Componens manibuſq; manus/ atq; oribus ora Virgilius
Tormenti genus: et ſanie taboq; fluentes: Tereus
Complexu in miſero longa ſic morte necabat. Thyeſtes
Sed in his immorandum diutius nō eſt. neq; tragicorum viciorū/ vt Terei/ Thyeſtis/ et Neronis/ et ſimilium narrationibus: ſacri de moribus ſermones ſunt polluendi. Nero

¶ Primum cap. tribus concluſionibus/ et vna narratione partitum eſt.

1 Primi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Conſentaneū eſt aliquam virtutem heroicam/ atq; diuinam que ſupra nos ſit: ſtatuere. ¶ Primo. nā tres ſpecies ſunt eorū que circa mores ſunt fugienda: vicium/ incōtinentia/ feritas. et contraria quidē duobus/ vicio ſcilicet ac incontinentie: permanifeſta ſunt: nā aliud virtus/ et aliud cōtinentia eſt. feritati vero maxime cōſentaneū eſſe videtur: vt quedam virtus: que ſupra nos eſt cōtrarietur. et hec virtus inq̄ heroica quedā atq; diuina eſt: quēadmodū Homerus de Hectore quoniā nimia excelleret bonitate/ introduxit Priamum ita loquētem.

Non hominis ſane mortalis filius ille
Eſſe videbatur: ſed diuo ſemine cretus.

Par igitur eſt: aliquam talem virtutem ſtatuere. ¶ Secundo. ſi ex hominibus ob virtutis ſuperexcellentiā ſiunt dij. vt aiunt) conſentaneum eſt huiuſmodi heroicum habitum ſtatuere: qui quidem feritati opponatur. nec iniuria quidē. nam vt fere/ neq; vicium eſt/ neq; virtus: ſic neq; dei. et hic heroicus habitus quiddam preſtabilius virtute eſt: feritas vero aliud quoddam a vicio improbitatis genus. Et quemadmodum raro ſit virū eſſe diuum vt Lacones appellare conſueuere aliquem oppido admirantes: tunc eni dicunt/ vir diuus hic eſt. ſic ferus/ atq; immanis inter homines rarenter admodum eſt: ſed maxime inter nationes barbaras. ſiunt enim quidam feri ob morbos/ leſioneſq; principij. ſed maxime omnium eos homines qui magnitudine vici-
2 orum excedūt: hac infami conſueuimus appellatione notare. verum hec de heroico habitu et feritate. ¶ Secunda concluſio. Nunc de continentia et incontinentia determinatio rationabiliter incumbit. Nam de virtute/ et vicio prius actum eſt. et continentia/ ac incontinentia/ neq; prorſus idem quod virtus/ et vicium: neq; vt prorſus diuerſum/ abſimileq; genus putanda ſunt. par eſt igitur de continentia/ atq; incontinētia deter-
3 minationem ſuſcipere. ¶ Tertia concluſio. Par eſt etiam primum que alijs viſa ſunt adducere/ ſubindeq; dubitare. mox que probabilia ſunt/ et maxime que propoſito conducunt ad hos affectus pernoſcendos adducēdo: dubitationes diluere. Nam in ceteris ferme ita egimus: et ſi ea abſoluantur que circa hos affectus difficultatem ingerunt/ relinquantur autem ea que probabilia ſunt/ maximeq; rationi conſentanea: ſatis horum
4 affectuū fuerit demōſtrata natura. ¶ Que alijs viſa ſūt: hec ſūt. Primum. cōtinentiam/ cōſtantiā/ perſeuerātiamq; eſſe ſtudioſorum/ atq; laudabilium: incontinentiam vero/ et mollitudinem/ prauorum atq; vituperabilium. Secundum. idem eſſe continentem et perſiſtentem in ratione: et idem incontinentē/ et ab ratione egredientem. Tertium. continentem: cupiditates ſcientem prauas eſſe/ non ſequi ob vincentem rationem. incontinentem vero: improba etiam ſcientem eſſe/ ea improba agere ob perturbationem. Quartum. temperantē eſſe continentem/ ac conſtantem: et intemperantem incontinentem eſſe atq; mollem. ſed in his controuerſias agunt. nam quidam aſtruunt omnem temperantem: continentem eſſe. alij vero nullum. et quidam omnem intēperantem/ incontinentem eſſe: at alij intemperantem incontinentemq; eſſe diuerſos. Quintum. prudentē incontinentem eſſe non poſſe. ſed obuerſantur aliqui/ aſtruentes nonnullos prudentes habileſq;: eſſe incontinentes. Sextum. aliquos dici continentes: ire/ et honoris/ et lucri. et hec ſunt que alij dicunt: aſtruuntq;.

5 Dubitauerit autem quiſpiam/ qui fit: vt recte quiſpiam exiſtimās agat icontinenter? Scientem igitur inquiunt quidam impoſſibile eſſe. nam abſurdum eſt. vt arbitrabatur Socrates) ſi ſcientia inſit: aliud quippiam vincere/ et ipſum perinde atq; mancipium trahere. Socrates enim ōnino cōtra rationem ipſam pugnabat/ incontinentiamq; exterminabat. neminem enim exiſtimātem/ preter id quod eſt optimum agere: ſed ob ignorationem dicebat. Hec igitur ſententia ijs aduerſatur/ que manifeſte apparent. Atq; querere oportet quiſnam in ipſa perturbatione ſi ob ignorationem agit: ignorationis ſit modus? conſtat enim incontinentem non putare illud eſſe bonum/ anteq̄ in perturbatione ſit conſtitutus. Sunt autem qui hec partim concedunt/ partim non concedunt. etenim ſcientia quidē nichil eſſe validius confitentur. at huic non aſſentiuntur neminē agere pter id quod viſū eſt melius. Quapropter inquiunt incōtinētē a voluptatibus ſuperari: nō ſciētiā quidē ſed opinionē habentē. at vero ſi ſit opinio/ non ſcientia: neq; vehemens exiſtimatio que reſiſtit ſed remiſſa (ſicut in ambigentibus) venia danda eſt/ ſi nō ī his pſiſtit aduerſ' vehemētes cupiditates. at prauitati nō eſt venia dāda: nec aliorū cuiq̄
6 q̄ vituperabilia ſūt. ¶ Eſt ne igr̄ id qđ reſiſtit prudētia? Hec eni eſt validiſſima. ¶ At eſt abſurdū. erit eni idē prudēs atq; incōtinens ſimul. Nemo aūt dixerit prudētis eſſe ea ſpōte agere: que prauiſſima ſūt. ¶ Et inſuper demōſtratū eſt antea prudētē aptū ad
7 agēdū eſſe (eſt eni quidem extremorū) et ceteras virtutes habere. ¶ Preterea ſi continēs eſt ex eo q2 vehementes ac prauas habet cupiditates: neq; tēperatus cōtinēs erit/

Cap. II.

neqꝫ cōtinēs tēperatus. etenim neqꝫ vehemētes habere cupiditates neqꝫ prauas: eſt
temperati. At oportet. nam ſi cupiditates ſint bone: prauus eſt habitus ille/ qui prohi-
bet non ſequi. quare non omnis continentia eſt ſtudioſa. ſin imbecilles ⁊ non praue/
non eſt quid egregiū: nec etiam magnum quid/ ſi ſint praue ac imbecilles. ¶ Preterea
ſi continentia in quauis opinione facit perſiſtere/ praua eſt: vt ſi ⁊ in falſa. Et ſi incon-
tinentia a quauis opinione dimouet: erit aliqua incontinentia ſtudioſa. quale fecit
Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete. eſt enim laudabile: quia nō perſtitit
in ijs que ſuaſerat Vlyſſes/ ob mentiendi dolorem. ¶ Preterea captio mentiens/ du- 8
bitatio eſt. Quia namqꝫ admirabilia/ preterqꝫ opinionem ſophiſte inferre volunt re-
darguendo/ vt eum attigerint/ videantur acuti: ratiocinatio facta dubitatio fit. liga-
tur enim mens cum manere quidem non vult/ quia concluſio nō placet: procedere au-
tem non poteſt/ quia rationem ſoluere nequit. ¶ Fit autem aliqua ratione vt imprudē-
tia cum incontinentia ſit virtus. Qui namqꝫ habet vtrumqꝫ: contraria ijs que exiſti-
mat ob incontinentiam aget. exiſtimat autem bona eſſe mala/ ⁊ agere non oportere:
quare bona aget/ ⁊ nō mala. ¶ Preterea q̇ pſuaſ⁹ agit/ voluptateſqꝫ ſeq̇tur atqꝫ eligit: 9
melior eo videbitur eſſe/ qui non ob rationem ſed ob incontinentiam agit. nam faci-
lius curari poteſt: quippe cum poſſit illi diſſuaderi. At incontinens obnoxius eſt ei
prouerbio quo dicimus: quid inſuper bibere opus eſt/ cū ſtrangulat aqua? etenim ſi nō
perſuaſum eſſet ipſi ea non agenda eſſe que agit: diſſuaſus tandem ceſſaſſet. nunc ve-
ro perſuaſum eſt ei/ ⁊ nichilominus talia agit. ¶ Inſuper ſi circa vniuerſa continentia 10
ſit/ atqꝫ incontinentia: quiſnam ſit ille qui eſt incontinens abſolute? Nemo enim ha-
bet incontinētias omnes. dicimus autem quoſdam ſimpliciter incontinētes eſſe. Ta-
les igitur quedam hac in materia dubitationes emergunt. horum autem alia tollere/
alia relinquere oportet. dubitationis enim ſolutio/ inuentio eſt.

¶ Secūdi capitis note. Incontinens non agit/ ſuaſus ea agere que agit: ſed agit ſuaſus ea nō eſſe agenda que 9
agit. ¶ Etenim ſi non perſuaſum eſſet ipſi. litera greca ſic habet.

Ειμερ γαρ μη επεπειστο α πραττει μεταπεισθεισ άρ επαυσατο νυρ δε πεπεισμε
νοσ ουδερ ηττορ αλλα πραττει.

hoc eſt. ſi enim non eſſet perſuaſus ea que agit/ diſſuaſus ſane deſiſteret: nunc autem ſuaſus/ nichilominus
alia agit. hec ad literam grecam. primam particulam intelligo de temperantia. ſecundam nunc autem ſuaſus
intelligo de incontinentia. ⁊ credo literam Argyropyli in prima particula fuiſſe viciatam vbi ſecunda appo-
nitur negationis nota/ ⁊ eſſe ſimplici negatione proferendum.

¶ Secundum cap. ſex dubitationibus partitum eſt.

Secundi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima dubitatio. An contingat ſcientem/ recteqꝫ exiſti- 5
mantem: incontinenter agere? ⁊ quidam aiunt id impoſſibile eſſe vt Socrates. Nam abſurdum arbitratur
Socrates: ſi ſcientia aſſit/ aliud quippiam ipſum ſcientem vincere/ atqꝫ ipſum velut mancipium trahere. at
Socrates omnino rationi obluctabatur: incontinentiam exterminans. dicebat enim ſcientem agere neminē:
preter id quod eſt optimum/ ſed ob ignorationē. verū hec Socratica ſententia: ijs aduerſatur que vel mani-
feſtiſſime apparent. ⁊ querere liceret ſi ob ignorationem agit: quiſnam ergo in ipſa perturbatione igno-
rationis modus ſit/ nam conſtat incontinentem non putare id quod agit eſſe bonum priuſqꝫ perturbatione oc-
cupatus ſit. Et ſunt nonnulli qui partim Socratis dictis conſentiunt: ⁊ partim diſſentiunt. concedunt enī
nichil eſſe ſcientia validius. at inficias eunt neminem agere preter id quod videtur melius. ⁊ proinde in-
quiunt incontinentem ſuperatum iri a voluptatibus: non eum quidem qui ſcientiam/ ſed qui opinionem ha-
bet. Sed id parum conſtare videtur. nam ſi non ſit ipſius incontinentis ſcientia/ aut vehemēs exiſtimatio/
ſed remiſſa/ tenuis/ elanguidaqꝫ opinio/ vt plerumqꝫ in ancipitibus fit: preſtanda eſt venia/ ſi nō
in hiſce perſiſtit/ aduerſus vehementes cupiditates. at prauitati nullus eſt venie locus: neqꝫ item alicui
vituperabilium. non igitur in talibus videtur ineſſe eiuſmodi remiſſa opinio. ¶ Secunda dubitatio. 6
Vtrum id quod in incontinente reſiſtit prudentia ſit? ⁊ videri forte poteſt. nam prudentia/ validiſſima
eſt. ¶ Sed id abſurdum eſſe primo videtur. quia idem eſſet: ⁊ prudens et incontinens ſimul. ¶ Secundo.
non eſt prudentis ea ſponte agere: que prauiſſima ſunt. agit autem ea incontinens. ¶ Tertio. ſupra mō-
ſtratum eſt: prudentem aptum eſſe ad agendum. eſt enim vnus quidam eorum/ qui circa extrema/ ſingula-
riaqꝫ verſando occupantur. ¶ Quarto. dictum eſt etiam: ⁊ prudentem ceteras virtutes habere. non igitur
prudens/ incontinens. neqꝫ quod in incontinente reſiſtit: prudētia eſt. ¶ Tertia dubitatio. An temperatus ſit 7
continens: atqꝫ contra continens temperatus? ⁊ videtur haudquaqꝫ ita eſſe. nam neqꝫ temperati eſt ma-
gnas/ vehementeſqꝫ cupiditates habere/ neqꝫ prauas. continens autem: ⁊ vehementes/ ⁊ prauas habet
cupiditates. nam ſi continentis cupiditates bone eſſent: prauus is eſſent habitus/ qui eas proſequi non
fineret. quare non omnis continentia ſtudioſa/ bonaqꝫ eſſet. ⁊ ſi cupiditates ille imbecilles ſint/ at non
praue: nichil egregium eſt illas non ſequi. ſin vero imbecilles ſunt/ ⁊ praue: eas non ſequi nichil magnum.
habet igitur continens: vehementes prauaſqꝫ cupiditates. ¶ Quarta dubitatio. An continens ſit qui 8
in opinione perſeuerat: incontinens vero qui ab opinione diſcedit/ diſgrediturqꝫ? at non ita eſſe videtur.
Primo. nam ſi continentia in quauis opinione perſiſtere facit: aliqua cōtinentia praua eſt/ vt que in falſa opi-
nione detinet. ⁊ ſi incontinentia a quauis opinione dimouet: aliqua incontinentia ſtudioſa eſt/ quemadmodū
apud Sophoclem in Philoctete: laudatur Neoptolemus/ quia non perſtiterit in ijs que ſuaſerat Vliſſes

ob mentiendi dolorem. ¶ Secundo, captio ſophiſtica/ quedam dubitatio eſt: quotiēs ſophiſte quedam ad=
mirabilia preterꝗ opinionem inferre volunt redarguendo: vt cum redarguerint ſcioli videantur/ et
acuti, ⁊ factus paralogiſmus dubitationem relinquit. non ligatur mens cum minime perſiſtere velit: quia cō
cluſio ipſa nō placet/ ſed longius progredi nō valet/ quia rationem ipſam diluere neſcit. at qui huiuſmodi du=
bitationem egreditur: non iccirco ſit incontinens. ¶ Tertio, ſi incontinentia a quauis opinione dimoueret:
eueniret aliqua ratione vt imprudentia cum incontinentia virtus eſſet. nam qui vtramꝗ et imprudentiam/
⁊ incontinentiam haberet: contraria hꝭ que exiſtimat/ ob incontinentiam ageret. at imprudens exiſtimat bo=
na eſſe mala: et ea quidem bona que mala putat/ non eſſe agenda. aget autem ea quia incontinens ⁊ non ma=
9 la. eſt itaꝗ imprudentis cum incontinentia: vt quedam virtus. ¶ Quinta dubitatio. Utrum intemperatus
incontinente ſit deterior/ ⁊ videtur incontinens deterior eſſe. Nam qui perſuaſus agit/ voluptateſꝗ ſequitur/
atꝗ eligit: melior/ minuſꝗ malus eſt eo qui non perſuaſus agit ſed ob incontinentiam. nam qui perſuaſus
agit/ facilius curari poteſt: quippe cum illi poſſit diſſuaderi. at incōtinens nō perſuaſus agit / obnoxiuſꝗ eſt
prouerbio: quo dici ſolitum eſt/ quid inſuper bibere opus eſt/ cum ſtrangulat aqua/ enimuero ſi intemperāti
perſuaſum non eſſet ea non eſſe agenda que agit: diſſuaſus tandem deſiſteret. at vero incontinēti perſuaſum
iam eſt ea non eſſe agenda que agit ⁊ nichilominus alia agit ꝙ ſit perſuaſus. deterior igitur intēperato: ipſe
10 incontinens. ¶ Sexta dubitatio. Utrum continētia ⁊ incōtinentia: circa vniuerſa/ circa que ⁊ virtus verten=
tur. Id autem non videtur. Nam nullus eſſet abſolute incontinens: quandoquidem incontinētias omnes ha=
bet nemo. atqui quoſdam dicimus ſimpliciter/ abſoluteꝗ incontinentes. non ergo cōtinētia / ⁊ incōtinētia:
circa vniuerſa circa que ⁊ virtus/ verſātur. Et tales quedam hac in materia difficultates irrepunt: quarū nō=
nulle diluēde ſūt/ alie vero relinquēde. nā recta dubitationis ſolutio: veritatis inuētio eſt.

Cap. III.

11 PRimum itaꝗ conſiderandū eſt: ſi incōtinentes/ ſcientes agant necne/ ⁊ quo
nā modo ſcientes. Deinde circa que ſit incōtinens ponendus/ ⁊ continens.
vtrū circa voluptatē omnem atꝗ dolorem/ an circa definitas quaſdam vo=
luptates/ atꝗ dolores. Et vtrū idē ſit an diuerſus: cōtinens/ atꝗ cōſtans:
Similiter ⁊ de ceteris que ad hanc attinent contēplationē. Eſt autē conſiderationis
initium/ vtrum continēs et incontinēs/ hꝭ circa que verſantur differāt/ an modo. di=
co autē hoc pacto vtrum incōtinens ex eo ſolum ſit incōtinēs: quia circa hec verſatur
an nō: ſed ipſo modo: an vtriſꝗ. Deinde ſi cōtinentia/ ⁊ incōtinētia ſint circa vniuer=
ſa: necne. Neꝗ enī circa omnia verſatur is/ qui eſt incontinens abſolute: ſed circa ea
circa que eſt intemperās. neꝗ ſimpliciter ſeſe habet ad illa. eſſet enī incōtinētia/ ac in=
temperantia idem: ſed hoc modo. Nam ille quidem eligens ducitur: putans ſemper
opoꝛtere/ perſequi voluptatem preſentem. incontinens autē non putat quidem: perſe=
12 quitur tamen. ¶ Si itaꝗ vera ſit opinio ſed nō ſcientia/ qua tranſgredientes inconti=
nenter homines agunt: nichil refert ad rationem. Nonnulli namꝗ eorum qui opinā=
tur nō ambigunt: ſed arbitrātur exacte ſe ſcire. ¶ Si igitur opinātes ex eo quia remiſ=
ſe credunt magis ꝙ ſciētes/ contra ſuam agent exiſtimationem: nichil differt ab opi=
nione ſcientia. Sunt enim qui non minus opinioni ſue ꝙ alij ſue ſcientie credunt: vt
ex Heraclito patet. ¶ Sed cum dupliciter dicatur ſcire (Nam et is qui ſciētiam quidē
habet non autem vtitur ipſa: et is qui vtitur/ dicitur ſcire) hec inter ſeſe differunt: habē
tem nāꝗ ſcientiam at non contemplantem/ ⁊ habētem ac cōtemplātem: agere ea que
agere non opoꝛtet. hoc enim videtur abſurdum. ſed non ſi non agat contemplando.
¶ Preterea cum propoſitionum duo ſint modi: nichil prohibet vt quiſpiam agat cō=
trarium eius quod ſcit/ ſi habeat quidem vtraſꝗ: vniuerſali tamen/ et non particula=
ri propoſitione vtatur. Nam eaque aguntur: ſingularia ſunt. Differt autem et ipſum
vniuerſale. nam aliud eſt in ipſo/ aliud in re. Ut omni homini ſicca conducunt. ⁊ hic
eſt homo. vel ſiccum eſt quod eſt tale. ſed ſi hoc ſit tale: aut non habet/ aut non opera=
tur. Magna igitur per hos emerget vtiꝗ differentia modos/ atꝗ adeo vt hoc quidē
modo non abſurdum eſſe alio vero modo mirabile videatur. ¶ Preterea fit vt homi=
nes ſcientiam habeāt/ alio modo ꝙ nuper diximus. Nam in habendo quidem/ ſed nō
vtēdo differentem cernimus habitum: vt quiſpiam ⁊ habeat quodā modo ⁊ nō habe=
at ipſū. qualis eſt dormiens/ ⁊ furens/ ac ebrius. At hoc modo diſponuntur hꝭ qui ſunt
in perturbationibus conſtituti. nam ire/ ⁊ cupiditates veneree/ ceteraꝗ ſimilia: corp9
etiam manifeſte permutāt. atꝗ nōnulloſ et in furorem/ ac inſaniam adigunt. patet
igitur dicendū eſſe incontinentes perinde ſeſe habere atꝗ hi ſunt affecti. Dicere aūt
eas ſentētias que a ſcientia pficiſcūtur/ nullū eſt ſignū. etenim hꝭ qui ſūt in hiſce ptur=
bationibus cōſtituti: demōſtrationes/ ⁊ carmina dicunt Empedoclis. Et qui pmū
diſcūt/ nectūt quidē orationes: ſed nōdū ſciūt. opoꝛtet enī ipſorū inſideāt menti: ad qđ
tēpore opus eſt. Quare putādū eſt/ vt hiſtriones poemata recitant: ſic ⁊ incōtinēter
agētes/ ſētētias dicere. ¶ Inſup ⁊ hoc modo q̄ſpiā naturaliter inſpexerit cauſā. Ppt=

nionũ eni alia eſt vniuerſalis:alia de ſingularibus eſt quibus iam ipſe preſidet ſẽſus.
atq; cum ex ipſis ratio fuerit vna: anima concluſum ipſum in contẽplandis quidem
dicat/in agendis autem rebus cõtinuo agat neceſſe eſt. Nam ſi omne dulce guſtare
oportet/ ⁊ hoc eſt dulce vt vnum quid ſingularium:is hoc ſimul ⁊ agat qui poteſt nec
prohibetur/ neceſſe eſt. Cum igitur vna quidem vniuerſalis ineſt opinio guſtare ve-
tans.alia vero dicit omne dulce voluptatem afferre/ ⁊ hec inſuper hoc eſſe dulce:hec
operatur/atq; ineſt forte cupiditas.illa quidem hoc fugere dicit:cupiditas autem du-
cit.mouere eni partes ſingulas poteſt. Quare fit vt a ratione quodam modo/ ⁊ opina
tione incontinenter agatur: nõ tamẽ per ſe contrarie/ſed per accidens.cupiditas eni
recte rationi : ſed non opinatio aduerſatur. ¶ Quare ⁊ propter hoc belue / non ſunt 13
incontinentes:quia non vniuerſalem exiſtimationem/ſed ſingularium imaginatio-
nem/atq; memoriã habent. ¶ Quomodo autẽ ſoluitur ignoratio/ac rurſus fit incõ- 14
tinens/ſciens:eadem eſt ratio ⁊ de ebrio ⁊ dormiente ⁊ non huius eſt propria pertur-
bationis:quam quidem a naturalibus audire oportet. ¶ Cum autem vltima propoſi- 15
tio rei ſit ſenſibilis opinatio atq; actuum domina:hanc incontinens aut non habet
dum eſt in perturbatione:aut ſic habet vt in habendo non ſit ſcire ſed dicere perinde
atq; temulentus Empedoclis carmina profert. Et quia terminus extremus non eſt
vniuerſalis:nec ad ſcientiam vt vniuerſalis attinere videtur.atq; id accidere vide-
tur quod Socrates querebat.non enim ea que proprie ſcientia videtur eſſe preſente:
fit perturbatio nec ipſa ob perturbationem diſtrahitur:ſed ſenſitiua. De his igitur ſi
ſciens inꝗ̃ incontinens/an non ſciens ⁊ quonam modo ſciens incontinenter agat:
tota nobis ſint dicta.

¶ Tertij capitis note. ¶ Heraclitus Epheſius odio vanitatis hominũ permotus: vitam in montibus age- 12
Heraclitus bat ⁊ continuo miſerias hominum deplorabat, ⁊ cõtra: eorum meras inſanias/ meraq; deliramenta. continue
Democritus Democritus ridebat. de quibus Iuuenalis.
Iuuenalis Iam ne igitur laudes/ ꝙ de ſapientibus alter
Laertius Ridebat: quotiens a limine mouerat vnum/
Extuleratq; pedem. flebat contrarius alter.
Mirãdum eſt vnde ille oculis ſuffecerit humor.
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus: q̃q̃ nõ eſſent vrbibus illis
Pretexta/ ⁊ trabee/ faſces/ lectica/ tribunal
Ridebat curas/ necnon ⁊ gaudia vulgi.
Heraclitus iuuenis ſe nichil ſcire dicebat: factus autem vir ſe nichil ignorare. author eſt Laertius. ¶ Differt
autem et ipſum vniuerſale. Nam aliud eſt vniuerſale in ſe id eſt ſecundum ſeipſum conſideratum ⁊ ſola men-
tis cogitatione: ⁊ aliud eſt vniuerſale in re id eſt vniuerſale rebus ipſis applicatum. fieri enim poteſt vt agno-
ſcas in ſe vt vniuerſale omnem numerum duorum circuſtantium ⁊ ab eo equalitate diſtantium eſſe medieta
tem ⁊ ignores ipſum in re. vt ꝙ 29 ſit medietas 22 ⁊ 36 ſimul iunctorum. eſt enim vniuerſale in ſe vt nume-
rus formalis ⁊ in ſola mente exiſtens. et vniuerſale in re vt numerus rebus applicatus. ¶ Non tamen per ſe
contrarie vt facta opinione/ ratiocinationeq; rationis: nichil turpe admittẽdum. hoc turpe/ hoc non admittẽ-
dũ: ⁊ ratiocinatione ſenſus õne dulce guſtandũ hoc dulce/ hoc igitur guſtandũ: neq; propoſitio propoſitioni/
neq; aſſũptio aſſũptioni neq; concluſio concluſioni proprie eſt contraria vt notũ eſt. ſed ſi ratiocinatio ſenſus
ita eſſet: õne turpe perpetrandũ/ id eſt turpe/ id igitur eſt perpetrandũ: ratiocinatio ratiocinationi eſſet per
ſe contraria. ¶ Sub particulari: ſingularem comprehendimus. ¶ Non modo vitãt authores dicere que fal
ſa ſunt: ſed ⁊ ea que videntur abſurda. vt abſurdum videtur ꝙ quis ſciat vniuerſale/ ⁊ particulare: et nichilo
minus agat contra huiuſmodi ſcientiam/ atq; iudicium quamuis ex eius libertate/ abſolute poſſit. ¶ Deſi- 14
nente perturbatione/ atq; corporis motione: potentie ſuis officijs ſuiſq; functionibus relinquuntur apte. vt
poſtq̃ fumi ⁊ vapores in ebrio recederint: efficitur ſui compos. ¶ Quamuis ligetur recta opinio vniuerſalis
in incõtinẽte: tanto magis ligatur ſingularis/ que domina eſt ad agendum.
¶ Tertium cap. tribus concluſionibus/ vno correlario/ ⁊ vna queſtione partitum eſt.
Tertij capitis Commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Incontinens abſolute : neq; circa omnia 12
verſatur/ neq; incontinens dicitur quis ſimpliciter circa aliqua ſit. Que primum conſideranda ſunt: hec ſũt.
vtrum incontinentes: ſcientes agant/ necne. et ſi ſic: quo modo ſcientes. circa que continens et incontinens
ponendus eſt: vt vtrum circa voluptatem omnẽ atq; dolorem. an potius circa quaſdam definitas/ determi
natasq; voluptates: ⁊ circa definitos/ determinatoſq; dolores. vtrum continens/ ⁊ conſtans idem: an diuer
ſi ſint. ⁊ cetera id genus queſtionũ: que huius diſcipline contemplationibus cognata/ affiniaq; ſunt. ⁊ noſtre
cõſiderationis initiũ auſpicabimur: an cõtinens ⁊ icõtinẽs per ea ipſa differãt/ circa que verſantur/ an ſeſe ha-
bendi modo. vt vtrum incontinens eo ſolo ſit incontinens/ quia circa hec verſatur/ an nõ/ ſed quia hoc mo-
do verſatur/ aut vtriſq;/ ꝙ ſit circa hec/ et verſatur hoc modo. et vtrum cõtinentia/ ⁊ incontinẽtia circa omnia
verſentur. ſed ſtatim incontinens abſolute: nõ videtur circa omnia verſari. nam ſolum circa ea verſatur: circa
que eſt itẽperãs: itemperãs autẽ nõ circa omnia eſt/ neq; icõtinens ideo dicitur: ꝙ ſimpliciter circa illa verſa
tur. nã icõtinẽtia ⁊ itẽperãtia idẽ eſſet. Verũ eo dicit̃ incontinẽs/ ꝙ circa hec/ et illo modo ſe habeat. intẽpe-
rãs eni eligẽs ducitur putans ſemp̃ expedire preſentẽ ſequi voluptatẽ: icõtinẽs autẽ nõ id quidẽ putat / proſe-
quitur tamen. ¶ Secunda concluſio. Nichil refert ad rationem atq; ad ea que intendimus; an opinio vera 12

ſit/ an ſcientia quã tranſgredientes homines incontinenter agunt. ¶ Primo quidem. quia nonnulli eorum
qui opinantur: non ambigunt ſed arbitrantur ſe exacte ſcire. ¶ Secundo. quia ſi opinantes ex eo ꝙ remiſſe
credunt magis ꝙ ſcientes contra ſuam agent exiſtimationē: nichil differt in hoc ab opinione ſciētia. nã pro
fecto ſunt/ qui nō minus ſue opinioni ꝙ alij ſue ſcientie credunt: vt ex Heraclito notū eſſe poteſt. nō igitur ad
queſtionem referre putandū eſt: an ſcientiã an opinionem veram habentes tranſgrediantur peccentꝙ incō
tinentes. ¶ Tertio. cum ſcire dupliciter dicatur: ⁊ actu/ ⁊ habitu/ nam tam is qui ſcientiam habet quidem
at ea non vtitur: ꝙ qui ea vtitur/ ſcire dicitur/ ⁊ hec lōgo interſtitio inter ſe diſtent: habentem ſcilicet ſciētiã
at non contemplantem/ ea agere que non oportet/ ⁊ ſcientiam quidem habentem ⁊ contemplantem ſiidem
ea agere que non oportet. nam hoc videtur abſurdum: illud vero non. nichil enim abſurdum videtur ſci
entiam habentem/ ſed non contemplantem: ea agere que non oportet. nihil igitur vetat dicere ſcientem: in
continenter agere. ¶ Quarto. duo ſunt propoſitionum modi: ⁊ vniuerſalis/ ⁊ particularis. quemadmodum
⁊ duo ſciendi modi in vniuerſali ſcilicet ⁊ in particulari. at nichil prohibet vt quiſpiam vtraſꝙ has propo
ſitiōes habēs agat cōtrariū eius qđ ſcit: vniuerſali pꝛopoſitione vtens eamꝙ contemplans: non autē vtēs par
ticulari. nam ea que aguntur ſingularia ſunt. nichil igitur prohibet eum etiam qui ſcientiã actu habet: in
continenter agere. itē differentias habet ipſū vniuerſale. nã aliud eſt ſecundum ſeipſum conſideratum: aliud
vero ſingulari applicatū. vt ōni homini ſicca cōducunt ſi abſolute conſideratur. ⁊ omni homini ſicca cōducūt
⁊ hic eſt homo/ omni homini ſicca conducunt: hoc autem eſt: ſic cum ſic conſiderantes ſingulari applicamus.
Et ſi vniuerſale tale ſit: vt ſingulari comparatum ſit/ aut quia tale vniuerſale non habet ipſum quidem actu
contemplans/ aut non operatur. ipſum autē vniuerſale ſecundum ſe habere atꝙ operari nihil prohibet.
et magna admododum per hos duos vniuerſalia modos emergit/ adeo vt vniuerſale primo modo ſcien
do/ actuꝙ cōtemplando incōtinenter agere nichil incōmodi/ abſurdiꝙ videatur: ſecundo autem modo ſciēdo
atꝙ contemplando agere/ mirabile videatur. ¶ Quinto. fit iterum vt quis alio ꝙ dictum eſt modo ſcientiã
habeat. nam habitu ſciens/ ſcientiamꝙ habendo/ ⁊ non vtendo: differentias habet. ⁊ fit vt quis quodam mo
do habeat. nam habitu ſciens/ ſcientiamꝙ habendo/ ⁊ non vtendo: differentias habet. ⁊ fit vt quis quodam
modo habeat ipſam/ ⁊ quodam modo non habeat. quis enim liberum habet huiuſmodi habitum vt vigilans
⁊ omni perturbatione vacuus/ ⁊ quis ligatum/ impeditumꝙ vt dormiens/ furens/ ⁊ ebrius: quo modo ⁊ ſciē
tium habentes poſſumus aſtruere ipſos delinquere incontinentes. nam qui perturbationibus aguntur: perin
de ac furentes atꝙ ebrij diſponūtur. nã ire cupiditates venereę ⁊ cetera id gen⁹ ſimiliū perturbationū cor
pus etiam perꝙ manifeſte permutant/ ⁊ nonnullos in furorem inſaniamꝙ adigunt. non ergo immerito aſtru
endum eſt: incontinentes perinde ſe habere/ atꝙ qui ſuperioribus perturbationibus ſunt affecti. Etꝙ incō
tinentes eas ſcientias dicant que a ſcientia proficiſcuntur: eos liberum habere ſue ſcientie vſum / nullum ſi
gnum eſt. Primo. quia qui in ebrietate ⁊ in manifeſta inſania ſunt conſtituti: demōſtrationes/ ⁊ carmina di
cunt Empedoclis. Secundo. quia qui primum diſcunt: orationes nectunt ſententiaſꝙ dicunt. at nōdum ta
men ipſi ſciunt: verū enim vero oportet vt eorum bene inſideant mēti: adqđ tēpore opus eſt. Quapropter ita
putandum eſt/ incontinenter agentes ſentētias depromere: perinde atꝙ hiſtriones poemata recitãt. ¶ Sex
to. ſi naturalem cauſã incōtinentie perſpexerimus: facile notum erit quod querimus. Opinionum enim alia
vniuerſalium eſt ⁊ alia ſingularium quibus iam ipſe preſidet ſenſus ⁊ cum in cōtemplatiuis ⁊ vniuerſali et
ſingulari/ vna ratiocinatio ſit / vt anima id quod cōcluſum fuerit dicat / acceptetꝙ neceſſe eſt: ita in agendis
ex vniuerſali ⁊ ſingulari ratiocinatione cognita/ quod cōcluſum eſt vt agat ipſe ſi poteſt/ ⁊ non prohibeatur/
oportet. vt ſi in agendis quis cognoſcat omnis dulcis guſtum proſequi oportere/ ⁊ hoc eſſe dulce: vt is ſimul
cōtinuoꝙ hoc dulce proſequatur ſi poteſt/ nec prohibeatur/ neceſſe eſt. Cū ergo vna erit vniuerſalis opinio
agere vetans/ vt que dicit nullum dulce guſtare oportere/ ⁊ altera dicit omne dulce delectabile eſſe ⁊ inſuper
hoc eſſe dulce: ſecundum vltimã fiet operatio atꝙ hui⁹ dulcis proſequutio. ⁊ illa forte. eſt que a cupiditate
naſcitur. ⁊ prima idꝙ dulce non guſtare/ atꝙ fugere dictabat: ſed cupiditas vicit. mouere enim res vel ſingu
las poteſt. Quo fit vt quodã modo a ratiocinatione/ ac opinione incōtinenter agatur: vt ea quam ſuſcitat cu
piditas ⁊ ea operatio: recta ratio per ſe contrarie non ſunt ſed per accidens. ſed cupiditas recte rationi ad
13 uerſatur: non aūt ipſa opinatio. ¶ Correlarium. Unde euenit: vt belue incontinentes non ſint. nam vniuer
14 ſalem exiſtimationem non habent: ſed ſolum ſingularium imaginationem ac memoriam. ¶ Queſtio. Cum
omnis incontinens in perturbatione ſit ignorans: quo pacto igitur illa ignoratio ſoluitur ſitꝙ iterum ſciens?
¶ Reſponſio. Eadem eſt ratio vt de dormiente/ ⁊ ebrio. neꝙ ratio propria/ peculiariſꝙ huius perturbatio
15 nis habetur ſed quedam cōmunis/ que quidem ratio a naturalibus requirēda eſt. ¶ Tertia cōcluſio. Quo
dam modo recte euenit quod Socrates inueſtigabat: vt preſente ſcientia non fiat incontinens. nam cum re
cte rationis vltima propoſitio/ ac opinatio rei ſit ſingularis/ atꝙ eadem actionum domina: aut hanc inconti
nens in perturbatione non habet/ aut ſic eã habet vt ligata/ compeditaꝙ ſit / neꝙ ſic eam in habendo ſcire/
ſed dicere/ perinde atꝙ temulentus Empedoclis carmina profert. ⁊ quia etiam in agēdis vltimus terminus
vltimaꝙ propoſitio non eſt vniuerſalis neꝙ ad ſcientiam eque vt vniuerſalia pertinere videtur: euenit igiť
quodam modo recte quod Socrates inueſtigabat. nam ea ſcientia (que proprie ſcientia eſt) preſente: non fit
perturbatio/ neꝙ ob perturbationem diſtrahitur/ ſed ſingularis/ ſenſitiuaꝙ quedam. Sed de his an ſciens
incontinens ſit/ an vero non ſciens/ ⁊ quonam pacto ſciens incontinēter agat tot a nobis dicta ſatis ſint.

16 VTrū aūt ſit aliqs icōtinēs abſolute/ an aliqua ex parte ſint ōnes Cap. IIII.
⁊ ſi ſit/ in quibus inã ſit: dicedū deinceps eſt. Patet igiť cōtinētes atꝙ cōſtãtes
⁊ incōtinētes ac molles: circa voluptates/ doloreſꝙ verſari. Qm autē eorū
que voluptatē efficiunt: alia ſunt neceſſaria/ alia per ſe quidē expetibilia ſūt/
exuperationē aūt habēt. atꝙ neceſſaria ꝗdē dico: que ad ipſū pertinēt corpus/ alimētū
inꝗ/ veneris vſum/ ⁊ huiuſmodi cetera/ circa que tēperantiã/ intēperãtiãꝙ poſuim⁹.
nō neceſſaria vero. per ſe autē expetibilia: victoriã/ honorē/ diuitias / ⁊ ꝗ ſunt ſimilis
generis: que bona ſunt/ ⁊ delectant. Eos quidem qui in his preter rectam rationem

que eſt in ipſis/exuperant:abſolute quidẽ incõtinẽtes non dicimus.ſed hec addentes
pecuniarũ icõtinẽtes/ ⁊ lucri ⁊ honoris/ ⁊ ire dicim⁹: vt diuerſos/ ⁊ ſimilitudine no-
mẽ idẽ habẽtes. vt hõ qui ludo in olympico vicit. Cõis eni ratio parũ ab illius ratio-
ne ꝓpria differebat:attamẽ erat diuerſa. atqꝫ huius ſignũ eſt illud. nã incõtinẽtia q̇dẽ
nõ ſolũ vt delictũ:ſed etiã vt quoddã aut ſimplicit/aut aliqua ex parte viciũ vitupe-
ratur. At horũ nemo. Eorũ autẽ qui circa corporis voluptates verſantur/in q̇bus tẽ-
perãtẽ/intẽperãtẽqꝫ ponim⁹ qui nõ eligẽdo/ſed preter electionẽ ac mẽtẽ/efficiẽtiũ q̇-
dẽ voluptatẽ exuperationes ꝓſequitur/dolorẽ aũt inferentiũ fugit/famis/ſitis/eſtus/
frigoris/ ⁊ olm que ad tactũ/guſtũqꝫ pertinẽt:is nõ additione circa hec inꝗ (vt circa
irã)ſed abſolute ſolũ incõtinẽs dicitur. Cuius hoc indiciũ eſt. circa nãqꝫ has volupta
tes/ ⁊ non circa vllã illarũ intẽperãtes dicũtur. ⁊ ꝓpterea in eodẽ incontinentẽ poni-
mus ⁊ intẽperãtẽ/ ⁊ cõtinentẽ ac tẽperantem. ¶ Sed illorũ neminẽ ꝙ circa volupta- 17
tes eaſdẽ quodã modo/doloreſqꝫ verſantur. ¶ Atqꝫ ſũt quidẽ hi circa hec eadẽ:ſed nõ
eodẽ modo. ſed illi quidẽ eligunt:hi vero non eligunt. ¶ Quapropter potius eũ intẽ-
perantem dixerimus qui non cupiens/aut remiſſe exuperationes voluptatũ perſeq̇-
tur/ac mediocres fugit dolores/ꝙ hunc q̇ ob vehementes cupiditates eadẽ agit. quid
enl faceret ille ſi cupiditas adueniret ingẽs: ⁊ circa rerũ neceſſariarũ idigentiã vehe-
mẽs dolor? ¶ Cũ aũt cupiditatũ ac voluptatum/alie gñe ſint honeſte/ſtudioſeqꝫ/alie 18
nõ ſint (eorũ eni que voluptatẽ efficiũt/q̄dã expetibilia ſũt natura/quedã hiſce cõtra-
ria/quedã media quẽadmodũ prius diſtinximus: vt pecunie/lucrũ honor/victoria) in
õnibus talib⁹ atqꝫ medijs nõ ex eo vituperãtur homines/quia afficiũtur/cupiũt atqꝫ
amant:ſed ob modũ/ ⁊ quia exuperant. Quapropter qui preter rationẽ aut vincũtur
aut ſequuntur quippiã eorũ q̇ natura ſunt honeſta ⁊ bona/non laudãtur. vt ij q̇ circa
honorẽ magis ꝙ oporteat ſtudent:aut erga filios/ ⁊ parentes. Etenim bona ſunt hec:
⁊ laudantur qui circa hec ſtudent. attamẽ eſt et in his exuperatio quedam:ſi quiſpiam
(vt Niobe) ⁊ aduerſus deos contederet aut ſic erga patrem afficeretur/ vt Satyrus
ille qui patris amator appellabatur. inſanire namqꝫ nimium videbatur. Circa igitur
hec nulla eſt prauitas:propterea ꝙ vnumquodqꝫ per ſe(vt diximus)natura eſt experi-
bile. exuperationes tamẽ ipſorum improbe ſunt ac fugiende. Similiter nec nõ incon-
tinẽtia. eteni incõtinẽtia non ſolũ eſt fugienda:ſed etiã vituperãda. ¶ Ob perturba- 16
tionis autẽ ſimilitudinẽ adiũgẽtes ſingula/incontinẽtiam circa vnũquodqꝫ dicũt: vt
malum medicum/aut malũ hiſtrionẽ/quẽ abſolute nõ diceret maluz. vt igitur/neqꝫ
hic abſolute dicitur mal⁹/quia nõ eſt viciũ quicꝙ ipſorũ/ſed rationũ cõparatiõe ſimi-
le:ſic ⁊ illic ſolã exiſtimandũ eſt incõtinẽtiã ⁊ cõtinẽtiã eſſe que in ijs eſt circa que tẽ-
perantia/intẽperãtiaqꝫ verſatur. circa autẽ irã per ſimilitudinẽ dicimus. Quaprop
et ipſam addentes/incõtinentẽ dicimus ire:queadmodum ⁊ honoris ⁊ lucri.

¶ Quarti capitis note. Triplicia ſunt efficientia voluptatem. quedam turpem vt ea que exuperationes volu- 16
Quot volu- ptatum efficiunt. quedam neceſſariam vt cibus ⁊ potus et venerea ijs qui ad prolem lege ſunt fociati. quedã
ptatẽ cauſent honeſtam ⁊ per ſe expetibilem potius ꝙ neceſſariam. vt honor/ victoria/ gloria diuitie ijs qui illa vt oportet
ſequuntur. prime infime ſunt ⁊ fugiende. tertie: honeſte ſunt ⁊ magis expetende. ſecunde vero medie/ ⁊ ſequẽ
de quidem non tamen tam honeſte ꝙ neceſſarie. neceſſitas enim vltima: bonorum conditio. Et re vera bonas
voluptates diducere poſſemus in vtiles ⁊ neceſſarias: quales ſunt guſt⁹ ⁊ tactus in delectabiles/ quales ſunt
honores/ glorie ⁊ ſimilia. ⁊ honeſtas quales ſunt ee que operationes ſequuntur virtutum. ⁊ ille duntaxat ſũt
animi. ſed de voluptatibus poſterius. ¶ Preter rectam rationem que in ipſis eſt. Proprium eſt omniuz in-
continentium: ⁊ abſolute et cum addito rectam habere rationem (nam nondum corrupti ſunt) ſed ob fortem
concupiſcentiam faciunt oppoſitum eius quod ex recta ratione rectoqꝫ iudicio iudicant eſſe faciendũ. ¶ In-
continens habet concupiſcentias fortes ad turpes delectationes pertrahentes. vt ad crapulandum/ ſcortã-
dum/ mecãdum. ſed illa ſunt ſemper malicie commixta. quare non ſolum vt delictum vel peccatũ ſed vt quo-
dam modo vicium. concupiſcentia autem honoris vel glorie: non trahit ad aliquid malicie connexum ſed ſo-
lum peccatur ꝙ pluſꝙ oportet. vituperatur igitur vt delictum/ non autem vt viciũ. ¶ Niobe vxor fuit Am- 18
phionis Thebani/ quondam vana tumiditate numinum contemptrix. de qua Ouidius ſexto ſue metamor-
phoſis. ¶ Satyrus amore patris (vt volunt) plane furebat. ¶ Similiter nec incontinentia. ſimili modo nec
incontinentia abſolute eſt circa hec/ vt neqꝫ circa hec eſt prauitas.
¶ Quartum cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.

Quarti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Abſolute continens/ ⁊ incontinens: cir- 16
ca eas voluptates/ac triſtitias que in guſtu/ tactuqꝫ ſunt verſantur. Utrum aliquis abſolute dicatur incõ-
tinens an omnes ſecundum partem atqꝫ ſecundũ quid : ⁊ ſi abſolute incontinens circa que verſatur poſtea
determinatio ſuſcipienda erat. Et id imprimis notum eſt: continentes/ atqꝫ coſtãtes inidẽ incontinentes / ac
molles circa voluptates/ triſtitiaſqꝫ verſari. ⁊ q̄m efficiẽtiũ voluptatẽ: quedã ſũt neceſſaria / ceu q̇ ad ipſum

corpus attinent/vt alimentum ad ſalutē/ ⁊ veneris vſus ad ſobolē/ ⁊ ſimilia eiuſmodi/ que circa tēperantiā⁊/
intēperātiāq; poſuimus. alia vero nō neceſſaria ſunt ſ; expetibilia quidē per ſe ſunt: vt victoria/ honor/ diui
tie/ ⁊ que eiuſce generis exiſtūt/ que bona quidē ſunt/ atq; oblectāt/ ⁊ vtraq; exuperare queūt. Sed eos qui cir
ca victoriam/ honorē/ diuitias/ et cetera id genus preter rectā rōnē exuperāt: nō abſolute incōtinētes dicim⁹/
ſed particulas adijcimus/ ⁊ eos pecuniarū incōtinētes/ lucri incōtinētes/ honoris/ ireq; incōtinētes dicimus/
quaſi ab abſolute incōtinētibus/ diuerſi ſint/ ſ; quadā ſimilitudine idē nomē ſortiētes/ quēadmodū hō ⁊ hō ꝗ
in certamine vicit olympico. vbi cōis rō/ a propria rōne parū differt: attamen altera eſt. reſtat igit͛ vt circa ea
voluptuaria voluptatēq; efficiētia que neceſſaria ſūt: abſolute cōtinēs/ icōtinēſq; ſtatuat͛. Scdo. Adhuc eius
rei id ſignū eſt: ꝙ incōtinētia nō mō vt delictū/ ſed etiā vt quoddā aut ſimplr͛/ aut aliqua ex parte viciū vitupe
ratur. nemo aūt ob honoris/ victorie/ lucri ⁊ ſimiliū perturbationē/ hoc pacto vituperat͛. ſ; iſ ꝗ circa eas cor=
poris voluptates detinet͛/ in quibus tēperātē/ intēperātēq; locamus/ qui ꝗdē nō eligēdo ſed preter electionē/
mentiſq; deliberationē exuperationes eorū/ que voluptatē efficiūt/ proſequit͛. ⁊ cōtra: famis/ ſitis/ eſtus/ frigo
ris/ ſimiliūq; oīm (que ad guſtū tactūq; pertinēt) dolorē inferentiū exuperationes refugit. ⁊ is nō additione
quadā vt is qui circa irā/ ⁊ honorē: ſed abſolute dūtaxat incōtinēs dr͛. cuius rei iterū id indiciū eſt: ꝙ ſolū cir=
ca guſtus/ tactuſq; voluptates intēperātes dicimus. at cōſentiūt oēs temperātē/ ac continētē: ⁊ intēperantē/
ac incōtinētē circa eadē exiſtere. nō igit͛ ab re cōtinentē atq; incontinētem circa eaſdem voluptates atq; dolo=
17 res: guſtus. ſ. ac tactus collocauimus. ❡ Scda ꝯcluſio. Temperantem/ ac intemperantem neutrū talem dici=
mus: propterea ꝙ circa eaſdē voluptates: ac triſtitias verſatur. Nā ⁊ intēperantes ⁊ incōtinētes circa hec ea
dem ſunt: verū nō eodē mō. nā intēperantes eligunt: incōtinētes vero nō eligunt. quo fit vt eū potius dixerim⁹
intēperantem/ qui aut nō cupiēs/ aut remiſſe quidē cupiens: exuperationes voluptatū querit/ mediocreſq; do
lores ⁊ horret ⁊ fugit/ ꝙ qui ob vehemētes cupiditates ipſa eadē agit. quid enī faceret intēperās: ſi cupiditas
18 ingrueret ingens/ ⁊ circa indigentiā neceſſariarū rerū vehemēs dolor? ❡ Tertia ꝯcluſio. Circa rerū honeſta
rū cupiditates/ ſuas oppoſitas/ atq; medias: nō ſtatuit͛ incōtinētia. ſunt enim cupiditatum voluptatūq;: alie
genere honeſte atq; ſtudioſe/ alie inhoneſte/ alie medie. nam eorum que voluptatē efficiūt: quedā natura ex=
petibilia ſūt/ vt honor/ victoria/ parentes liberi: quedā oppoſita/ naturaq; fugienda. ⁊ quedā media: vt diui=
tie/ lucrum/ vt prius quodā mō diſtinximus. et in omnibus que voluptatem efficiunt natura quidem expeti=
bilibus ⁊ medijs: nō iccirco vituperant͛ hoīes ꝗ; iis afficiant͛/ ea cupiant ac ament/ ſ; ob modū ꝗ;. ſ. ⁊ cupien=
do/ ⁊ amādo exuperāt. ⁊ perinde qui preter rōnem eorū amore ſuccūbunt/ vincūturq; preter rōnem/ ⁊ proſe
quuntur que honeſta/ bonaq; ſunt: nō laudantur. vt ij qui circa honorem magis ꝙ̄ oportet ſtudent aut circa fi
lios ⁊ parentes. hec enī ⁊ bona ſunt/ ⁊ qui circa hec mediocriter ſtudent/ laudantur. attamen in his exupera=
tio quedā ꝯtingit. vt ſi quiſpiam ob filiorum amorem aduerſus deos cōtenderet: vt Niobe. aut ſi quis ita erga
patrem afficeretur: vt Satyrus ille qui patris amator hinc appellatus eſt/ qui plane nimiū inſanire videbat͛.
attamen circa hec non eſt viciū/ prauitaſq;. nā vnūquodq; per ſe vt diximus natura eſt expetibile. verūtamē
exuperationes eorum improbe ſunt/ ac fugiende. non igitur circa ea incontinentia eſt. nam incōtinentia nō ſo
19 lum fugienda: ſ; etiā vituperāda eſt. ❡ Quarta ꝯcluſio. Scdm vnūquodq; predictorū: quadā perturbatiōis
ſimilitudine/ ⁊ ſingulorū facta additiōe incōtinentes dicere ſolemus. Nam ſecūdū vnūquodq; predictorū vo=
luptatem afferentiū ⁊ non neceſſariorum quidem: ſic dicimus incōtinentem/ vt dicere ſolemus malū medicū/
⁊ malū hiſtrionem. at nō abſolute malū medicū/ aut malū hiſtrionem malū eſſe diceremus. nā nō eſt viciū cu=
iuſq; ipſorū/ ſed rōnū cōparatiōe quiddā ſimile. igit͛ neq; hic abſolute cōtinentiā aut incōtinentiā exiſtimare
oportet: niſi in iis circa que temperantia intemperantiaq; verſatur. ſed circa irā/ honorem/ lucrū ⁊ ſimilia:
per ſimilitudinem dicimus incontinentem. iccirco dicimus incontinentem ire/ incontinentem honoris. et lu=
cri/ et ſimiles huiuſmodi.

20 CUm autem quedam/ natura voluptatem efficiant/ quorum alia — Cap. V.
ſimpliciter/ alia generibus animalium voluptatem/ atq; hominum afferūt/
quedam non natura/ ſed partim ob morbos/ partim ob conſuetudinem/ par=
tim ob naturas prauas delectent: licet et circa horum ſingula ſimiles habit⁹
cernere. Dico autem ipſos immanes: vt mulierē illam quam grauidas reſcindentē/
fetus deuorare aiunt: aut qualibus ferunt nonnullos circa Pontū efferatos homines
delectari. quorum alios inquiunt crudis/ alios humanis carnibus gaudere/ alios ſuos
filios in conuiuijs comedēdos mutuo dare/ aut id quod de Phalaride dicitur. atq; hi
quidem ſunt habitus ferales. Alij autem quibuſdam ob morbos/ et ob inſaniam fiūt.
vt qui mactauit matrem/ atq; comedit: quiq; conſerui iecur item comedit. Alij ſunt ex
morbo/ vel ex conſuetudine: vt euulſiones pilorum/ et vnguium eſus/ et carbonum/ et
terre: et inſuper venereorum habitus maribus. Alijs enim natura: alijs et conſuetudi=
ne accidunt. vt ijs qui a pueritia cōſueſcūt. Quibus igitur cauſa eſt natura: eos nemo
dixerit incontinentes. quemadmodum neq; mulieres/ ꝙ venerem non agant ſed pa=
tiantur: pari modo neq; eos qui ob conſuetudinem/ morboſve ſe habent. Igitur ſingu
la quidem horum habere extra fines eſt vicijs: quemadmodum et ipſa feritas. Haben=
tem autem vincere aut vinci/ non eſt ea que abſoluta eſt continentia aut incontinētia:
ſed ea que per ſimilitudinem dicitur. Quemadmodum ⁊ is qui circa iram ſic ſe hab;:
21 dicendus eſt cum affectu/ et non incontinens abſolute. ❡ Omne namq; vicium exupe
rans et dementia/ et timiditas/ et intemperātia/ et acerbitas: aut eſt ferale/ aut ex mor
bo. Nam qui talis eſt natura vt vniuerſa formidet/ etiam ſi obſtrepuerit ſorex: timidus
eſt timiditate ferali. quidam etiam muſcipulam ob morbum pertimeſcebat. et demen

tium qui natura quidem ratione carent/ſenſuq; tantummodo viuunt/immanes ſunt. quales nonnulle nationes ſunt longe habitãtium barbarorum. Qui vero non natura/ ſed ob morbos vt commitialem/aut inſaniam:ij ſunt morboſi. fieri autẽ poteſt vt horum aliqua quiſpiam interdum habeat tantum:ſed nõ ſuperetur. vt ſi Phalaris puerum percupiens comedere/ſeſe detineret:aut ab nefanda libidine abſtineret. Fit etiã vt non ſolum habeat/ verum etiã ſuperetur. Ut igitur ⁊ prauitatum ea quidẽ que eſt humana/abſolute dicitur prauitas/alia vero cum additione (feralis inq̃ / aut ex morbo) et non abſolute:ſic et incontinentia alia eſt feralis/alia ex morbo. Abſolute autem ea eſt ſola que intemperantie humane non egreditur fines. Perſpicuum igitur eſt incontinentiam in ijs eſſe dumtaxat:circa que intemperantia temperantiaq; verſatur. ⁊ in ceteris ſpeciem aliam incontinentie eſſe:que quidẽ non abſolute / ſed per trãſlationem incontinentia dici ſolet.

Pontus
Danubius
Eſſedones
Hircani
Caſpij
Bactriani
Maſſagete
Seianus
Bactri
Ouidius
Phalaris
Parhillus
Zeno

¶ Quinti capitis note. ¶ Circa Pontum/Danubium et pleriſq; alijs in locis leguntur fuiſſe feri. nã Eſſedones populi/ Danubij accole parentum et propinquorum funera: victimis/et feſto conuentu familiarũ celebrant. cadauera autem laniata/ ⁊ pecorum viſceribus immixta obſonando/ epulandoq; conſumunt. capita vero auro/argentoq; ornata pro poculis habent. Hircani / Caſpij et Bactriani/ canes ad id officiũ domi educant: vt illis mortuos deuorandos laniandoſq; prebeant. Indorum Maſſagete propinquos cognatoſq; cum ad multam ſenectutem peruenerunt/ vel aliquo caſu morti propinquant:iugulatos ante/ magno epularũ apparatu alijs edulijs mixtos comedunt arbitranteſq; id facere q̃ peſſimam hominum fortunam exiſtiment a vermibus deuorari. Seianus canes ſanguine paſcebat humano: quo aduerſus hoſtes in bello ſeuiores eſſent. Bactri ad belli vſum carnibus humanis nutriunt canes/ ⁊ illis in cibum obijciunt ſenes. Et hec omĩa immania/ feraq; ſunt. ¶ Phalaris Agrigentinus Sicilie tyrannus tormentorum immanitate gaudebat et immania patrare. de quo Ouidius, 20

Et Phalaris tauro violenti membra Parhilli.
Torruit: infelix imbuit actor opus.

Zenonem tormentis enecauit/ ⁊ multa huiuſmodi crudelia facta. ¶ Aut ab nefanda libidine. nefanda nõ fando q̃ nefas ſit non modo talia patrare: ſed et nominare. nominat enim Ariſtoteles ea dumtaxat fera: que horrorem non nimium ingerunt nominata. ab alijs autẽ abſtinet. vt que infanda ſint qualia fabule de Paſiphae ⁊ pretidibus/ que nullus honeſtus ob horrorem nominat. ⁊ ſacra abſtinent eloquia/ ſatiſq; ſit noſſe: propter illos mundum ſemel periſſe: ignem /picem et ſulfur de celo pluiſſe/ ⁊ ſe deum manifeſtum prebuiſſe vindicem. ¶ Pilorum euulſiones. ſunt qui q̃ primum iraſcuntur pilos ſibi vellitant/ crineſq; furioſorum more diſrumpunt. ¶ Sorex mus. ¶ Muſcipula/ tendiculum capiendorum murium. ¶ Morbus commitialis quo ſubito tentati concidunt aliquãdiu mortuis ſimiles: qui et Herculeus morbus/ ⁊ epilepſia dicitur. ¶ Et in ceteris ſpeciem aliam incontinentie. Earum incõtinentiarum: quedam eſt incontinentia cum adiuncto humana. Alia vero cum adiecto incontinentia feralis. ſed victum ferale longe deterius fugibiliuſq; q̃ feralis incontinentia. a quo vtroq; qui vere bonus eſt ⁊ ſolus potens det reſpirare mundum. 21

¶ Quintum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

Quinti capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Circa ea delectabilia que preter/ contraq; naturam ſunt: minime ſumenda eſt incontinentia. Nam voluptatem efficientium: quedam eam natura efficiunt. ⁊ horum quedam ſimpliciter/ omnibuſq; animalibus. porro quedam pluribus animalium generib⁹/ atq; hominibus: quedam hominibus ſolum voluptatem afferunt. alia vero nõ natura/ ſed preter naturam voluptatem efficiunt. ⁊ horum quedam ob morbos quedam ob conſuetudinem/ quedam vero ob prauas cõplexiones/ atq; naturas. ⁊ in his omnibus huiuſmodi contra naturam delectabilia: relinquunt ſimiles habitus/ habitus dico vnde immanes/ feroſq; dicimus. vt mulierem illam quam grauidarum aluos reſcindentem/ fet⁹ deuoraſſe dicunt: immanem dicimus. atq; eos qui talibus oblectarentur qualibus ferunt nõnullos circa Pontum efferatos homines delectari. quorum aiũt alios crudis/ alios humanis carnibus gaudere/ ac veſci: alios in conuiuijs / filios ſuos mutuo epulandos dare. aut quod de Phalaride narratur. et hi omnes habitus ſunt ferales immaneſq;. quos quidam ob morbos/ ⁊ inſaniam incurrunt: vt is qui matrẽ mactauit atq; comedit. pariter ⁊ is/ qui conſerui ſui iecur mandit. et quidam eiuſmodi feros habitus ex morbo: alij vero conſimiles ex conſuetudine trahunt. vt pilorum euulſiones / vnguium / carbonum / terre eſus / inſuper et maſculorum nefanda libido. quidam vero natura fera hos conſequuntur: ⁊ alij eoſdem/ atq; conſimiles conſuetudine. vt ij qui a pueritia conſueſcunt. at vero eos quibus natura fera eiuſmodi delectabilia proſequẽdi cauſa eſt: nemo dixerit incontinentes. vt neq; mulieres continentes q̃ generationis opus non agant ſed patiantur. id enim illis natura aſtringente /prouidenteq; conuenit. Neq; ſimili modo eos incontinentes dicimus: qui ob conſuetudinem / morboſq; talia ſequuntur. nam qui ex conſuetudine aut morbo ſingula horum proſequuntur: extra fines eſt vicij/ quemadmodum et ipſa feritas. incontinentia autem viciorum limites nõ excedit. circa igitur ea delectabilia minime incontinentia ſumenda eſt. ⁊ tales concupiſcentias habentẽ/ aut vincere/ aut vinci: neq; abſolute continentia aut incontinentia eſt/ tametſi ſimilitudine quadam dici nihil referat. quemadmoduẽ is qui circa iram ita ſe habet dicendus eſt: cum affectu/ ipſius perturbationis nominis expreſſione continens / aut incontinens: et non abſolute continens/ aut incontinens. ¶ Scda concluſio. Quedam incontinentia feralis/ ⁊ quedam ex morbo dicenda eſt. Nam omne exuperans vicium / omniſq; modum humanum ſuperexcedens prauitas: vt exuperans dementia / timiditas/ intemperantia/ crudelitas et ita ſecundum alias malicias: aut feralis eſt / aut ex morbo. Nam qui talis eſt natura: vt vniuerſa formidet etiam ſi obſtrepuerit ſorex timidus eſt timiditate ferali. verum etiam ⁊ quidam ob morbum/ muſcipulã pertimeſcebat. et ſũt quidã dementium: qui natura ratione carent: ac ſenſu tantummodo viuunt. et hi quidem immanes ſunt: nonnulle natiões longe habitantium barbarorum ſunt. qui vero crudelis quedam tentant ob morbos/ vt ob comitialem/ aut inſaniam: ij morbidi feri ſunt. At fieri poteſt vt aliquis horum immanium nonnullorum appetitum habeat: ſed 20 21

non ſuperetur. vt ſi phalaris puerum mandere percupiēs: ſeſe contineret/ aut a nefanda libidine abſtineret.
fieri etiam contra poteſt vt nō ſolum talem habeat appetitum: verumetiam ſuperetur. igitur vt ſola prauita-
tum que humana eſt abſolute prauitas dicitur ⁊ alia non abſolute ſed cum additione quadam vt prauitas fe
ralis/ prauitas ex morbo: ita par/ conſentaneumqꝫ eſt/ vt incontinentia que humana non eſt/ quedam quidem
feralis/ ⁊ quedam ex morbo dicatur/ ⁊ ea ſola abſolute dicatur incontinentia que delectabilium humane in-
temperantie fines/modumqꝫ non egreditur. Sed iam ſatis perſpicuum euaſit: ſimpliciter continentiam ac i-
continentiam in ijs dumtaxat reperiri: circa que temperantia/ intemperantiaqꝫ verſatur. et in ceteris alium
continentie modum atqꝫ ſpeciem eſſe: qua non abſolute quidem incontinentia ſed ſimilitudine/ tranſlatitieqꝫ
incontinentia dici ſolet.

22 POſt hec autem ⁊ minus eſſe turpem ire ꝙ cupiditatum inconti Cap. VI.
nentiam oſtendamus. ¶ Ira namqꝫ aliqua ex parte ⁊ non perfecte rationez
audire videtur: perinde atqꝫ veloces miniſtri / qui quidem anteꝙ totum id
audierint quod dicitur/ excurrunt: deinde in agendo aberrant. canes etiam
anteaꝙ conſiderent ſi ſit amicus ſi tantum pulſauerit oſtium/ latrant. Sic et ira pro-
pter caliditatem/ celeritatemqꝫ nature/ audita quidem ratiōe/ non precepto autem au-
dito: ad ipſam properat vltionem. ratio namqꝫ vel imaginatio cōtumeliam/ aut par-
uipenſionem eſſe oſtendit. illa autem ac ſi ratiocinatione facta concluſerit oportere ta
li bellum inferre: ſtatim inſurgit. At cupiditas ſi ſoluz dixerit ratio aut ſenſus hoc af-
ferre voluptatem/ pergit ad fruendum. Quare ira quidem ſequitur quodam modo ra-
tionem: cupiditas autem non ſequitur. turpior igitur eſt. nam incontinēs quidem ire
a ratione quodam modo vincitur: cupiditatis autem non a ratione ſed a cupiditate.
¶ Preterea magis eſt ignoſcendum: ſi quiſpiam naturales appetitiones ſequatur.
quippe cum et cupiditates tales ſequenti / que ſunt omnibus communes / et quo
ad communes ſunt: venia magis detur. At ira atqꝫ acerbitas magis eſt natura-
lis / ꝙ ee cupiditates que exuperant / et que non ſunt neceſſarie. Ut qui ſe excuſa-
bat ꝙ patrem pulſaret. et hic enim dixit ſuum patrem pulſabat / et ille ſuum: et hic
etiam (oſtenſo puero) cum vir fuerit/ me pulſabit. eſt enim nobis gentile. Et qui tra-
hebatur a filio/ ſiſtere iubebat in oſtio: et ſe enim patrē couſqꝫ traxiſſe dicebat. ¶ Pre-
terea iniuſti magis ſunt ij qui magis occulte procedunt/ ac inſidias faciunt. iracundus
igitur non inſidias facit/ nec ira/ ſed eſt manifeſta. cupiditas autem contra quemadmo
dum venerem aiunt. Nam ipſam dolos nectere dicunt. et Homerus baltheum ipſi
tribuit in quo fraudem etiam ineſſe dicit.
Fraus quoqꝫ ineſt: que prudentem perſepe fefellit.
Quare ſi cupiditas magis ſit iniuſta ꝙ ira: et incontinentia que eſt circa ipſam / turpi
or erit ea que eſt circa iram / et abſolute incontinentia/ atqꝫ quodam modo vicium.
¶ Inſuper nemo vtitur libidine dolens. ſed qui facit per iraz/ dolens omnis facit: qui
vero exequitur libidinem/ id facit cuz voluptate. Si igitur ea ſunt magis iniuſta qui-
bus iraſci magis iuſtum: et incontinentia profecto que fit ob cupiditatem magis erit
iniuſta. non eſt enim in ira libido. Incontinentiam igitur circa cupiditates/ turpiorez
eſſe incontinentia circa iram/ et continentiam atqꝫ incontinentiam circa corporis cu-
23 piditates voluptateſqꝫ verſari: ex ijs que diximus perſpicuum iam euaſit. ¶ Horuz au
tem ipſarum differentie ſunt ſumende. Nam (vt ab initio diximus) alie ſunt huma-
ne ac naturales et genere/ et magnitudine: alie ferales / alie ob labefactatum principi-
um atqꝫ morbos emergunt. Circa autem harum tantummodo primas: temperantia/
intemperantiaqꝫ verſatur. Quapropter et feras nec temperatas nec intemperatas ni-
ſi per tranſlationem dicimus: et ſi quo omnino aliud genus animaliuz ab alio differt
petulantia / coitu/ voracitateqꝫ. Non enim habent electionem/ nec rationem: ſed di-
24 mote ſunt a natura: perinde atqꝫ homines qui ſunt mente captiatqꝫ inſani. ¶ Feritas
autem minus eſt malum ꝙ vicium: ſed terribilius eſt. Non enim corruptum eſt id
quod eſt optimum: vt in homine. ſed non habet. Fit igitur perinde atqꝫ ſi quiſpiam
inanimatum cum animato compararet/ vtrum ſit peius. Semper enim prauitas eius
quod non habet principium minus nocere poteſt. at mēs principium. Perinde eſt igi-
tur atqꝫ ſi quiſpiam iniuſtitiam ad iniuſtum hominem compararet. eſt enim vtrumqꝫ
aliquo modo peius. homo namqꝫ malus millies plura mala ꝙ fera facere poteſt.

22 ¶ Sexti capitis note. ¶ Ratio namqꝫ vel imagiatio. quia nō ſemper pro veritate ſed opinione/ imaginatio-
neqꝫ iraſcimur/ non ſemper iuſte ſed etiam nōnunꝙ iniuſte. ¶ Si ſolum dixerit ratio aut ſenſus. ꝙuis etiam
aliquo pacto non oſtenderit. atqꝫ ita eſt/ vt puer eīn nō facile illuditur ſꝫ celeriter probabili ducitur argumen-
23 to: cupiditas ad ſolum nomen procurrit aut ꝙ primum audito nomine fugit. ¶ Dicūtur he voluptates hus

ꝙ vehementer cupiens/ ⁊ ſi non iratus pulſaret/ ꝙ concitatus ira. quid enim egeret: ſi
eſſet in perturbatione: quapropter intemperans incõtinente deterior eſt. at eorũ quos
28 diximus/ alter mollitudinis magis ſubijcitur ſpeciei: alter eſt incontinẽs. ℂ Atqꝫ in-
continenti quidem continens: molli vero conſtans opponitur. Conſtantia namqꝫ in
reſiſtendo: continẽtia vero in ſuperando conſiſtit. ſuntqꝫ diuerſa reſiſtere ac ſuperare:
29 ſicut haud vinci/ ⁊ vincere. ℂ Quapropter et continentia magis/ ꝙ conſtantia eſt expe
30 tenda. ℂ Qui autẽ aduerſus/ que pleriqꝫ reſiſtunt et poſſunt/ deficit: is mollis eſt atqꝫ
delicijs defluens (delicie namqꝫ ſunt mollitudines quedam) qui quidem veſtem tra-
hit/ ne ſubeat laborem tollendi/ ⁊ cum imitetur egrotantem: ſe non putat miſerum eſ-
31 ſe/ qui miſero ſimilis eſt. ℂ Similiter res ſeſe habet/ ⁊ circa continentiam ⁊ incontinẽ
tiam. Non eſt enim mirum ſiquis a vehementibus exuperantibus/ aut voluptatibus/
aut doloribus vincitur: quin ignoſcendum eſt ſi reſiſtens vincitur tandem. vt Theo-
decti poete Philoctetes/ a ſerpente morſus. Aut Carcini Cercyon in Alope: ⁊ vt homi
nes ij/ qui detinere riſum enitentes accumulatum illum effundunt: vt accidit Xeno-
phonto. Sed ſiquis ijs quibus multitudo reſiſtere poteſt: ſuccumbit/ et non aduerſari
poteſt/ non ob generis naturam aut ob morbuꝫ qualis eſt mollitudo que regibus Scy-
32 tharum ineſt ob genus/ et vt femella a maris diſtat natura. ℂ Videtur autem et is
qui eſt ad iocum propenſior/ intemperans eſſe: eſt tamen mollis. Nam iocus relaxatio
eſt: ſiquidem requies eſt. qui vero ad iocum procliuis eſt: ex ijs eſt qui in hac exuperãt.
33 ℂ Atqui incontinentie alia eſt temeritas/ alia infirmitas. Quidam enim deliberatio-
ne facta/ non perſiſtunt in ijs que ſtatuerunt ob perturbationem: quidam ex eo quia nõ
conſultarunt/ a perturbatione ducuntur. Sunt enim qui ante ſentientes et preuiden-
tes: ac ſeipſos rationemqꝫ excitantes/ non ſuperantur a perturbatione/ ſiue volupta-
tem id quod mouet ſiue dolorem efficiat/ perinde atqꝫ pretitillati non titillantur.
34 ℂ Maxime autem celeres/ ac biliosi atra bili: temeraria incontinentia ſunt inconti-
nẽtes. Illi enim velocitatem: hi ob vehementiam/ non expectant rationeꝫ: ex eo quia
ipſius ſunt imaginationis ſequaces.

25 ℂ Septimi capitis note. ℂ Ii qui inter continentes et incontinentes continentur/ ſunt qui ſuperant volupta
tes a quibus vincuntur incontinentes: ſed vincuntur a voluptatibus quas vincunt/ ſuperantqꝫ continentes. Ii
tamen ad deteriorem partem magis declinant/ appellanturqꝫ ideo potius incontinentes: Quis partim videan
tur habere vtrumqꝫ. Et inter mollem ⁊ conſtantem: ſunt qui vincunt dolores a quibus vincuntur molles/ ſed
vincuntur a doloribus quos ſuperant/ conſtantes. ⁊ partim conſtantes partimqꝫ molles eſſe videntur/ ſed de
31 terioris partis nomen potius ſibi vendicant mollesqꝫ appellantur. ℂ Incurabile/ difficile curabile. ℂ Alope
Cercyonis filia ex qua et Neptuno natus eſt Hippotoon. luctatus pater diu/ ferre ſtuprum filie/ tandem im-
patientia victus doloribus ſuccubuit. ℂ Xenophantus in conuiuio cum luctatus voluiſſet riſum detinere/ co
pioſiſſime effudit. vt noſtri de Philemone aiunt queꝫ immoderatum riſum abſtuliſſe ferunt. paratas enim fi-
cos atqꝫ in conſpectu poſitas aſello cõſumente puellum vt illum abigeret inclamauit. qui cum iam comeſtis
omnibus ſuperueniſſet: quoniam (inquit) taꝫ tardus aduenisti da nunc merum aſello. ac vrbanitatẽ dicti cre-
33 bro anhelitu cachinnorum proſecutus/ ridendo defecit. ℂ Titillatur quis: cum leui tactu inhorreſcit/ quem
ſubinde refugit/ riſuqꝫ plerumqꝫ ſoluitur. ℂ Sub incontinentia temeraria/ et infirma: mollitiem temerariã
pariter et infirmam intelligimus.

ℂ Septimum cap. octo concluſionibus quattuor diffinitionibus et vno correlario partitum eſt.

25 Septimi capitis Commentarius ad litteram. ℂ Diffinitiones. Incontinens eſt qui a voluptatibus gu
ſtus/ tactuſve ſuperatur: quas pleriqꝫ ſuperant. Continens eſt qui guſtus/ tactuſve voluptates ſuperat: a qui-
bus pleriqꝫ ſuperãtur. Mollis eſt qui a guſtus/ tactuſve doloribus ſuperatur: quos pleriqꝫ ſuperãt. Conſtans
vero: qui guſtus/ tactuſve ſuperat triſtitias: a quibus pleriqꝫ ſuperantur. Nam ſi vt circa voluptates/ atqꝫ
triſtitias per guſtum pariter et tactũ acceptas/ circa horum ſenſuum illecebras atqꝫ circa eos quos homines
refugiunt dolores (circa que omnis temperantiam/ intemperantiamqꝫ verſari prius definitum eſt) quiſpiam
ita ſeſe habeat: vt ab ijſipſis ſuperetur quas pleriqꝫ ſuperant/ aut eas ſuperet a quibus pleriqꝫ ſuperantur. ſi
circa voluptates ita ſeſe habeat: primo modo incontinens eſt/ ſecundo autem modo continens. ſin vero circa
triſtitias: primo quidem modo mollis eſt/ ſecundo autem modo conſtans. ⁊ inter hos plurimoruꝫ hominum
26 habitus continentur: Quis ad deteriores partes declinẽt/ ac prolabant. ℂ Prima concluſio. Intemperantia
longe deterior eſt ipſa incontinentia. Nam voluptatum guſtus/ tactuſqꝫ: quedam ſunt neceſſarie/ ſed vſqꝫ ad
quendam terminum/ certamqꝫ menſuram: quedam non neceſſarie vt exuperationes/ atqꝫ defectiones. exupe
rationes enim defectionesve neceſſarie non ſunt. et vt de voluptatibus: ita eſt et de earũ doloribus. et qui vo-
luptatum exuperationes/ immo ipſas exuperantes voluptates ob electionem atqꝫ ob eas ipſas neqꝫ ob aliud
quicqꝫ inde proueniens proſequitur: intemperans eſt. qui aũt ob electionẽ/ ⁊ ob eas ipſas nec ob aliud quicqꝫ
proſequitur voluptates: cum facti non penitet. quem autem non penitet: is incurabilis eſt. intemperans igit
incurabilis eſt. at incontinentem (perturbatione ſedata) ⁊ penitet ⁊ curabilis eſt. igitur intemperantia longe
deterior eſt ipſa incontinentia. qui vero ex electiõe deficit/ atqꝫ ob eas ipſas/ voluptates refugit: inſenſibilis
eſt/ intemperantiqꝫ oppoſitus. et inter hos intemperantem ſcilicet/ ⁊ inſenſibilem: medius temperãs colloca-
27 tur. ℂ Secunda concluſio. Non modo intemperans incontinente/ ſed ⁊ molli: deterior eſt. Nam intemperãs
eſt qui non quia a perturbatione/ ſed ꝙ ob electionem ipſam dolores corporis refugit. ſed eorũ qui nõ eligũt

quidam ob voluptatem vt incontinens / ⁊ quidam ob fugam doloris qui ex cupiditate prouenit: ducitur / vin-
citurq;. quare intemperans ⁊ incontinens / ⁊ mollis inter ſe differũt. at cuilibet is deterior eſſe videbitur qui
aut nõ cupiẽs / aut remiſſe cupiẽs quippiã agit turpe: q̃ ſi vehemẽter cupiẽs id admitteret. vt deterior eſſe vi-
debit ſi quis non iratus / alterũ pulſauerit: q̃ ſi id egerit / ira cõcitatus. quid eni tũ ageret ſi in perturbatione
eſſet: eſt igit intemperans: ⁊ incõtinẽte / ⁊ molli deterior. eorũ eni quos diximꝰ alter mollitudinis ſpeciei ſubij-
citur: ⁊ alter incõtinẽs eſt. ¶ Tertia ↄcluſio. Continens incõtinẽti / ⁊ ↄſtãs molli opponitur: ⁊ ſunt cõtinẽtia / ⁊ 28
ↄſtãtia diuerſa. Cõtinentem incõtinẽti ⁊ ↄſtãtẽ molli oppoſitũ eſſe: ſtati notũ eſt. nã ↄtinẽs vicit: incõtinẽs vi-
citur. ⁊ ↄſtãs reſiſtit: mollis ſuccũbit / atq; ſuperatur. ⁊ q: continentia in ſuperando ↄſiſtit / ⁊ ↄſtãtia in reſiſten-
do / ⁊ ſuperare / ⁊ reſiſtere diuerſa ſunt: vt vincere ⁊ non vinci. ſunt igitur continentia ⁊ cõſtantia diuerſa.
¶ Correlarium. Quo fit vt continentia magis q̃ conſtantia: expetenda ſit. Nam vincere q̃ non vinci preſta- 29
bilius eſt. ¶ Quarta cõcluſio. Mollis eſt qui aduerſus ea aduerſus que pleriq; reſiſtũt ⁊ poſſunt / ſuccumbit. 30
Nam qui doloribus ſuccumbit aduerſus quos ⁊ pleriq; reſiſtunt: ⁊ poſſunt: mollis eſt. delicijq; defluens. deli-
cie enim mollitudines quedam ſunt: vt qui veſtem trahet ne tollendi ſubeat laborem. qui cum imitetur egro-
tantem: non ſe putat eſſe miſerum / ſemper quidem miſero ſimilis. mollis igitur is ſec ſuccumbit aduerſus que
pleriq; reſiſtunt / poſſuntq;. ¶ Quinta concluſio. Non omnis qui a voluptatibus / aut doloribus / reluctatꝰ vi- 31
citur: incontinens aut mollis eſt. Nam vt de conſtantia ⁊ mollitudine ad dolores moleſtiaſq; fugiendas: ita
quoq; de cõtinentia ⁊ icõtinẽtia circa voluptatũ illecebras aut ſequẽdas aut fugiendas. atqui mollitudo ⁊ cõ-
ſtãtia nõ circa oẽs dolores moleſtiaſq; verſatur ſed circa eas quas pleriq; vincũt ⁊ a quibus etiã pleriq; vin-
cũtur. quare ⁊ circa ↄſimiles voluptates cõtinẽtia atq; icõtinẽtia. Nã ſi quis a vehemẽtibus / exuperãtibuſq;
voluptatibus aut doloribus vicitur: nihil mirũ eſt ſi neq; incõtinẽs neq; mollis eſt. verũ ignoſcendũ eſt illi: ſi
tãdem reluctatus vicitur. vt Theodecti poete Philoctetes a ſerpente morſus aut Carcini Cercyon in Alo-
pe / ⁊ vt homines ij qui detinere riſum enitentes / accumulatius illum effundũt: qd accidit Xenophanto. ſed ſi
quis ijs doloribus quibꝰ multi reſiſtere valẽt / ſuccũbit: neq; aduerſari põt nõ ob generis naturã / neq; ob mor-
bum: is incõtinẽs mollis ve dici põt. ob generis quidẽ naturã dico: nã Scytharũ regibus quedã ob genus mol-
litudo ineſt / qd vt femina a virilitate degenerat maſcula. ¶ Sexta cõcluſio. Qui ad iocũ propẽſior eſt: nõ i- 32
temperãs / ſed mollis eſt. Nã iocus quedã eſt laboris relaxatio. eſt eteni quedã a laboribus requies. at qui ad
iocum propenſior habetur: ex ijs eſt qui in hac laborũ relaxatiõe requie atq; fuga exuperãt. eſt igitur ad io-
cũ propenſior / mollis / ⁊ nõ intẽperãs. ¶ Septima cõcluſio. Incõtinẽtie / ⁊ mollicei due ſunt ſpecies: temeri- 33
tas ſcilicet / atq; infirmitas. Nã quidã deliberatione facta: in ijs ipſis que ſtatuerũt / ob ſurgentẽ perturbatio-
nẽ nõ perſiſtũt. ⁊ hi debiles / infirmiq; dicuntur. quidam vero ↄtra ob idipſum q nõ precõſultauerũt: a pertur-
batiõe ducũtur / quos ⁊ temerarios appellamus. Et ſunt alij qui ante ſentientes / ac preuidentes: ſeipſos / ra-
tionemq; excitant / atq; ſe premuniunt: neq; a perturbatione vincuntur / ſiue id quod mouet voluptatẽ / ſiue
dolorem efficiat. ⁊ hos nunc ↄtinentes nũc conſtãtes dicimus: ſimiles quidẽ illis qui pretitillati non titillant.
¶ Octaua cõcluſio. Maxĩe celeres quos ⁊ colericos / ⁊ biliosi atra bili / quos ⁊ melancolicos appellãt: teme- 34
raria teneri ſolent incontinentia. Nã illi ob velocitatem / ⁊ hi ob vehemẽtiã / q: ſint vehemẽtis imaginatio-
nis ſequaces: rõnẽ nõ expectãt. incidũt igitur hi vel maxĩe in temerariã incontinẽtiam.

Numero.26 At vero intemperantem quidem non penitet: vt eſt dictum. In Cap. VIII. 35
electione namq; perſiſtit. incontinens autem facilis eſt omnis ad penitenti-
am: quocirca non ita res ſeſe habet vt dubitauimus. ſed ille quidem incurabi-
Numero.9. lis: hic autem eſt curabilis. Vicium enim morbis eſt hiſce perſimile: aque in-
tercuti inquam / et tabi. incontinentia vero: morbo comitiali. Etenim illud / continua:
hec non continua eſt improbitas. ¶ Atq; omnino diuerſum eſt genus incontinentie /
atq; vicij. Vicium enim latet: incontinentia vero non latet. ¶ Horum autem ipſorum 36
ij qui ante rationem ducuntur: meliores ijs ſunt / qui rationem quidem habent / nõ au-
tem perſiſtunt in ea. a minore namq; perturbatione vincuntur: et non abſq; delibera-
tione / vt illi. incontinens enim ſimilis eſt ijs qui cito fiunt ebrij: et pauco vino / ⁊ pau-
ciore q̃ pleriq;. ¶ Patet igitur incontinentiam vicium non eſſe: niſi aliqua ex parte 37
fortaſſe. Nam hec quidem eſt preter electionem: illud autem cum electione. in actioni-
bus tamen eſt ſimilitudo: vt Demodocus in Mileſios dixit. Mileſij namq; inſipi-
entes quidem non ſunt: ea tamen faciunt que agunt inſipientes. et incontinentes in-
iuſti quidem non ſunt: iniuriam tamen faciunt. ¶ Cum autem alter ſit talis: vt nõ ex 38
eo quia eſt ipſi perſuaſum / exuperantes corporis voluptates / preterq; rationem rectã
ſequatur / alteri ſit perſuaſum / propterea q talis eſt vt ipſas ſequatur: illi quidem diſ-
ſuaderi facile / huic autem haud facile poteſt. Principium enim ipſum / virtus quidem
[vir]tus conſervat principium / vitium corrumpit. conſeruat: vicium vero corrumpit. id autem gratia cuius / principium eſt in actibus:
perinde vt ſuppoſitiones ipſe in mathematicis. Neq; igitur ibi docendorum princi-
piorum eſt ratio: neq; hic. ſ; virtus aut naturalis / aut aſſuetudine parta: cauſa eſt opi-
nandi circa principium recte. Talis igitur homo temperans eſt. at contrarius eſt intẽ-
perans. Eſt autem quidam alius: ob perturbationem a recta ratione diſcedens. quem
perturbatio vt non agat quidem vt recta ratio iubet: ſuperat. vt ſit autem talis / vt ip-
ſi ſit perſuaſum oportere perſequi voluptates libere / tales non vincit. at hic eſt in-
continens qui quidem intemperante melior eſt. Nec eſt abſolute prauus. conſeruatur

enim id in ipſo/quod eſt optimum:principium inq̃ ipſum. Alius autem eſt huic contrarius:is qui perſiſtit/et non ob perturbationem a ratione diſcedit. Ex his igitur patet hunc quidem ſtudioſum:illum autem improbum habitum eſſe.

¶ Octaui capitis note. ¶ Aqua itercus/Hydrops. ¶ Tabes/phthiſis/ ꝛ eſt vlceratio pulmonis cum extenuatione totius corporis et ſanguinis excreatione.

¶ Octauum cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.

Octaui capitis Cōmentarius ad ſam. ¶ Prima cōcluſio. Intēperans: incōtinēte deterior eſt. ¶ Pri-
35 mo. nā (vt iā quoq; dictū eſt) intēperantē nō penitet/ ſed in electiōis voto perſiſtit. at incōtinēs omnis: promptus eſt ad penitentiā. eſt igit intēperās: incōtinēte deterior. nō eſt igit quēadmodū prius predubitatum fuerat. verum intemperans incurabilis: ꝛ incontinens curabilis eſt. ¶ Secundo. intemperantia vicium eſt hiſce morbis aſſimile: aque ſcilicet intercuti/ ꝛ tabi. incontinentia vero morbo aſſimilatur comitiali. nam intemperantia/ continua manet improbitas: incontinentia vero continua non eſt. eſt igitur intemperantia: ꝙ incontinentia deterior. ¶ Tertio. incontinentie atq; intemperantie omnino diuerſum genus eſt. nam intemperantia latet: incontinentia vero aperta eſt. deterior autem/ curaq; difficilior morbus latens eſt. igitur intēperās:
36 incōtinēte deterior eſt. ¶ Secūda cōcluſio. Incōtinētes temerarij: minus mali/ minuſq; culpādi incontinētibus infirmis. Nam infirmi qui rōnem habēt ꝛ in ea nō: pſiſtunt a minore vincūtur perturbatione/ ꝛ non abſq; deliberatione. ratio enim atq; deliberatio perturbationem imminuit. incōtinētes autem temerarij a fortioribus vincuntur perturbationibus impremuniti neq; quidem rōnē/ neq; cōſultationem prehabētes. ſūt igit icōtinētes temerarij minus mali: ꝛ incōtinētes īfirmi debileſq; perſimiles ſūt ijs qui cito fiunt ebrij/ ꝛ pauco vi-
37 no/ ꝛ pauciore quidem ꝙ pleriq; alij. ¶ Tertia concluſio. Incōtinētia nō oīno viciū eſt: ſed aliqua ex parte vicium. Nam incontinentia preter electionem eſt: vicium vero cum electione. at in actiōibus ſimilitudo eſt: vt Demodocus in Mileſios dixit. inquit autem. Mileſij etenim inſipientes quidem non ſunt: ea tamen faciunt/
38 que faciūt inſipiētes. ita quoq; ꝛ icōtinētes iniuſti quidem nō ſunt: iniuriam tamen faciunt. ¶ Quarta cōcluſio. Incōtinēti/ ne voluptates ſequatur facile diſſuaderi poteſt: intemperato autem haudquaꝙ id facile fieri poteſt. ¶ Nam ꝙꝙ incōtinēs talis eſt vt nō ob idipſum ꝙ ipſi perſuaſum ſit/ corporearum voluptatum ſuperabundātias preter rectam rationem ſectetur/ intemperanti autem perſuaſum ſit: nihilominus facile incontinēti diſſuaderi poteſt/ intemperato autem id haudquaꝙ diſſuadebitur facile. Nam in incōtinēte principium ſanum incolumeq; eſt: in itemperāte vero nō. incolume enim principium virtus cōſeruat: vicium vero corrūpit. at i actiōibus humanis pricipium id gratia cuius/ finiſq;: eſt perinde in agēdis ſeſe habens vt ſuppoſitiones i mathematicis. vt enim in mathematicis nulla demōſtrādorum pricipiorum ratio eſt: itidem neq; i agēdis demonſtrandi finis. ſed virtus/ aut natura/ aut aſſuetudine parta: cauſa eſt circa idipſum principium recte opinādi. qui autem talem virtutem circa voluptates corporeas arcendas nactus eſt: homo temperans eſt ꝛ contrarius intemperās. aſt alius eſt/ qui ob perturbationem a recta ratione diſcedit/ quem perturbatio ſuperat vt non agat quemadmodum recta ratio iubet. Nō tamē perualcit vt talis ſit vt ei perſuaſum ſit oportere libere ꝛ abſq; vlla perturbatione huiuſmodi voluptatum illecebras perſequi ꝛ hic eſt incontinēs/ ꝛ itemperato melior: neq; abſolute prauus. nam i ipſo/ quod optimū eſt ſaluatur/ ipſum īquam pricipiū/ rectumq; de fine iudicium. facile igitur incōtinēti diſſuaderi poſſunt voluptates: at itemperati haud facile. ꝛ cōtrari⁹ icōtinēti is eſt qui perſiſtit: neq; ob perturbationem quidem a rationis rectitudine diſcedit eſtq; is continens. et ex his permanifeſtum euadit: cōtinētis habitum ſtudioſum eſſe imperfectum quidem/ ꝛ diſpoſitionem quādam. incontinētis autem habitum eſſe improbum.

Cap. VIIII.

39 Quęrendum eſt aūt/ vtrum is ſit cōtinens qui quauis in rōne electiōe ve perſtat: an is qui in recta perſiſtit? Et vtrum is ſit incontinens: qui non permanet in quauis electione ratione ve: an is qui perſiſtit in ratiōe falſa/ ꝛ electione non recta quemadmodum antea dubitauimus? An per accidens quidem in quauis: per ſe autem in ratione vera/ rectaq; electione alter perſtat/ alter non pſtat? nam ſi quiſpiam hoc ob hoc expetit/ aut ſequitur: per ſe quidem hoc expetit atq; ſequitur/ per accidēs autem ipſum prius. at quod eſt per ſe: id ſimpliciter eſſe dicimus. quare fit/ vt aliquo quidem modo quauis in opinione/ abſolute autem in vera: alter perſiſtat/ alter non perſiſtat. ¶ Sunt autem quidam in opinione perſiſtentes: quos pertina-

Nūero. 4. et Numero. 8.

40 ces appellant. hi non niſi cum difficultate dimoueri a ſua ſententia poſſunt. Et ſimile quidem quid habent cum continente: ſicut et prodigus cum liberali/ et audax cum confidente. Sunt autem in multis ab illo diuerſi: continens enim non mutat ſententiam ob perturbationem/ atq; cupiditatem. nam cum acciderit/ facilem ſeſe offeret recta perſuadenti. Illi vero non a ratione mutantur. nam cupiditates capiūt/ atq; a voluptatibus pleriq; ducuntur. Sunt autem ij pertinaces/ qui ſue ſunt ſententie: et qui ſunt indocti/ ac ruſtici. atq; ſue ſententie homines/ ob voluptatem atq; dolorem ſunt pertinaces. gaudent enim vincentes ſi non e ſua ſententia diſſuaſione vlla dimoueantur. et dolēt/ ſi ſua ſint irrita/ vt decreta. quare poti⁹ ſunt icōtinēti ꝙ cōtinēti ſimiles.
41 ¶ Sunt etiam qui non ob incontinentiam in ſententia non perſiſtunt. Ut Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete: quāꝙ ob voluptatem/ non perſtitit: ſed honeſtum. Erat enim honeſtum illi vera loqui. ab Ulixe autē fuerat illi perſuaſum mentiri. Etenim non omnis qui propter voluptatem quippiam agit intemperans eſt/ aut

pꝛauus/aut incontinens:ſed qui agit ob turpem. ¶ Cum autem ſit et quidam talis/ 42
vt minus ꝙ opoꝛteat coꝛpoꝛis gaudeat voluptatibus/non perſiſtens in ratione: inter
hunc et incontinentem/medius ipſe continens collocatur. Incontinens enim non pꝛe-
ſiſtit in ratione:quia magis ꝙ opoꝛtet voluptatibus delectatur. hic vero non perma-
net:quia minus ꝙ opoꝛtet eiſdem gaudet. At continens perſtat. et ob neutrum ſenten
tiam mutat. ¶ Opoꝛtet autem ſi continentia ſit ſtudioſum : habitus hos vtroſq; 43
contrarios/improbos eſſe/quemadmodum et videntur. Sed quia perpaucis alter ho-
minibus ineſt/raroq; admodum,fit:vt temperantia ſoli contrarium intemperãtie eſſe
videtur/ſic et continentia ſoli incontinentie aduerſari putatur. ¶ At vero cum ob ſimi 44
litudinem multa dicantur:factum eſt vt temperans per ſimilitudinem continens di-
catur. Continens enim talis eſt/ vt nihil pꝛeter rationem ob voluptatẽ coꝛpoꝛis agat:
et temperans etiam talis eſt. ſed ille quidem habet pꝛauas cupiditates: hic autem non
habet. Et hic quidem eſt talis/ vt non delectetur pꝛeter rationem:ille vero talis vt de-
lectetur quidem/ſed non ducatur. ſimiles etiam ſunt incontinens ⁊ intemperans:qui
quidem diuerſi ſunt . vterq; enim coꝛpoꝛis ſequitur voluptates . ſed alter et opoꝛtere
putat:alter non putat.

¶ Noni capitis note. ¶ Qui expetit vinum ob dulcedinez:per ſe dulcedinez expetit/ ⁊ per accidẽs vinũ. ita 39
qui expetit aut cibum/ aut potũ honeſtatis gratia/ neq; cupedia ducit̃ ſed recta ratione/ ⁊ hunc cibũ/ et hunc
potum exiſtimat eſſe talem qui ſcd̃m rectã rõnẽ ſumi poſſit: tametſi talis nõ ſit/ propter vim quandam latẽtẽ:
quam deliberans ignoꝛat/neq; ſcire poteſt (vt de Lotho apud Homerum/ ⁊ de vino in ſacris lr̃is quod nunq̃
guſtauerat Noe) ſi continens perſiſtit in pꝛopoſito: hunc ſcilicet cibum / aut potum eſſe ſcd̃m rectã rõnẽ ſumẽ
dum/ ⁊ ſumat: perſiſtet continens rationi falſe et electioni nõ recte. non per ſe/ſed per accidens.
¶ Nonum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.
Noni capitis Cõmentarius ad litterã. ¶ Pꝛima cõcluſio. Cõtinẽs in quauis ratiõe/ atq; electione cum 39
recta/tum nõ recta: niſi ſecundum accidens perſiſtit/per ſe autem in recta perſiſtit. Hoc in loco querendũ eſſe
videbatur: vtrum is continẽs ſit qui in quauis ratione/ ac electione perſiſtit: an is potius qui perſiſtit in vera.
⁊ vtrũ is incõtinẽs qui in quauis rõne/ac electiõe nõ perſtat. an potius qui perſtat in falſa/ atq; in electiõe non
recta. nã ⁊ id antea addubitatuz fuerat. Sed videt̃ ꝯtinẽs in electiõe recta/ veraq; rõne per ſe perſiſtere: in fal
ſa vero ſi perſiſtere pergat non per ſe/ ſed per accidẽs. Nam qui vnum ob alterum expetit ac ſequitur: id alte
rum per ſe expetit/ſequiturq;: atq; ipſum pꝛimuz per accidens expetit . nam quod per ſe eſt: hoc in loco ſim-
pliciter/ ⁊ non ob alterum eſſe dicimus. cõtinẽs aũt ſi qcq̃ expetit proſequiturq;: ob electionez rectã expetit.
igitur cõtinens quodam modo in quauis electionis opiniõe/ ſed in vera dũtaxat per ſe imanet atq; perſiſtit:
incõtinẽs aũt nõ perſiſtit. ¶ Scd̃a cõcluſio. Cõueniũt pertinax/ ⁊ cõtinẽs: pariter atq; inter ſe differũt. Nam 40
pertinaces appellare ſolent: qui in ſua opinione perſiſtẽtes/nõ niſi cũ difficultate a ſua ſentẽtia dimoueri poſ-
ſunt. at hi reuera cum cõtinẽte ſimile qd̃ habẽt: ceu pꝛodigus cũ liberali/ ⁊ audax cũ forti. ſed differũt in mul-
tis. cõueniũt q̃dem. nam ꝯtinẽs ob perturbationẽ atq; cupiditatẽ nõ mutat ſentẽtiam: ita neq; pertinaces. dif-
ferunt autem. nam cõtinẽs vbi opoꝛtuerit ſe facilem pꝛebet recta ſuadenti. pertinaces vero nõ/ neq; aliqua rõ
ne ſuadent̃: verũ a cupiditatibus detinẽtur/ ⁊ eoꝛum pleriq; ducũtur a voluptatibus. at incõtinẽtes neq; deti-
nentur neq; ducũtur a voluptatibus. rurſus pertinaces ſunt ij qui ſue ſũt ſentẽtie indocti atq; agreſtes: atq;
huiuſmodi ſue ſententie pertinaciter inſiſtentes hoĩes/ ob voluptatem atq; doloꝛem ſolent eſſe pertinaces. et
gaudent victoꝛes/ſi a ſua ſententia nulla ſuaſione demoueri queant: dolent vero ſi ea que ſue ſunt ſentẽtie/ ca
dant irrita/ceu quedam publica decreta. quo fit vt pertinax icõtinenti/ q̃ cõtinenti ſimilioꝛ ſit. nã voluptates
proſequuntur/ ⁊ triſtitias fugiunt: ⁊ ob voluptatem/ aut doloꝛem in ſua ſententia perſiſtũt: vt et ipſi inconti-
nentes. ¶ Tertia cõcluſio. Nõ omnis qui pꝛopter voluptatem quippiam agit: intemperans pꝛauus/ aut incõ 41
tinens eſt. Nam ſunt qui in ſententia nõ perſiſtuut: ſed nõ ob incontinentiam etſi ob voluptatem. vt Neopto-
lemus apud Sophoclem in Philoctete ob voluptatem / ſed honeſtam in ſententia non perſtitit. erat enim il-
li/ et iucũdum/ ⁊ honeſtum vera loqui. at ab Vlixe illi perſuaſum fuerat mentiri. non igitur omnis quippiam
pꝛopter voluptatem agens/ intemperans/ pꝛauus/ aut incontinens eſt: ſed qui ob turpem agit. ¶ Quarta con 42
cluſio. Cõtinens iter magis ⁊ minus q̃ par decoꝛũq; ſit voluptatibus gaudentes: medius quidam laudabilis
exiſtit. Nã quidã talis eſt vt minus q̃ opoꝛteat coꝛpoꝛis gaudeat voluptatibus/ in recta ratione nõ perſiſtens.
et incõtinens nõ perſiſtit in recta ratione: quia magis q̃ opoꝛtet voluptatibus delectatur. at cõtinẽs in recta ra
tione perſtat/ atq; ob neutrum ſententiam mutat. igitur cõtinens boꝛũ duoꝛũ qdã laudabilis medius exiſtit.
¶ Quinta concluſio. Vterq; illoꝛum extremoꝛum contrarioꝛum habituum: pꝛauus. Nam cõtinentia ſtudio- 43
ſa eſt. opoꝛtet igitur vtroſq; hos habitus contrarios: impꝛobos pꝛauoſq; eſſe. et re vera tales eſſe vident̃. Sed
quia alter eoꝛum vt qui in defectu verſatur/ paucis hõibus contingit: fit vt continentia / ſoli incõtinentie ad-
uerſari putetur. quemadmodum eandem ob cauſam temperãtia/ ſoli intemperantie videtur aduerſata: q̃ pau
ciſſimis hominum contingat inſenſibilitas. ¶ Sexta concluſio. Continens abſolute temperans nõ eſt. Nam 44
cum multa per ſimilitudinem dicantur: etiam quoq; factum eſt/ vt continens per ſimilitudinem dicatur tem-
perans. nam continens talis eſt vt nihil pꝛeter rationem ob voluptatem coꝛpoꝛis agat: qualis etiam eſt ⁊ tem-
perans. ſed lato diſſociantur interuallo. Nam continens pꝛauas habet cupiditates: temperans autem non ha
bet. ⁊ temperans talis eſt vt non delectetur pꝛeter rationem: continens vero talis vt delectetur quidem /ſed a
perturbatione non ducatur. Et ſimili pꝛopoꝛtione: inter ſe reſpondent intemperans/ ac incõtinens: qui tamen
diuerſi ſunt. naz vterq; coꝛpoꝛis ſequit̃ voluptates/ ſed intẽperãs proſequitur ⁊ proſeq̃ opoꝛtere putat: incõti-
nens proſequitur quidem/ at proſequendas eſſe non putat.

45 At qui neqȝ fieri põt vt idē ſit prudēs/atqȝ incõtinēs ſimul. Eſt Ca.X.
eni demonſtratum: prudentem ſimul ⁊ more ſtudioſum eundem eſſe. preterea non ſolū ex eo quia ſcit prudēs eſt: ſed ex eo etiam quia idoneus eſt ad agendum. at incõtinēs non eſt idoneus ad agendum. habilem autē nihil ꝓhibet
46 eſſe incõtinentē. ¶ Quapropter ⁊ interdum nonnulli prudentes eſſe videntur/atqȝ incõtinentes: quia differt habilitas a prudentia eo modo quem ſupradiximus. ⁊ ſunt ratione quidē propinqua: electione vero diuerſa. Nec incontinens ſeſe habet/ vt is q̄ ſcit ac contemplatur: ſed vt is qui dormit/aut eſt vinolentus. ⁊ ſponte ſua quidē agit. ſcit
47 enim quodam modo ⁊ quid/⁊ cuius gratia facit. ¶ Malignus tamen non eſt. electio namqȝ eſt bona. Quare ſemimalignus eſt: ⁊ nõ iniuſtus. nõ eſt eni inſidiator. nā ipſorū alter q̄dē nõ ꝑſiſtit in ijs que ſtatuit cõſultādo. bilioſus aūt atra bili: nec ad cõſultādū omnino eſt aptus. Et ſimilis eſt igitur incontinens quidē ciuitati/que decernat q̄dē omnia que ſunt agenda/ ⁊ leges habeat bonas: ſed non vtatur.

Ut Anaxandrides facete dixit.

Urbs conſultabat/leges que negligit almas.

48 Malignus autē ciuitati/que legibus quidem vtatur: ſed prauis. ¶ Eſt autem cõtinētia atqȝ incõtinētia circa id quod multitudinis exuperat habitum. Alter enim magis
49 alter minus perſiſtit: q̄ plurimi poſſunt. ¶ Facilius autem ea curari poteſt incontinentia: qua bilioſi atra bili incontinenter agunt: q̄ eorū qui deliberant quidē/ſed non perſiſtūt. et ij facilius curari poſſunt: qui per aſſuetudinē/ q̄ ij q̄ natura incõtinētes ſunt. eſt enim facilius cõſuetudinē/ q̄ naturā mutare. Ideo eni ⁊ cõſuetudinē mutare difficile eſt quia ſimilis eſt nature. quemadmodum Euenus poeta dixit.

Uſus longus mos eſt/ac meditatio crebra

Nunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.

¶ Quid igitur continentia ſit/⁊ incontinentia/ ⁊ quid ꝯſtantia/mollitudoqȝ / ⁊ quomodo inter ſeſe habeant habitus hi: iam diximus.

47 ¶ Decimi capitis note. ¶ Atra bilis/cholera nigra: que ⁊ melancolia dicitur. Flaua bilis: a qua homines appellamus cholericos.

¶ Decimum cap. quattuor concluſionibus/ ⁊ vno colerario partitum eſt.

45 Decimi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Eundem ſimul prudentem/ ⁊ incontinentē eſſe impoſſibile eſt. ¶ Primo. nā prius mõſtratū eſt eūdē eſſe ſimul ⁊ prudentem/ ⁊ morū virtutibus preditū. ¶ Scdo. nõ modo quia ſciat: aliquē prudētē eſſe dicimus/ ſed ⁊ etiā q: ad agēdū ſit idoneus. at incontinēs minime ad agendū idoneus eſt. non eſt igitur incõtinēs prudēs: ⁊ ſi inſitā ad agendū habilitatem ni-
46 hil prohibeat ipſum habere incontinentē. ¶ Correlarium. Hinc fit vt interdū nõnulli pariter videantur eſſe prudentes/ atqȝ incõtinētes: nõ ſunt tamē. nā huiuſmodi inſita habilitas: eo a prudētia quo (ſuperius dictum eſt) modo differt/ac ſeparatur. ⁊ ratione quidem prudentie propinqua eſt. at electione differt. decerniculū item a prudente ſuſtinet incontinēs. nā ipſe incõtinēs nõ ita ſeſe habet vt is qui ſcit/ ac cõtemplatur: ſed vt is qui dormit aut vinolentus eſt. ſponte ſua tamen agit. nam ſcit quodam modo: ⁊ quid/ ⁊ cuius gratia agit.
47 ¶ Secunda concluſio. Incontinens non omnino malus eſt. Nā electio bona eſt. q̄uis in ea non perſiſtat. quare nõ oino malus eſt / ſed ſemimalus potius dicēdus eſt/ ⁊ nõ iniuſtus. nā nõ eſt inſidiator atqȝ ex deliberatione nocens: cum eorum alter quem ſubitum celeremqȝ dicimus/ in ijs que conſultando ſtatuit nõ perſiſtat/ ⁊ bilioſus atra bili non omnino ad ꝯſultādū ſit aptus. qui ſimmo perſimilis eſt incõtinēs ciuitati: que decernat que agēda ſūt oia: ⁊ leges q̄dē habeat bonas/non vtatur autem illis/ vt comiter inuexit Anaxandrides. Anaxandrides.
48 Urbs decernebat: cui legum nulla voluntas.
Malus autē vt intēperās: aſſimilatur ciuitati q̄ legib9 quidē/ ſed que prauis vtat. ¶ Tertia concluſio. Continentia ⁊ incõtinētia circa id ſunt quod multitudinis ſuperat habitum. Nā cõtinēs magis: ⁊ incõtinēs minus perſiſtit q̄ queat plurimū multitudo. ¶ Quarta concluſio. Incontinentia qua atre bilis incõtinētes peccant: fa-
49 cilius ſanatur/ q̄ ea qua ij laborāt qui ꝯſultant/in ſententia aūt nõ permanēt. ⁊ hi facilius qui per aſſuetudinē/ q̄ qui natura ſunt incontinentes. primū ideo eſt: quia preconſiliati magis/ potioreqȝ iure malū vitare queunt. Scdm aūt hinc patet: q: aſſuetudinem mutare facilius eſt/ q̄ naturā. nam ideo aſſuetudinē mutare difficile eſt: q: aſſuetudo aſſimilatur nature/ quemadmodum ⁊ id quoqȝ hoc pacto Euenus poeta dixit. Euenus

Mos vetus/ atqȝ frequens meditatio: durat amice

Qui tandem natura viris cognoſcitur eſſe.

Sed quid continentia/ quid incontinentia quid item conſtantia/ ac mollitudo/ ⁊ quo pacto inter ſeſe hi differant habitus: iam dictum eſt abunde.

50 Ad ipſum aūt ciuilē philoſophū ꝑtinet/ de voluptate cõtēplari/ Cap. XI.
atqȝ dolore. Hic eni architectus eſt finis: ad quē vidētes/ vnūquodqȝ aut malū aut bonū ſimpliciter dicimus. ¶ Inſuper ⁊ neceſſariū eſt de ipſis conſiderare. ⁊ virtutē eni morū ⁊ viciū circa dolores/ voluptateſqȝ poſuimus. ¶ Et felicitatē plurimi cū voluptate aſſerunt eſſe. ¶ Quibuſdā igitur nulla voluptas aut

per ſe/aut per accidēs bonum eſſe videtur. Non enim idem bonum eſſe putant ac vo-
luptatem. ¶ Quibuſdam/nōnulle q̄dē bone: plereq̧ autem praue eſſe vidētur. ¶ Sūt 51
ꝛ qui tertio cenſent: ꝛ ſi omnes ſunt bone/ſummum tamen bonū voluptatem eſſe nō
poſſe. ¶ Non bonum igitur omnino eſſe putatur: quia omnis voluptas/generatio eſt 52
ſenſibilis ad naturam. generatio vero nulla: genus idem ſubit quod fines. nulla enim
edificatio domus eſt. ¶ Preterea vir temperās fugit ipſas voluptates. ¶ Preterea pru
dens perſequitur vacuitatem doloris: non id quod afficit voluptate. ¶ Preterea volu
ptates impedimento prudentie ſunt. atq̧ quo magis hiſce quiſpiaȝ gaudet: eo magis
impeditur. vt in venerea fit voluptate. nemo namq̧ dum eſt in illa: mente quicquam
perſpicere poteſt. ¶ Preterea ars nulla eſt voluptatis. ꝛ tamen omne bonum: artis eſt
opus. ¶ Inſuper ꝛ pueri/ꝛ fere: ipſas voluptates ſequūtur. ¶ Non eſſe autem omnes
ſtudioſas exiſtimatur: quia ſunt ꝛ turpes atq̧ infames. Et quia afferunt detrimentū.
eorum enim que voluptatem efficiunt/nonnulla pariūt morbos. Ex eo vero voluptas
ſummum bonum non eſſe putatur: quia non eſt finis/ſed generatio. Hec igitur fere
ſunt que de voluptate dicuntur.

¶ Undecimi capitis note. ¶ Particulas deriuationum vocabulorum: ꝙ dictiones grece ſint/ſcite omittit 50
Argyropylus: vt ꝛ in ſexto huius numero. 57. Qꝛ enim beatus apud grecos a gaudio appellationem ſumat:
latine locutioni non reſpondet. Nichil enim ad latinum pertinet vtrum Macarios quod beatum ſignificat
απο του χαιρειν
quod gaudere ſignificat an aliunde deducatur. quamuis beatus ab eo (quod conſolor ſignificat) apud latinos
deriuari videatur/ꝛ non multum ab appellatione quam Ariſtoteles tribuit ſuo modo differre videatur. ſiqui
dem ſolamen/ꝛ gaudium non multū inter ſe patiuntur diſcrimen. ¶ Uirtutes: boni artes eſſe ponebant. hinc 63
omne bonum humanum aſtruebant eſſe alicuius artis opus.

¶ Undecimum cap. vna concluſione/tribus opinionibus/ꝛ earum rationibus partitum eſt.

Undecimi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Concluſio. Ad moralem philoſophum de voluptate 50
atq̧ dolore incumbit determinatio. ¶ Primo. Nā moralis philoſophus eſt architectus/atq̧ precipuus ſpe-
culator finis: ad quem reſpicientes vnumquodq̧ vel bonum/vel malū ſimpliciter eſſe dicimus. voluptas eniȝ
vt quidam finis eſt. igitur ad ipſum: voluptatis incumbit determinatio. quare et doloris eius cōtrarij. ¶ Se-
cundo. ad moralem philoſophum eorum expedit determinatio: circa que et morum virtus/et vicium verſat.
at morum virtutem/ipſumq̧ vicium circa dolores/voluptateſq̧ verſari iam aſtruximus. igitur de voluptate
atq̧ dolore incumbit determinatio. ¶ Tertio. eius determinatio ſuſcipienda eſt: ſine quo felicitatem eſſe non
exiſtimant. at q̄plurimi: ſine voluptate felicitatem eſſe non poſſe autumant: ꝛ hinc quoq̧ beatum a gaudio
nomen ſuum traxiſſe. eſt igitur de voluptate pariter atq̧ dolore expedienda determinatio. ¶ Tres de volu- 51
ptate opiniones. Prima eſt dicentium nullam voluptatem: aut per ſe/aut per accidens eſſe bonum. ſiquidem
ij voluptatem et bonum idem eſſe non putant. ¶ Secunda eſt ſentientium quaſdam eſſe bonas, at earum
plurimas eſſe prauas. ¶ Tertia eſt aſtruentium omnes voluptates bonas eſſe: ſed ſummum bonum volupta-
tem eſſe non poſſe. ¶ Trium adductarum opinionum rationes. Qꝛ nulla voluptas omnino bonum ſit: his ra- 52
tionibus contendunt. Prima. Omnis voluptas generatio quedam ſenſibilis eſt: ad naturam/natureq̧ inua-
mentum. at nulla generatio rationem ſubit finis atq̧ boni: quemadmodum et nulla edificatio/domus eſt. igi
tur nulla voluptas bonum eſt. ¶ Secunda. Uir temperans fugit ipſas voluptates. igitur voluptas ipſa/ma-
lum eſt. ¶ Tertia. Prudens indolentiam/dolorumq̧ vacuitatem ſequitur: non autem ipſas voluptates. non
ſunt igitur voluptates bone. ¶ Quarta. Uoluptates prudentiam impediunt: atq̧ quo magis hiſce volupta-
tibus quiſpiaȝ afficitur/ac gaudet: eo quoq̧ amplius impeditur. vt in venerea perſpici licet voluptate. nemo
enim dum in illa eſt: quicq̧ mente perſpicere poteſt. non ſunt itaq̧ voluptates bone. ¶ Quinta. Uolupta-
tis nulla eſt ars: omne autem bonum humanum artis opus eſſe videtur. non eſt igitur voluptas bonum.
¶ Sexta. Pueri/et belue ipſas voluptates proſequuntur. ſunt igitur beſtiales voluptates/et non bone. Et
ꝙ alique voluptates ſint male illis videtur. Primo. quia nonnulle voluptarum turpes ſunt/atq̧ infames. Se-
cundo. quia nonnulle voluptatum afferunt detrimentum. nam voluptatem efficientium nonnulla/aggenerant
morbos. alias autem dici bonas nihil ipſis videtur eſſe abſurdum. Et ꝙ voluptas ſummum bonum non ſta-
tuat: hoc ideo eſt. quia voluptas non finis eſt. ſed in finem generatio. Hec ferme ſunt que de voluptate ab il-
lis adducuntur.

NOn effici aūt ob ea q̄ dicta ſūt/vt voluptas bonū nō ſit/nec id Cap. XII. 53
q̄d eſt optimū: ex hiſce ſane ꝯſtabit. primū namq̧ cū bonū ſit duplex (eſt enim
aliud abſolute: aliud alicui bonū) ꝛ nature ipſe/ꝛ habitus hec ſequenꝰ. Qua
re ſequenꝰ ꝛ motus/ꝛ generationes. ¶ Atq̧ earū q̄ praue videnꝰ eſſe: q̄dam
ſunt ſimplr̄ praue/alicui vero nō ſūt/ſed expetibiles huic. quedā nec huic: ſȝ nōnūq̄ et
tēpore paruo/expetibiles vero non ſunt. quedam neq̧ voluptates ſunt/ſed videnꝰ: que
ſunt cū dolore/ꝛ medicaminis grā/quales ſunt egrotantiū. ¶ Preterea cum bonorum
aliud ſit opatio/aliud habitus: opationes que ad naturalē cōſtituūt habitū/ꝑ accidēs
afficiūt voluptate. Eſt igitur operatio in cupiditatibus reſtātis habitus atq̧ nature.
nā ꝛ ſine dolore/cupiditateq̧ ſunt voluptates: vt opationes contēplandi/nō deficiēte
natura. ¶ Signū aūt eſt. ꝙ nō eiſdē gaudēt hoīes: cū replētur/ꝛ cū eſt ꝯſtituta natura.

ſed cum eſt conſtituta ĳs que ſimplicirer afficiunt voluptate: cum repletur / ⁊ cõtrarĳs.
nam et acribus gaudẽt / ⁊ amaris: quorum nihil prorſus aut natura / aut ſimpliciter af
ficit voluptate. quare nec voluptates. Nam vt ea que voluptatem efficiunt inter ſeſe
54 diſtant: ſicet voluptates ee que ab illis proueniunt. ¶ Atqui nõ neceſſe eſt aliquid ali-
ud eſſe preſtabilius voluptate: vt quidam inquiunt generationis ipſius finem. Nõ enĩ
generationes / neqꝫ cum generatione ſunt omnes: ſed operationes ⁊ finis. Nec eueni-
unt dum fiunt: ſed cum fit vſus. nec omnium eſt finis aliud quicq̃: ſed earum que du-
cunt ad perfectionem nature. Quapropter ⁊ non bene ſeſe habet / voluptatẽ dicere ge
nerationem eſſe ſenſibilem: ſed dicendum eſt potius operationẽ eius habitus eſſe / qui
eſt ſecundum naturam / ⁊ pro hoc ſenſibilem / ſine impedimento. Videtur autem ex eo
generatio quedam eſſe: quia eſt proprie bonum. Operationem enim generationem eſ-
55 ſe exiſtimant. eſt autem diuerſum. ¶ At vero ſi voluptates eſſe prauas ex eo cenſent /
quia nonnulle rerum afferentium voluptatem morbos efficiũt: idem ⁊ in ſalubribꝰ re
bus cenſebunt. nonnulle namqꝫ obſunt pecuniarie rei. hoc igitur pacto praue ſunt am
be. At non ſunt ob idipſum praue. nam obeſt interdum ad ſanitatem et contemplatio.
65 ¶ Impedit autem neqꝫ prudentiam neqꝫ habitum vllũ voluptas ea que ab vnoquoqꝫ
prodit: ſed aliene. Nam ee voluptates que ad contemplationem emergunt ⁊ diſcipli-
nam: conferunt potius ad contemplandum / atqꝫ diſcendum. ¶ Id preterea quod dici
tur nullam vllius artis opus voluptatem eſſe: cum ratione accidit. nec enim vlla alia
operatio artis eſt ſed potentie: quanq̃ ⁊ vnguẽtaria ars / ⁊ coquinaria / voluptatis eſ-
ſe videntur. Temperantem autem fugere voluptatem / ⁊ prudentem ſequi vacuitatẽ
doloris / pueros deniqꝫ perſequi / beluaſqꝫ / afficientes res voluptate: eodem omnia mo
do ſoluuntur. Nam cum voluptatum (vt dictum eſt) alie ſint abſolute bone / alie non
bone: tales voluptates tam pueri q̃ belue perſequunt. et harũ indolentiam prudens:
quas cupiditas comitatur / et dolor / queqꝫ corporis ſunt. He namqꝫ tales ſunt: ⁊ harũ
exuperationes / quibus intemperans / intemperans eſt. quapropter has temperans fu-
git. Nam ſunt voluptates et temperantis.

53 ¶ Duodecimi capitis note. ¶ Abſolute bonum: bonus cibus / bonus potus. alicui bonum / aſus abſinthĳ. ab-
ſolute bonũ quod ad aĩam: liberalitas / modeſtia / iuſtitia. Alicui bonũ penitudo ⁊ triſtitia. ¶ Praue volupta
tes corporee ⁊ ſimpliciter ſed alicui expetende inueniuntur: vt illaudabiles cibi atqꝫ impuri vt fungorũ vt bul
borũ qui aliq̃bus cõducũt eoſqꝫ q̃ puri magis cõſeruant. ⁊ praue que ne alicui quidem expetende vt venena.
¶ Naturalis habitus dr: qui ipſum habentẽ pficere natus eſt. ¶ Nã vt ea que voluptatem efficiunt. elemẽto
eni generali topico id pẽdet / quorũ efficientia bona ⁊ ipſa quoqꝫ ſimiliter bona. ⁊ ex oppoſito quorũ efficiẽtia
mala / ⁊ ipſa ſimiliter mala. Et hec que hic adducit Ariſtoteles / ↄtra priſcorũ placita ac aſſertiões qui: paulo
54 altius proſpicit / videt ex vera topica enaſci ⁊ ↄtra eos equo marte diſſerere. ¶ Generatio eſt via i naturã / aut
habitũ. Operatio vero eſt ipſius habitꝰ / aut qđ vſũ comitaẽ. Nã voluptas nõ proprie eſt ipſa imediate opa-
tio habitus / ſed ſubſequutiua illiqꝫ ſuguenies: vt odorationi ſuauis / ſuperuenit delectatiõis appetitꝰ. ⁊ vere i
rationaleſqꝫ voluptates: ſic a voluptate prodeunt quẽadmodũ ab appetitu ſenſitiuo / ſenſuales. ¶ Nõ ex acte
determinãdo ponit Ariſtoteles voluptatẽ ſũmũ bonũ eſſe: ſꝫ nihil ſua rõne prohibere / qui q̃dã eſſet q̃d ſũmũ.
¶ Duodecimũ cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.

53 Duodecimi Capitis cõmẽtarius ad lram. ¶ Prima cõcluſio. Superioribus rationibus effectum nõ eſt:
vt voluptas bonũ nõ ſit neqꝫ quidẽ vt nõ ſit optimũ. Nã cũ bonũ ſit duplex / ⁊ abſolute bonũ ⁊ bonũ alicui: na
ture ipſe / ⁊ habitus ipſi ↄſimiliter dicenẽ q̃dã abſolute bonũ / ⁊ q̃dã bonũ alicui: quare ↄſimiles motus / ac gene
rationes: has naturas hoſqꝫ habitus ſequẽtur. erũt igiẽ ⁊ voluptatũ q̃dã abſolute bone / ⁊ quedã alicui. ¶ Se
cũdo. voluptatũ que praue videnẽ: quedã ſũt ſimplr praue / alicui tamẽ praue nõ ſũt: verũ illi expetibiles. que-
dã ne huic q̃dẽ expetẽde ſunt: ſꝫ ⁊ aliquãdo ⁊ paruo tpe. ex quo nõ ſiet vt ipſe etiã alicui ſint expetẽde ſꝫ ſim-
pliciter ⁊ alicui ſunt praue. ¶ Quare ſequeẽ ⁊ motus ⁊ generationes. nã quorũ finis bonus: ⁊ ipſa quoqꝫ bo-
na ſunt. ⁊ cõtra / quorũ generationes bone: ⁊ ipſa quoqꝫ bona. Sũt ⁊ alie que videnẽ eſſe voluptates nõ ſunt ta
tẽ: vt que cũ dolore / ⁊ medicaminis grã ſunt / vt egrotantiũ voluptates. nõ igiẽ efficiũt nullam voluptatẽ eſſe
bonum. ¶ Tertio. bonorũ aliud operatio eſt / ⁊ aliud habitus. ⁊ operationes que ad naturalẽ cõſtituẽdũ habi
tum efficiũt: per accidẽs voluptarie ſũt / voluptatẽqꝫ efficiũt. nã he voluptates triſtitiis ammixte ſũt. eſt enĩ
talis operatio in cõcupiſcẽtiis indigẽtis / iperfectiqꝫ habitus / ⁊ nature. Verũtamẽ quedã ſunt ſimpliciter / ac
per ſe voluptates. nã quedã ſine dolore / ac cõcupiſcẽtia voluptates exiſtũt. vt que operatiõibus cõtẽplãdi cõ-
iũcte ſunt: nulla neceſſitate nullaqꝫ idigẽtia naturã premẽte. ſũt igiẽ quedã voluptates bone. ¶ Quarto. hoc
indicio voluptates quaſdã accidentarias eſſe / ⁊ quaſdam ſimpliciter / ⁊ per ſe / deprehenditur. Nam non eiſdẽ
gaudent homines cum ob indigentiam natura repletur: et iam conſtituta abſqꝫ indigentia natura. nam cum
natura conſtat / in ſtatuqꝫ eſt nullius indiga: tum afficitur ĳs que ſimpliciter ſunt voluptuaria. cum vero non
conſtat / vt cum repletur: contrariĳs afficitur / quandoquidem et acribus / et amaris / quorum nullum pror-
ſus / aut natura / aut ſimpliciter voluptuarium eſt / voluptateqꝫ afficiens. quare neqꝫ ſue voluptates aut na
54 tura / aut ſimpliciter / ſed accidentarie exiſtunt voluptates. ¶ Secunda concluſio. Ea ratione q̃ finis ipſi ge
nerationi non attineat / vt quidam contendunt: minime efficitur quicq̃ aliud voluptate preſtabilius eſſe. Naꝫ
non omnes voluptates / generationes ſunt / neqꝫ cum generatione omnes: ſed quedam operationes ſunt / atqꝫ
finis: que nec eueniunt dum natura. habituſve ſunt / ſed cũ ſcdm naturã / habituſve ſit vſus. nec vt ſua ↄtẽdũt

ratione: omnium voluptatum finem aliud quicꝙ eſſe oportet: verum earũ que ducunt in nature perfectionẽ. Quo fit vt perperam diffinierint voluptatem/ dicendo eam eſſe generationem ad naturam ſenſibilem: quin immo potius dicendum fuiſſet voluptatem operationem eſſe eius habitus/ qui ſecundum naturam eſt. ⁊ loco particule ſenſibilem: dicendum potius fuiſſet/ ſine impedimento. Sed eo ipſo ꝙ voluptas proprie bonuȝ ponitur: quibuſdam videbitur eſſe generatio: ꝙ omnem operationem exiſtiment generationem. at nos hoc in loco pro diuerſis vtimur. ❡ Tertia concluſio. Non ſatis probant aliquas voluptates eſſe prauas: ꝙ nonnulle vo 55
luptatem afferentium/ efficiant morbos. ❡ Primo. nam nonnulle voluptates: vt que forte valitudinem reſtituunt/ rei pecuniarie obſunt. eſſent igitur eodem iure vtreꝙ praue. non ſunt autẽ. ❡ Secundo. impedit pleruꝙ contemplatio ſanitatem. igitur eodem argumento contemplatio: mala. ſed quis contemplationeȝ: ma
lam eſſe exiſtimabit? ❡ Quarta concluſio. Cetere rationes que contendunt nullam voluptatem eſſe bonam: 56
facile diluuntur. Nam neꝙ prudentiam/ neꝙ aliorum habituuȝ vllum/ ea impedit voluptas: que vnicuiꝙ propria peculiariſꝙ habetur/ ab eoꝙ proficiſcens: ſed aliene potius. nam ee voluptates que ad contemplationem/ diſciplinamꝙ inſurgunt: preſidio magis ſunt ad contemplandum ⁊ diſcenduȝ/ neꝙ quicꝙ obſunt. Preterea ꝙ aiunt voluptatem nullius artis opus eſſe: nec id quidem ſine ratione euenit. nam nulla ſtudioſa operatio artis eſt: ſed potentie/ moraliſꝙ virtutis. Quis ⁊ id refutari poſſet. nam ars vnguentaria/ pariter et coquinaria: voluptatis eſſe videntur. Quod inſuper addunt temperantem fugere voluptatem/ ⁊ prudentem ſequi indolentiam/ doloriſꝙ vacuitatem/ et pueros/ beluaſꝙ voluptate trahi: eodem modo hec diluuntur omnia. Nam voluptatum quedam ſunt abſolute bone/ alie vero minime: ⁊ voluptates que non abſolute/ atꝙ ſecundum ſe bone ſunt: proſequuntur pueri ⁊ belue/ quarum ⁊ indolentiam prudens querit. ⁊ quas quidem cupedia comitatur/ atꝙ dolor/ et que eedem voluptates ſunt corporis. ⁊ he voluptates tales exiſtunt: vt in ipſis/ ſuiſꝙ exuperationibus quis intemperans euadat. quapropter nihil mirum eſt: ſi tales temperãs refugit. nam ſunt alie vt vere/ abſolute perfecteꝙ: que ipſius ſunt temperantis. manifeſtum itaꝙ eſt/ ſuis rationibus non effeciſſe: nullam voluptatem bonam eſſe.

Equi malum ⁊ ipſum dolorem eſſe/ ac fugiendum conceditur. Cap. XIII. 57
Alius aliqua ex parte ex eo quia affert impedimentum. at contrarium fugiẽdo/ quo fugiendum quid eſt atꝙ malum: eſt bonum. igitur voluptatem: bonuȝ quid eſſe neceſſe eſt. Eo namꝙ modo quo Speuſippus ſoluebat: non cõuenit ſolutio: vt minori maius ⁊ equali voluptatem contrarium eſſe. nõ enim ſub ma
lo voluptatem ipſam vt ſpeciem dixerit ſub genere collocari. ❡ At vero nichil prohi 58
bet/ voluptatem aliquam optimum eſſe: ſi nonnulle voluptates ſunt praue. quemad
modum ⁊ ſcientiam aliquam: ſi ſunt nonnulle ſcientie praue. ❡ Quin potius forſitan 59
et neceſſarium eſt: expetibilem eſſe aliquam ſumme. ❡ Si ſunt vniuſcuiuſꝙ habitus operationes ſine impedimento: ſiue omnis operatio ſit felicitas/ ſiue vnius cuiuſpiaȝ ipſorum/ vacans impedimento. hoc autẽ eſt voluptas. Quare fit vt aliqua voluptas/ ipſum ſit ſummũ bonũ: etiãſi forte plereꝙ voluptatum ſint ſimpliciter praue. ❡ Atꝙ ob id ipſum felicem vitam iucundã eſſe oẽs arbitrantur: nectũtꝙ ipſam voluptatẽ cũ felicitate: nõ abſꝙ rõne. Nulla nãꝙ opatio pfecta eſt: ſi ĩpedietur. at felicitas operatio eſt pfecta. quapropter felix ĩdiget bonis ⁊ corporis/ ⁊ externis/ ipſaꝙ fortuna: quo nõ impediatur. Qui autem aiunt/ eum qui rota torquetur/ ⁊ magnis in calamitatibus eſt cõſtitutus/ felicem eſſe ſi modo ſit bonus: nihil pfecto dicunt/ aut ſua ſponte/ at inuiti. Quia vero felix ĩdiget ⁊ fortuna: ideo quibuſdam fortune proſperitas/ ⁊ felicitas/ ideȝ eſſe videtur. quod non eſt ita. Nam ⁊ ipſa ſi exuperet/ impedimẽtũ affert: atꝙ fortaſſe iure tũ nõ eſt proſperitas appellanda. definitio enim ipſius eſt/ ad ipſam felicitatem. Illud etiam beluas hominesꝙ perſequi voluptatem: indicat ipſam eſſe quodam modo ſummum bonum.

Quam populi celebrant: omnino fama perire
Nulla poteſt. Sed quoniaȝ eadẽ natura/ habituſꝙ optimus neꝙ eſt neꝙ videtur: nec voluptatẽ eandẽ omnes ſequuntur. Voluptatẽ tamen omnes ſequuntur: fortaſſe autẽ ⁊ perſequuntur: non eam quam putant neꝙ quam dicerent/ ſed eandem. omnia nãꝙ diuinum quid habent natura. Sed corporis voluptates ex eo ſibi nomen hoc vendicarunt: quia ſepiſſime occurrunt/ ⁊ omnes ſunt ipſarum participes. ſolas igitur has eſſe
putant/ quia ſole ſunt note. ❡ Patet etiam niſi voluptas ⁊ operatio ſit bonum: feliceȝ 60
viuere cum voluptate non poſſe. cuius namꝙ gratia ipſa eſt opus: ſi non bonum eſt? At ſimul et cum dolore ipſum viuere contingit. Dolor enim neꝙ malum eſt neꝙ bonum: ſi neꝙ voluptas. curnam itaꝙ fugeret? ❡ Neꝙ igitur ſtudioſi ipſius vita iucũda erat: ſi non ſint et operationes ipſius iucunde.

❡ Decimitertij capitis note. ❡ Speuſippus Platonis ex ſorore nepos. ❡ At vero nichil prohibet. id mani 57
feſtius de habitu. nam tametſi aliqui habitus mali: vnus tamen optimus vt ſapientie habitus. Et quid pro 59
hibet aliquam forſitam ſcientiam malam eſſe vt venereorum ⁊ toxicorum/ ceu que preſentanee et que ſtatuta temporibus pernecant/ ⁊ multorum veneficiorum que exploratas cauſas habent/ ⁊ quorum nefarij libri reiecti ſunt. ſed ꝑtra inquiũt ſcelerati hoĩes illã quidẽ ſcire/ ſed ea ſciẽtia nõ licet vti. diſcant huiuſmodi: cauet

vſus malus eſt et ipſa quoq; mala eſſe. ⁊ non concedant eſſe ſcientias cum huiuſmodi maleficiorũ cognite ſũt
cauſe: aut aliquas ſcientias concedant malas eſſe neceſſe eſt. id tamẽ cõcedere velim nullã ſcientiarum libera
lium artium malam eſſe. ſed de his ſatis. ¶ Qui autem aiunt. Stoicorum id paradoxum reijcit Ariſtoteles/
in quo virtus ſit: nihil illi deeſſe ad felicitatem. quaſi fortune bona/ ⁊ aduerſa nichil habeant momenti aut ad
felicitatem ipſam iuuandam/ aut impediendam. quod perinde videtur ac ſi quis dicat: cui ars ſcribendi inſit/
nichil illi deeſſe poſſit ad bene ſcribendum. eſt enim ars virtus ad faciendũ: perĩde ac moralis virtus ad agẽ
dũ. quid ſi deeſt illi calamus/ ſi charta/ ſi attramentum que ſunt externa? quid inſuper ſi defuerint illi manus?
videtur igitur virtus actiua que eadem ⁊ moralis vt ⁊ virtus effectiua exteriorum etiam indigere adminicu
lis: neq; quicq̃ dicere videntur qui id afferunt paradoxum. ex quo inferunt tortum in rota/ in tauro Phalari
dis non minus eſſe beatum. Et q̃q̃ vltimum verum eſſet/ quia magnanimitas in tormentis etiã relucet ſim
pliciter/ tamen verum non eſſet virtuti non opus eſſe bonis et corporis ⁊ externis/ ipſaq; fortuna. In proſpe
ris ſane omnis virtus ipſaq; etiã magnanimitas clarior eſt atq; illuſtrior q̃ in aduerſis. atq; difficilius res ter
re ſecundas vt oportet cum ingentes ſunt cum fortune tum honores: q̃ aduerſa ipſa etiam ingentia tolerare.
et reuera felicitas in aduerſis et ſi nõ tollitur/ adumbratur obſcuraturq;. ¶ Proſpera fortuna ea dicitur que
neq; plus neq; minus q̃ ad felicitatem conſequendam par eſt/ conueniens eſt inſtrumentum ad ipſam conſe
quendam habens. ¶ Forte autem et perſequuntur/ bene ſequuntur. proſequi enim hic in bonam partem ſona
re videtur/ ⁊ reuera proſequendum (quod ⁊ frequẽter alias proſequendum et expetẽdum ſimpliciter eſt) ſo
60 lum bonum eſt. ¶ Dicebant nonnulli voluptatem non eſſe bonum: attamen felicem cum voluptate viuere q̃
etiam voluptas non eſſet malum. ergo dolor qui voluptati aduerſatur neq; bonum neq; malum. contingit igi
tur eque felicem viuere cum dolore/ atq; cum voluptate. nam ſi dolorem malum ponis: ergo voluptas que ei
aduerſatur/ bonum eſt aut malum. malo enim niſi bonum aut malum/ aliud aduerſatur nihil. ſin autem dolorẽ
bonum poſueris/ cum voluptas illi aduerſetur ⁊ bono nihil aduerſetur niſi malum: erit quoq; voluptas mala.
quare dolor neq; bonum neq; malum neq; voluptas bona eſt aut mala. ¶ Proſperitas eſt bonorum fortune
adeptio: quantum ad bene/ beateq; viuendum ſatis eſt.
¶ Exuperantem fortunam felicitati impedimento eſſe clamat Satyricus.
Poſtq̃ cepit agros extendere victor: ⁊ vrbes Juuenalis.
Latior amplecti murus vinoq; diurno
Placari genius feſtis impune diebus
Ruſticus vrbano cõfuſus turpia honeſto.
¶ Decimũtertiũ cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.
57 Decimitertij capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Quedam voluptas aliquid bo
num eſt. Nam dolorem: malum aliquid eſſe ac fugiendum cõcedũt omnes. verũtamẽ alius eſt ſimpliciter ma
lus/ alius vero aliqua ex parte: vt quia affert alicuius boni vſus impedimentum. at contrarium fugiendo et
quatenus fugiendum/ atq; malum eſt: bonum eſt. voluptas autem hoc pacto dolori aduerſatur. eſt igitur vo
luptas aliquid bonum. Neq; ſolutio quam Speuſippus parabat: conueniens eſt / voluptatem ſcilicet ſic ad
uerſari dolori: vt maius minori/ ⁊ equale. hoc eſt vt extremum extremo et medio. nam voluptatem ſub gene
58 re mali contineri oporteret. at nemo voluptatem: ſpeciem ſub genere mali collocatam eſſe dixerit. ¶ Secun
da concluſio. Quamuis nonnulle voluptates praue ſint: ex hoc non conficitur quin aliqua voluptas opti
59 mum ſit. Nam nichil prohiberet vnam ſcientiam eſſe optimam tametſi nonnulle eſſent praue. ¶ Tertia con
cluſio. Valentiore iure/ hiſq; rationibus potius aliquam voluptatem ſumme eſſe expetibilem: ſentire debuiſ
ſent. ¶ Prima. Si vniuſcuiuſq; habitus operationes ſunt ſine impedimento et omnis talis operatio felici
tas ſit: ſiue vnius ipſorum habituum potius operatio / que ſine impedimento fuerit/ ſit felicitas: erit et volu
ptas felicitas. nam aliqua talis operatio eſt voluptas. quare fit vt nichil prohibeat aliquam voluptatem eſſe
quid optimum: q̃uis etiam plereq; voluptatum ſimpliciter ſint praue. ¶ Secunda. ob idipſum q̃ aliqua vo
luptas ſummopere ſit expetenda: felicem vitam iucundam eſſe arbitrantur omnes adijciuntq; cum felicitate
voluptatem/ nec abſq; ratione quidem. nam nulla operatio: ſi impediatur/ perfecta eſt. at felicitas: operatio
eſt perfecta. ſi autem non aſſit voluptas: impeditur. quapropter felix indiget bonis/ tum corporis tum exteris
ipſaq; fortuna: quo in agendo non impediatur. qui autem dicunt eum qui rota torquetur/ et qui grauiſſimis/
ingentibuſq; calamitatibus premitur beatum eſſe/ modo ſit bonus: ſeu velint ſiue nolint (eorum venia dictũ
ſit) nichil dicunt. immo vero quia felix indiget fortuna: ideo quibuſdam fortune proſperitas atq; felicitas/
idem eſſe viſum eſt: non tamen ita eſt. nam ſi fortune proſperitas exuperet: impedimentum affert atq; tum
fortaſſe minime proſperitas appellanda eſt. nam ipſius terminus atq; diffinitio: ad ipſam felicitatem eſt.
¶ Tertia. omnia/ ⁊ beluas/ ⁊ homines: ſummo ſtudio perſequi videmus voluptates. id igitur indiciũ eſt: quo
dam modo voluptatem quid optimum eſſe. ¶ Quarta. id ferme omnes: vno ore predicant.
Verum quam populi communi voce frequentant:
Nulla quidem omnino fama perire poteſt.
Attamen quia non omnium eadem natura eſt neq; omnium vnus/ idẽq; optimus habitus eſt/ neq; eſſe vide
tur: proinde non eandem voluptatem proſequũtur oẽs. proſequunt tamẽ oẽs voluptatem/ forte autem ⁊ perſe
quuntur/ non eam quidem quam putant/ quamq; dicerent eſſe perſequendã/ vt incõtinẽtes: ſed proſequuntur
ipſam voluptatem ⁊ que per ſe vna ſemper eademq; voluptas eſt et diuina. habent enim omnia nonnihil ſua
pte natura diuinum/ ſuntq; voluptates omnes ſua quidem natura quoddam diuinitatis veſtigium. ſed corpo
ris voluptates: ſibi voluptaria nomẽ/ quaſi hereditariũ vendicarunt. quoniam frequentiſſime occurrunt q̃q;
ipſarum omnes ſunt participes. atq; iccirco ſolas has eſſe q̃ plurimi putant: quoniam he ſole illis cognite
60 ſunt. ¶ Quarta concluſio. Preter corporeas voluptates eſt quedam alia voluptas que bonum eſt. ¶ Pri
mo. nam eſt quedã alia voluptas/ aliaq; operatio felicis. at ſi illa voluptas/ operatioq; felicis bonum non eſ
ſet: felix cum voluptate minime viuere poſſet. ad quid enim felici voluptate eſt opus: ſi ipſa bonum non eſt?
igitur preter corporeas voluptates: eſt quedam alia voluptas/ que bonum eſt. ¶ Secundo. felicem ſimul cũ
dolore viuere contingeret. nam dolor neq; bonum neq; malũ eſt: ſi neq; voluptas aut bonum aut malum eſt.
ſed tũ cur felix fugeret dolorem? eſt igit̃ eius voluptas/ quiddã bonum. ¶ Tertio. ſi ſtudioſi/ atq; felicis ope
rationes iucunde non ſunt: neq; ipſius vita iucunda eſt. eſt autem eius vita iucunda. ſunt ergo eius operatio
nes iucunde. eſt igitur preter corporeas/ brutaſq; voluptates: quedam alia voluptas/ que bonum eſt.

DE corporis autem voluptatibus conſiderādum eſt eis qui di- Cap.XIIII. 61
cunt nonnullas voluptates expetibiles eſſe valde/ ⁊ honeſtas: ſed non corpo
ris/ et in quibus temperans ipſe verſatur. cur igitur contrarij dolores ſunt
praui: malo namqꝫ bonum contrarium eſt. ¶ An neceſſarie voluptates ſic 62
ſunt bone/ quia et id quod eſt non malum eſt bonum: an vſqꝫ ad aliquem terminum
bone ſunt: habituum enim eorum ac motuū/ quorū non eſt melioris exuperatio: neqꝫ
voluptatis eſt. Eorum autem quorum eſt: eſt et voluptatis exuperatio. At bonorū cor-
poris eſt exuperatio: ⁊ prauus in perſequendo exuperationem/ ſed non neceſſarias vo
luptates/ conſiſtit. omnes eni gaudent quodam modo et epulis/ et vino/ et venere: ſed 63
non vt oportet. ¶ Contra autem: in ipſo dolore facit. Non enim exuperationem: ſed
omnino fugit dolorem. Non enim eſt exuperationi dolor cōtrarius: niſi ipſi perſequē
ti exuperationem. ¶ At enim cum non ſolum ipſum verum: ſed etiam falſi cauſā opor 64
teat dicere (hoc enim ad faciendam fidem conducit: nam cum id rationi conſentaneū
fuerit viſum/ ob quod verum eſſe videtur quod non eſt verum/ facit vt ipſi vero magis
aſſentiamur) dicendum eſt cur corporis voluptates expetibiliores videntur. ¶ Primū 65
igitur ex eo quia pellunt dolorem. atqꝫ ob exuperationes doloris/ voluptatem exupe-
rantem vti medelā/ et omnino voluptatem corporis perſequuntur. ipſe autem/ medele
vehementes fiunt. Quapropter ⁊ ipſas ſequuntur: quia tales videntur cum contrariū
adeſt. ⁊ propter hec igitur duo (ſicut dictum eſt) voluptas nō ſtudioſum eſſe videtur:
quia alie praue nature ſunt operationes: aut ab ortu/ quemadmodum fere aut ⁊ ob cō
ſuetudinem: quales prauorum ſunt hominum. alie ſunt medicamenta quia ſunt indi-
gentis: ⁊ melius eſt habere ꝙ fieri. ¶ Alie accidunt dum perficiuntur. per accidēs igi
tur ſunt ſtudioſe. ¶ Preterea ipſas quia ſunt vehementes: ij perſequuntur qui alijs ne- 66
queunt gaudere. ipſi itaqꝫ ſitim quandam ſibi comparant. que cum ſine quidem nocu
mento fit/ non eſt increpandum: cum vero cum detrimento/ perprauum eſt. Neqꝫ eni
habēt alia quibus gaudeant/ et nec aliud habere pleriſqꝫ permoleſtum eſt ob naturam.
Nam animal ſemper laborat: vt naturales etiam ſermones teſtantur/ videre ac audi-
re dolorem inferre dicētes: ſed conſueti iam ſumus vt aiunt. Similiter in iuuētute q̄-
dem ob incrementa: perinde diſponuntur ac vinolenti. Et iuuentus ad voluptatē p-
penſior eſt. Bilioſi autem atra bili natura ſemper egent medicamento. continue nāqꝫ
corpus ob complexionē mordetur: ⁊ ſemper in appetitione ſunt vehemēti. voluptas
autem contraria: ⁊ queuis etiam modo ſit vehemens pellit dolorem. et propterea intē
perantes homines prauiqꝫ fiunt. ¶ Voluptates autem ee que ſine dolore ſunt exupe- 67
rationem non habent. Atqꝫ he proficiſcuntur ex ijs/ que natura/ ⁊ non per accidēs affi
ciunt voluptate. Ea vero dico per accidens afficere voluptate/ que medentur. etenim
quia fit vt homini medeatur/ eo ꝙ ſanum permanet/ aliquid agente: ideo talia afficere
voluptate videntur. at ea natura voluptate afficiunt/ que faciunt operationē talis na-
ture. ¶ Nulla aūt res eadem ex eo nos ſemper delectat. quia nō eſt ſimplex noſtra na- 68
tura: ſꝫ ineſt ⁊ aliqd aliud quo corruptibiles ſumꝰ. Quare ſi q̇ppiā agat alter: id eſt alte
ri nature ꝑter naturā. at cū equat: neqꝫ moleſtū/ neqꝫ iucūdū videt q̄d agit. Q: ſi ali-
cuiꝰ natura ſit ſimplex: ſemꝑ eadē oꝑatio iucūdiſſima erit. Jccirco deꝰ vna ſemꝑ/ ſim-
pliciqꝫ gaudet voluptate. nō eni ſolū motiōis ē oꝑatio: ſꝫ ⁊ imobilitatis. ⁊ voluptas in
qete potiꝰ/ ꝙ i motu ꝯſiſtit. mutatio vero oim dulciſſimū eſt ſcdm poetā: ob prauitatē
quādā. Ut eni hō prauꝰ/ facile ē mutabilis: ſic ⁊ natura praua ē ea/ q̄ idiget mutatiōe.
nō ē eni ſimplex nec bōa. ¶ Sꝫ de ꝯtinētia q̄dē atqꝫ incōtinētia: ⁊ de voluptate/ dolo-
reqꝫ/ ⁊ quid vnūquodqꝫ ipſorū eſt: ⁊ quonāmodo alia ipſarū ſunt bona alia mala: dixi-
mus. Deinceps autem de amicitia dicemus.

¶ Decimi quarti capitis note. ¶ Nō eſt eni exuꝑatiōi dolor ꝯtrariꝰ. ſi q̄s eni nō gaudet exuꝑantibꝰ volupta 63
tibꝰ ⁊ ijs q̄ illas afferūt: neqꝫ ex abſētia taliū triſtat. ſic igit fit vt exuꝑationi dolor nō videat ꝯtrariꝰ: niſi i ijs q̄
exuꝑātes voluptates ſequunt. ¶ Siti quādā ſibi ꝯparāt: hoc eſt vndecūqꝫ ſibi q̄rūt modū ſuſcitādi volupta 66
tū appetitū. more illorū q̄ nullū habēt cibi aut potꝰ appetitū: ⁊ q̄rūt vndecūqꝫ ſibi prouocare ac facere appeti
tū. id eni eſt ſibi appetitꝰ ſiti prouocare. ¶ Si oculus/ ⁊ itellectꝰ ſine motiōe operant: tāto magis illa ſimpliſ-
¶ Decimūquartū cap. ſeptē ꝯcluſionibus/ ⁊ vna ratione partitū eſt. (ſima/ beatiſſimaqꝫ entia.
Decimiq̄rti capitis Cōmētariꝰ ad lram. ¶ Pria ꝯclo. De corporeis voluptatibꝰ ꝯſiderādū expedit. Nā 61
ſunt qui dicūt nonnullas voluptates expetibiles eſſe valde/ pariter ⁊ honeſtas: ſed corporis voluptates/ ⁊ in
quibus verſatur item perans/ non eſſe expetendas. conſiderandum itaqꝫ eſt ita dicentibus: cur ergo ꝯtrarij do
lores praui ſunt/ ſi voluptas bonum non eſt ⁊ cum tamen malo bonum contrarium eſt. ¶ Secun- 62
da concluſio. Exceſſus/ exuperatioqꝫ voluptatum corporearum: mala eſt. Nam neceſſarie voluptates ſic bo-

ne ſunt: aut quia quod eſt non malum bonum eſt: aut quia ad aliquem vſq; terminum ſunt / ipſiuſq; exceſſus.
nam eorum habituum ac earum operationum quarum non eſt melioris exuperatio (hoc eſt quorum non eſt
ſuperando atq; excedēdo a bono egreſſio) neq; ſuarum voluptatum eſt melioris exceſſio. ⁊ eorum habituum
quorum eſt pariter et actuum / idem idem et voluptatum eſt exuperatio. at bonorum corporis / ſuorumq; ha-
bituum eſt exuperatio: ſitq; quia prauus in proſequendo huiuſmodi bonorum exuperationē / ⁊ nō neceſſarias
voluptates. exceſſiuas enim minime neceſſarius. ⁊ gaudent omnes quodam modo ⁊ epulis / ⁊ vino ⁊ venere: ſ;
63 non vt oportet. igitur exceſſus corporearum voluptatum: malus eſt. ¶ Tertia concluſio. Prauus e diuerſo
in dolore atq; voluptate ſeſe habet. Nam nō modo doloris exuperationem: ſed omnino fugit dolorem. neq;
64 enim dolor exceſſui contrarius eſt: niſi cum quio exuperationem voluptatis querit. ¶ Quarta concluſio.
Expedit item dicendum cur corporearum voluptatum illecebre: magis q̄ par eſt expetibiles videantur. Nā
non ſolum ipſum verum ſed etiam falſi cauſam dicere opere precium eſt: hoc enim ad faciendam fidem condu-
cit. nam cum id ob quod verum quicq̄ eſſe videtur (quod tamen minime verum eſt) conſentaneum rationi vi
ſum fuerit: facit vt non amplius ob talis rationis apparentiam falſo credatur / quinimmo id facit vt ipſi vero
65 firmius aſſentiamur. expedit igitur id dicendum. ¶ Ratio cur expetibiliores videantur corporee voluptates
eſt quia corporee voluptates pellunt dolorem / ⁊ exuperantem voluptatem querunt: veluti medelam exuperā
tis doloris. ⁊ omnino corporis voluptate perſequuntur: q; ipſe corporis voluptates fortes ſunt medele. Quo
fit vt illas tum maxime ſequantur: cum dolor contrarius adeſt. na; tunc maxime tales eſſe videntur. Sed cō-
tra: duo ſunt que faciūt corporeas voluptates non bonas eſſe videri. Primum eſt: quia quedam ſunt que ſūt
praue nature operationes. praue dico aut ab ortu: vt qui talem ab ipſo ortu conſecutus eſſet naturam qualis
eſt fere. conſimilibuſq; gauderet aut a cōſuetudine: quales ſunt prauorum hominum nature. Secūdum. que-
dam ſunt que etſi medicamēta ſunt: nunq̄ tamē niſi indigenti atq; laboranti conducunt. ex quo non ſequitur
eas bonas eſſe. ⁊ preſtat quicq̄ in habitu / permanenſq; eſſe q̄ dumtaxat in fieri. non enim preſtat voluptas:
66 ſed fugax (dum fit) elabitur. ¶ Quinta concluſio. Voluptates corporee bone ſunt per accidens. ¶ Primo.
nam quedam ſunt que ad nature perfectionem accedunt. ſunt igitur bone per accidens. ¶ Secūdo. volupta-
tes corporis ij perſequuntur qui per ſe voluptatibus gaudere nequeunt: q; corporee voluptates vehementes
ſunt. ipſi enim quandam voluptatum ſibi ſitim comparant: que cum nulli nociua eſt non increpantur: cum au
tem nociua / increpantur / ⁊ praua eſt. ſunt igitur bone per accidēs. ¶ Tertio. ſunt pleraq; que voluptates per
ſe non habent quibus gaudeant et aliam voluptatem nullam habere ob ſuam naturam illis durum atq; per-
moleſtum eſt. nam animal ſemper laborat vt naturalium ſermones fidem preſtant: qui ⁊ videre ⁊ audire / mo
leſtiam doloremq; ingerere aſtruunt. at vero q; id non iudicamus id ideo eſſe aiunt: q; horum perferendorum
laborum conſuetudinem iam traximus. ⁊ iuuenes dum adoleſcunt: ob ipſa incrementa perinde ac vinolenti
diſponuntur. ⁊ hinc iuuentus non ab re ad voluptates propenſior eſt. ⁊ qui atra bili laborāt: natura ſemper vo
luptatum medicamento egent. nam illis continue corpus ob complexionem mordetur: ſemperq; in appetitio
ne exiſtunt vehementi. voluptas autem contraria / et queuis etiam (modo ſit vehemens) eorum propellit do-
lorem. ſunt igitur quedam voluptates neceſſarie / bone ipſiſq; conuenientes nature. Verūtamen hac de cauſa
67 q; voluptas ipſa pellit dolorem: plerumq; intemperantes homines prauiq; ſiunt. ¶ Sexta concluſio. Perfe-
cte voluptates ſine dolore ſunt: exuperationem non habentes. Nam he voluptates ex ijs que ſuapte natura /
⁊ ſimpliciter voluptate afficiunt / iucundaq; ſunt / proficiſcuntur: ⁊ non ex ijs que per accidens voluptate affici
unt. igitur perfecte voluptates ſunt ſine dolore / ⁊ exuperationem non habentes. ea dico per accidens volupta
te afficere: que medentur. fit enim vt homini huiuſmodi voluptatum medela ſit opus: q; continue aliquid (qd
labori ferum eſt) agendo: ſuam ſanitatem ſaluat. ⁊ ideo illa per accidens voluptaria: iucunda eſſe ⁊ volupta-
te eblandiri videntur. at ea per ſe / naturaq; voluptate afficiunt. que perfecte nature operationem efficiunt.
68 ¶ Septima concluſio. Nulla eadem res nos cōtinue delectat. Nā nr̄a natura ſimplex nō eſt: ſ; preter nr̄i me-
liorē ſimplicioremq; naturā / ineſt q̄dq̄ aliud / ex cuius ꝯtagiōe corruptibiles ſumus. quare ſi q̄ppiā pars altera
agat: alteri nature plerūq; pter naturā eſt illiq; aduerſat. ⁊ ſi equat pariliūq; ſit qd agit: neq; moleſtū / neq; iu
cundū eſſe videt / qd agit. At vero ſi alicuius natura ſimplex ſit: ſemꝑ eadē oꝑatio iucūdiſſima erit. quo fit vt
deus vna ſem ꝑ ſimplici gaudeat voluptate. neq; id inficias eundū eſt: q; deus ſine motu / agitatiōeq; vlla perſi
ſtat. nā nō ſolū motionis eſt operatio: ſed ſtatus atq; immobilitatis. ⁊ voluptas in q̄ete q̄ in motu: potius ꝯſiſtit.
⁊ iuxta poete ſniam mutatio ob prauitatē quādā oim dulciſſimum eſt. neq; ab re quidem. nam vt hō prauus
facile mutabilis eſt. ſic ⁊ ea que mutatiōe indiget natura: praua eſt. non enim neq; ſimplex neq; bona eſt. S;
de continentia / incontinentia / voluptate atq; dolore: quid vtrumquodq; eorum eſſe poſſit / ⁊ quo pacto eorum
quedam bona: et quedam mala ſunt dictum eſt. nunc autem de amicitia nobis aggrediundum eſt.

¶ Septimi Ethicorum Ariſtotelis finis.

¶ Octauus Ethicorum Ariſtotelis: argyropylo interprete.

1 Poſt hec ꝯſequēs eſt de amicitia ptractare. Eſt enī q̄dā vir- Cap. I.
tus: aut ē cū virtute. ¶ Res eſt pterea ſūme neceſſaria ī vita. Nemo
enī habens cetera oīa bona: ſine amicis expeteret viuere. nā et locu-
pletes ⁊ in pncipatu / poteſtateq; ꝯſtituti: plurimū amicis idigere vi-
dent. q̄d enī pdeſt talis pſperitas beneficio ſublato: qd q̄dē maxie fit
in amicos: ac maxie ꝯmēdat. aut quonā pacto ſine amicis cuſtodiri
ꝯſeruariq; pōt: quo nāq; magis abundat: eo magis piculis ſubiacet.
In paupertate q̄; ceteriſq; calamitatib9 vnicū eſſe ꝯfugiū amici putant. Juuenib9 etiā
ꝯferūt ad ꝯpeſcēda pctā. Et ſenib9 ad obſequ; / atq; ad eos act9 pficiēdos quos ob ībe-
cillitatem ipſi peragere nequeūt. Et ijs itē qui ſūt in ſtatu / ad actiones honeſtas. etenī
ſi duo ſimul eant: intelligere magis / atq; agere poſſunt. Ineſſe etiā amicitia videt na-
tura et quod genuit / ad id quod eſt ortum ab eo, nō in hoib9 ſolū ſed in plurimis etiam

animalibus/ ⁊ ĳs inter ſeſe que ſunt eiuſdem gentis: ⁊ hominibus maxime. quapropt amatores hominum laudamus. ¶ Cernere etiam quiſpiam poteſt ⁊ in ipſis erroribus: familiarem omnem hominem homini/ atqꝫ amicum eſſe. ¶ Ciuitates etiā amicitia cōtinere videtur. et legumlatores circa hanc magis ꝙ circa iuſtitiam ſtudent. concordia namqꝫ ſimile quid amicitie eſſe videtur. hanc autem maxime affectant: ſeditionem autem vt inimicam maxime expellunt. Et ſi ſint quidem amici: iuſtitia non eſt opus. ſin vero ſint iuſti: indigēt amicitia. et id qđ maxime iuſtum eſt/ ad amicitiam attinere videtur. ¶ Non ſolum autem neceſſarium eſt: ſed et honeſtum. Laudamus enim eos/ ꝗ amant amicos: copiaqꝫ amicorum/ honeſtum eſſe putatur. et quidam eoſdem viros bonos eſſe/ atqꝫ amicos putant. ¶ Eſt autem controuerſia de ipſa non mediocris. Quidam enim ſimilitudinem quandam ipſam eſſe poſuerūt: ⁊ ſimiles eſſe amicos. Unde ⁊ ſimilē ad ſimilem inquiūt: ⁊ monedulā/ ad monedulā ⁊ ſimilia. Quidā cōtra/ ſingulos inter ſeſe omnes tales inquiunt eſſe: et de ĳs ipſis altius/ naturaliuſve perquirūt. 2

Euripides quidem inquiens.

Cum eſt ſicca tellus: ipſa certe tum imbrem amat.
Cum turget ether: imbre cum celum tumet:
Affectat vt telluris in ſinus cadat.

Heraclitus autem: contrarium dicens eſſe conducens/ et ex differentibus pulcherrimum concentum oriri/ et per contrarietatem omnia fieri. Sed his contraria complures alĳ ſentiunt. et Empedocles: qui quidem ſimile appetere ſimile dicebat. naturales igitur dubitationes omittamus. non enim ad hanc ſunt accommodate conſiderationem. Que vero ſunt humane/ et ad mores affectuſqꝫ pertinent: eas conſiderem⁹. vt ſit ne inter omnes homines amicitia: an impoſſibile eſt prauos eſſe amicos. et vtrū vna ſpecies amicitie ſit/ an plures. Qui namqꝫ vnam eſſe putant/ quia magis eſt/ atqꝫ minus: non ſufficienti argumento ducūtur. nam ⁊ que ſunt diuerſa ſpecie: magis ſūt atqꝫ minus. Sed de his antea diximus.

Ulixes. Diomedes. Achilles. Patroclus. Niſus. Curialus. Oreſtes. Pylades. Pythias. Damon. Ouidius. Picus mirādula.

¶ Primi capitis note. ¶ Ulixes comitē habuit Diomedē/ Achilles Patroclū/ Niſ⁹ Curialū/ Oreſtes Pyladem Pythias Damonem. ¶ Monedula eſt cornicula quedam tota nigricans. illis corniculis: auri/ atqꝫ argenti inſita furacitas ineſt. hinc a furandis monetis hec auis nomen inuenit. de qua Ouidius.

Sytonis accepro quod auara popoſcerat auro:
Mutata eſt in auem/ que nunc quoqꝫ diligit aurum
Nigra pedes: nigris velata monedula pennis.

¶ Amicitia de qua hoc in libro amplam Ariſtoteles extendit determinationem: vltima duodecim virtutum moralium eſt. nō minima/ ſed certe aut maxima: aut ſemper iuſtitie (que maxima eſt) coniuncta. Hec virt⁹: 1 genus/ cetuſqꝫ hominum ſaluat. hec virtus ad deum ⁊ proximum: primum legis/ ⁊ maximū ſibi obtinuit preceptū quo cetera clauderet. hec charitatem ſui habet apicem. que deo eſt ſupra nos debitus amor/ ⁊ ſecundū nos proximo debitus. ſed qui ſupra nos deo debetur: diuina eſt toto mentis feruore cōprehenſa amicitia/ que ſummi celeſtis amoris radio incaleſcit/ ⁊ calefacta ſurſum leuatur. hic enim celeſtis radius amoris: fauor eſt/ gratiaqꝫ ſuperna que mentibus nunꝙ denegatur paratis/ vt neqꝫ ſolis illuſtratio corpori denegatur trāſlucido. huius diuini amoris que nos diuinos efficit amantes: Piccus Mirandula duodecim conditiones annumerat. Prima. Hoc amore vnum ſolum amare debemus/ ⁊ pro eo cuncta contēnere. Secunda. Miſerum putare: qui tam digno priuetur amato. Tertia. Omnia pati/ omnia ſufferre/ morte mqꝫ ipſam etiam libenter diuinum amantem: vt cum amato poſſit eſſe. Quarta. Se ornare: vt illi valeat placere. ornamēta enim amātis ſunt virtutes et ante amatum integritas vite. Quinta. Cum illo (etſi re fieri non poteſt) cogitatione tamen ſemper eſſe. Sexta. Omnia propter eum: que ad ipſum attinent/ amare. vt eius amicos/ eius loca/ eius inſignia/ ſcripta/ nomina eiuſqꝫ imagines: atqꝫ in rebus veſtigia/ adumbrationeſqꝫ quia eius ſunt opera. Septima. Nihil aliud cupere ꝙ eius laudes nec eius aliquam ignominiam poſſe ſuſtinere. Octaua. De eo omnia ſumma credere: et vt idem omnes credant ſummopere affectare. Nona. Optare pro eo pati aliquod incōmodum ⁊ illud quoqꝫ incommodum propter ipſum dulceſcere. Decima. Flere pro eo ſepe: vel ſi preſens ex leticia exuberante/ vel ſi abſens ex dolore. Undecima. Semper languere/ ſemperqꝫ eius deſiderio rapi/ ſemperqꝫ ardere. Duodecima. Illi diligenter ſeruire: nihil de premio cogitando/ aut recipiēda mercede. nā eius ſeruitium per ſeipſum ſummopere eſt appetibile/ et ſumme dignus eſt qui debeat amari. optimus enim/ pulcherrimus/ rerumqꝫ ſapientiſſimus eſt: et qui nobis ante ꝙ ipſum cognoſceremus: omnia bona contulit abunde. et qui nos cum nihil eſſemus: exiſtere fecit. et nos ſui amoris/ et deſiderĳ capaces eſſe voluit: cetera autē intra nos huius muneris participes eſſe noluit. qui ſolus dare poteſt quicquid bonum/ pulchrum/ aut amabile: deſiderare poſſumus. Propter ergo hunc amorem veneremini hanc virtutem/ et diſcite fieri veri amatores/ veriqꝫ amici. ⁊ prima veſtra intentio ad deum conuerſa ſit/ et ſecunda ad ſuperiores/ tertia ad equales/ ⁊ quarta ad inferiorum directiones: omnem amicitie gradum complexi/ vnicuiqꝫ quod ſuum eſt in amicitĳs tribuentes que illius diuine amicitie feruoris vberantia calcant/ et ad illam referantur. ſtultas effugite amicitias. nam quantum vera amicitia eleuat/ que deſurſum procedit/ et mortalia immortalibus counit immortaliaqꝫ reddit: tantum ſtulte amicitie deprimunt/ et mortalia mortalibus copulant. Quapropter nos ſummopere cautos eſſe decet; ne imprudentius amando/ quod deo debemus/ creature tribuamus. quod re

uera niſi virtutes noſtre vite dirigant habenas/ celeſtiſq; afflatus atq; preſidiũ: proculdubio faciemus. ⁊ hic plurimi ſuas inde contrahunt ruinas. Auari enim plane diuinum amorem transferunt in diuitias. nam illas ſolas cogitant miſeros putant qui illis priuentur/ omnia ferunt omnia patiuntur propter amaras opum fortunas/ ⁊ morti ſe exponere non formidant: dum illis potiantur. Se ornant vt ad illas capiẽdas placeãt. amãt diuitiarum loca/ ⁊ queciinq; ad eas pertineant/ laudes earum exquirunt ⁊ illas cupiunt/ ne q; earum probra ſuſtinent. quid plura? de iis omnia ſumma credunt q̃ q; ſummũ ſint in vita bonũ/ cupiuntq; ita alijs eſſe perſuaſum. Pro illis dura tolerant ⁊ probra ⁊ contemptus/ ⁊ ſibila: que omnia diuitiarum amore dulceſcunt. ſiquicq̃ diuitiarum adimitur cogiturq; eſſe abſcõs: veris plorarur lachrymis. q̃ ſi elapſum reſtituitur: letas pre gaudio iterum iueniunt lachrymas. ſemper languent/ earum deſiderio rapiuntur/ ſemper ardent/ ⁊ illis iugiter ſeruiunt/ eſuriunt ſitiunt neq; vſum vtilitatemq; aliquam ex illis cogitant: que diuini amoris conditiones ſunt. immortalem ergo dei gloriam commutãt in mortalẽ creaturam/ ⁊ ita intẽperantes ⁊ ambitioſi eũ qui ſummo rerũ parenti debetur honor: voluptati aut honori tribuũt. ⁊ vicioſi quiq; illis rebus ad quas ſue perturbationes eos rapiant/ deuoluunt deturbantq; atq; detrudũt/ habẽtq; ij diuitias deũ/ ij voluptatẽ ij defluxã pulchritudinem. a quibus nulla ſalus/ ſ; ſola mors ſuis amatoribus prouenit. Ergo ne ita facite homines: per illius ſumme amicitie pulchritudinem. ſed diſcite vere amare: ⁊ veras amicitias que ſine primo haberi non poſſunt) exquirite. eũ eni lux abeſt: vt omnia tenebre ſint neceſſe eſt. lux veſtra/ dux veſtra in amãdo: prima ſit amicitia. ⁊ verarũ amicitiarũ exemplar facre littere vobis ſuggerent abunde. Atq; iterum diſcite qđ poſtea moſtrabit Ariſtoteles/ iter malos amicitias cõſtare nõ poſſe. qui neq; ſecũ ipſi cõcordant/ ſ; plerũq; ſcelerũ conſcientia ſeipſos fugitãt. Quos diri conſcia facti (vt inquit Iuuenalis) Iuuenalis

Mens habet attonitos/ ⁊ ſurdo verbere cedit
Occultum quatiens/ animo tortore) flagellum.
Pena autem vehemens/ ⁊ multo ſeuior illis
Quas et Ceditius grauis inuenit ⁊ Rhadamanthus:
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.
Hi ſunt qui trepidant/ ⁊ ad omnia fulmina pallent:
Cum tonat. Igitur vt vere amicitie participes ſitis: operã date virtuti/ ⁊ ſtudete ſummopere eſſe boni. Nichil enim hec moralis philoſophia aliud mortalibus optat: q̃ q; viuant fortes temperati/ liberales/ magnifici/ humiles/ patientes modeſti/ manſueti/ affabiles veraces/ dextri/ iuſti ac amici.

¶ Primum in cap. vna concluſione ⁊ tribus opinionibus partitum eſt.

Primi capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Concluſio. De amicitia tractare: cõſequens eſſe videtur. ¶ Primo. quia amicitia: quedã virtus eſt/ aut cum ipſa virtute. ¶ Secundo. quia amicitia res in vita/ ſumme neceſſaria eſt. nã nemo/ etſi cetera omnia bona poſſideret/ ſine amicis eligeret viuere. primũ nãq; ſi locupletes ſunt et in principatu/ atq; poteſtate cõſtituti: plurimũ amicis indigere videntur. nã quid illis talis prodeſſet proſperitas: facultate beneficij cõferendi ſublata? quod maxime omniũ in amicos factũ ſummopere cõmendatur. ⁊ quonã pacto ⁊ qui locuples eſt/ ac in poteſtate cõſtitutus: ſine amicis cuſtodiri/ ſeruariq; poteſt? quãdoquidem quo quis magis abundet: eo magis periculis ſubiaceat. ⁊ ſi pauper eſt: in paupertate certe/ ceteriſq; calamitatibus vnicum conſugium/ vnicuſq; refugij portus: amici eſſe putantur. ſi iuuenes ſunt: illis ſummopere conducunt amici vt qui eorum vitã dirigunt in melius viciaq; arcent ac compeſcũt. ſi ſenes: vt illis obſequium preſtent/ amici ſunt perneceſſarij atq; vt eos actus perficiant quos illi ob etatis imbecillitatẽ minime peragere queunt. ⁊ ſi etate ſunt florentes: ad res illis preclaras obeundas/ amici conducunt. nam duo ſimul cũ res amicitia coniuncti: magis intelligere/ magiſq; agere poſſunt. patet itaq; ⁊ cuiuſcunq; fortune viris/ ⁊ cuiuſq; etatis: amicitiam rem neceſſariam eſſe. ¶ Tertio. quia amicitia videtur quoddam bonũ a natura tributũ. Primo. quia parentes natura amant liberos: non modo homines ſolũ/ ſed ⁊ volucres ⁊ animaliũ q̃plurima: ⁊ animantes omnes que eiuſdem ſpeciei ſunt/ inter ſeſe natiuã ſeruant amicitiam. ⁊ homines maxime. quapropter eos laudamus qui hominum ſunt amatores/ atq; in ceteros beniuoli. Secundo. quia in erroribus viarũ/ id plane cernere licet/ omnem hominem: homini natura familiarem/ atq; amicum. par eſt igitur vt de amicitia: conſequens determinatio ſuſcipiatur. ¶ Quarto. quia ciuitates/ cõuentus ſocietateſq; hominũ: amicitia continentur/ ſaluanturq;. hinc legiſlatores circa amicitiã magis/ q̃ circa iuſtitiã ſtudẽt. nam ſummopere affectant ciuium concordiam ſtabilire (eſt autem concordia: quid amicitie perſimile) moliũturq; ſummopere tanq̃ rem ciuitatis conſeruande inimicam/ ſeditionẽ explodere/ atq; diſcordiã. ¶ Quinto. quia amicitia magis neceſſaria q̃ iuſtitia eſſe videtur. nam ſi homines ſunt amici: iuſtitia non eſt opus. ſi autem ſunt iuſti: adhuc opus eſt amicitia. immo vero quod iuſtitie maximum preclariſſimumq; eſt: amicitia eſſe videtur. de ea igitur haudquaq̃ irrationabile eſt determinationem ſuſcipere. ¶ Sexto. non modo amicitia bonum quiddam neceſſarium eſt/ ſed ⁊ honeſtum. nam ⁊ eos qui afficiuntur erga amicos laudamus: ⁊ amicorum copiam poſſidere/ honeſtum eſſe putamus. ⁊ quidam eoſdem viros bonos atq; amicos eſſe arbitrantur. expedit igitur de amicitia determinatio. ¶ Opiniones de amicitia. De amicitia enim complures ſunt controuerſie/ atq; opiniones. ¶ Prima eſt dicentiũ amicitiam ſimilitudinem quandam eſſe: ⁊ amicos eſſe ſimiles. hic aiũt ſimile ad ſuũ ſimile/ ⁊ cornicula ad corniculã/ ⁊ ſimilia huiuſmodi. ¶ Secũda eſt dicẽtiũ contra: ſimile odire ſuum ſimile. vt figulos omnes inter ſeſe eſſe ſimiles. attamen figulos figulum non amare. verum vt inquit Heſiodus. Heſiodus

Inuidet ⁊ figulus figulo/ vel egenus egeno/
Siue faber fabro dulciſq; poeta poete.
Et de his ipſis altius magnificentiuſq; ex naturalibus perquirunt: contrarium amare ſuum contrariũ/ quẽadmodum canit Eurypides. Eurypides

Cum eſt ſicca tellus: ipſa certe tum imbrem amat.
Cum vero pulchrum pleno imbre celum tumet:
Affectat vt telluris in ſinus cadat.

¶ Tertia eſt Heracliti dicentis: ex contrariorum concurrentia amicitiam gigni. inquit enim contrarium conferre et ex differentibus/ contrarijſq; ſonis pulcherrimum ſuboriri concentum: ⁊ ſummatim per contrarietatem omnia fieri. Sed Heraclito complures contraria ſentiunt. vt Empedocles/ qui ſimile amare/ appe- Heraclitus Empedocles

tereq; ſuum ſimile dicebat. Sed has naturales dubitationes/ hoc in loco diſcutere omittamus. nam preſentis diſcipline cōtemplationi minime accōmodate ſunt: verū potius eas dubitationes que humane ſunt/ ⁊ ad mores affectuſq; pertinentes diſcutiamus: cuius generis ſunt hec. Sit ne inter omnes homines amicitia: an prauos amicos eſſe impoſſibile ſit. An amicitie vna ſpecies ſit: an plures. ⁊ ſunt qui vnā quidē eſſe putant: ꝙ magis eſt/ atq; minus. ſed hi inſufficiēti quidem ducūtur argumento. nā ⁊ que ſunt diſſidentia ſpecie magis ſunt/ atq; minus. ſed id ex iam dictis: notum eſſe poteſt.

Atebunt autem hec fortaſſe: ſi ipſum amabile fuerit notum. Cap. II. 3
Non enim omne quoduis amari videtur/ ſed ipſum amabile. hoc autē: aut
bonū/ aut iucundū aut vtile eſſe videtur. atq; id vtile videbitur eſſe per qđ
efficitur aliquod bonum aut voluptas. Quare fit: vt amabilia ſint ipſum bo
num ⁊ iucundū/ vt fines. ¶ Utrum igitur ipſum bonū ament homines: an id quod 4
ipſis eſt bonum? Diſcrepant enim nonnūꝙ hec. ſimiliter ⁊ circa ipſū iucundū. ¶ Ui
detur autem id quiſq; amare/ quod bonū eſt ſibi. ⁊ eſſe ſimpliciter quidē amabile/ ip
ſum bonū: vnicuiq; autē/ id quod eſt vnicuiq; bonum. Amat autē quiſq; non id quod
eſt ſibi bonum/ ſed quod apparet. neq; quicꝙ id refert. erit enim ipſum amabile appa
rens. ¶ Cum itaq; tria ſint ea propter que homines amant: in amatione quidem ina 5
nimatarum rerum/ nō dicitur amicitia. quippe cum nō ſit reciprocus amor: neq; volū
tas boni illarum. Eſt enim ridiculum forſitam: vino bonum quempiam velle. quod ſi
vult: ſaluū illud vult eſſe/ vt habeat ipſe. at oportere aiunt amico bona illius gratia
velle. ¶ Eos autē qui hoc modo volunt bona/ beniuolos dicunt: ſi non idem ⁊ ab illo 6
fiat. Mutuam namq; beniuolentiam/ amicitiam eſſe dicunt: an adiungēdum eſt/ nō
latentem? Sunt enim complures ijs beniuoli/ quos non viderunt: putant autem ſtu
dioſos eſſe/ vel frugi. atq; fieri poteſt: vt illorum etiam quiſpiam eodē ad hos modo af
ficiatur. Igitur hi mutuo quidem ſibi beniuoli eſſe videntur. amicos autē ipſos quo
dam modo quiſpiam dixerit latentes/ vt erga ſeſe mutuo ſunt affecti. Oportet ergo
amicos mutuam habere beniuolentiam/ et velle ſibi mutuo bona non latētes: ob vnū
quid eorum que dicta ſunt.

¶ Secundi capitis note. ¶ Amabile ſimpliciter/ amabile alicui/ amabile apparens: bonum ſimpliciter. bo 3
nū alicui/ bonū apparens.

¶ Secundū cap. tribus concluſionibus/ ⁊ vna queſtione partitum eſt.

Secundi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Si amabile notū fiat: amicitiā promptius cognoſcemus. Nā non omne quoduis/ amari videtur/ ſed ipſum amabile. hoc autē honeſtū/ aut vtile/ aut iucundū eſſe videtur: ⁊ id eſſe vtile per quod aliquod bonū aut voluptatem aſſequimur. Unde fit vt honeſtū ⁊ iucundū: amabilia ſint vt fines. vtilia enim horum gratia querimus ac amamus. atqui amicitia ſine amabili nō eſt. noto itaq; amabili: ad amicitiā promptior patebit aditus. ¶ Queſtio. Utrū homines: ipſum 4
bonum amant/ aut quod ipſis bonum eſt. hec eni quandoq; diſcrepant/ ⁊ non ſunt eadem. Itidē vtrū amāt
iucundum/ aut quod ſibi iucundum eſt. ¶ Solutio. Et pleriſq; viſum eſt/ vt id ament homines quod eſt ſibi bonum: atq; ipſum bonū/ ſimpliciter eſſe amabile. vnicuiq; autē amabile: id quod eſt vnicuiq; bonū. Uerumtamen id non oportet. nam non quiſq; amat: quod eſt ſibi bonū/ ſed quod ſibi bonū apparet. neq; refert quicꝙ vt amet: bonū ne ſit/ an appareat. nam ſi apparet bonū: et ipſum erit amabile apparens. ¶ Secunda 5
concluſio. Ad res inanimatas: nulla geritur amicitia. Nā amicitia eſt reciprocus amor. ⁊ tria ſūt ꝓpter que ipſi homines amant: honeſtum/ vtile/ ⁊ iucundum. at illis non volumus aliquid horū bonorū contingere. ridiculum eni videtur: quēpiā vino bonū velle. quod ſi vult/ idipſum bonū quod vult: eſt ipſuʒ ſaluū manere/ vt habeat ipſe. at oportet amicitiam eſſe reciprocam: ⁊ amico ipſius quidem amici gratia (quemadmodū aiūt) bona velle. non igitur ad res inanimatas vlla eſt amicitia. ¶ Tertia concluſio. Non ſatis diffinita eſt ami 6
citia/ ꝙ mutua beniuolentia ſit: ſed non latens adijciēdum eſt. Nam eos qui aliū amant/ ⁊ illius quidem gratia etiā ab eo non idem rependatur: beniuolos dicimus. at fieri poteſt/ vt complures ijs beniuoli ſint/ quos nūꝙ viderunt: ꝙ eos ſtudioſos eſſe/ aut frugi homines exiſtimant. ⁊ contra: vt hi ad illos primos hoc modo afficiantur. quare ⁊ ij mutuo quidem beniuoli eſſe videntur: at nemo illos proprie dixerit amicos/ niſi forte quodam modo/ vt latentes amicos/ quemadmodū vt erga ſeſe mutuo beniuolentia ſunt affecti. non ſatis igitur diffinita eſt amicitia: ꝙ beniuolentia mutua ſit/ ſed adijciendū eſt non latens. vt ita diffiniatur. Amicitia eſt aliquorum mutua beniuolentia/ ⁊ alicuius quidem boni gratia: cum eos non lateat. Et amici ſūt qui mutuā habentes beniuolentiam: ob vnum quiddam bonorum (que dicta ſunt) ſibi mutuo bona volunt/ nō latentes.

Iſſerunt autem hec ſpecie/ ⁊ amationes ergo/ ⁊ amicitie. Tres Cap. III. 7
igitur ſunt amicitie ſpecies: equales numero amabilibus ipſis. ob vnūquodq;
enim eſt amatio mutua/ non latens. atq; qui ſeſe mutuo amant: hoc/ bona ſi
bimutuo volunt quo amant. ¶ Qui igitur ob vtilitatem ſe mutuo amant/ 8
non per ſe amant: ſed quo aliquod/ ex ſeſe mutuo capiunt bonū. Similiter ⁊ qui amāt
ob voluptatē. non eni facetos amant/ quia ſunt tales: ſed quia ipſis afferunt volupta
tē. Qui igitur ob vtilitatē amant: ob ſuum diligunt bonū. Et qui ob voluptatē: obid
quod eſt ipſis iucundū/ ⁊ non quo talis eſt is qui amatur/ ſed quo eſt vtilis aut iucun
dus. per accidēs igitur hę ſunt amicitie. non eni amatur quo talis eſt is qui amatur:

9 ſed quo vel bonum aliquod affert/ vel voluptatem. ¶ Tales autem amicitie/ facile diſ-
ſolui poſſunt: non permanentibus ipſis ſimilibus. Nam ſi nõ vlterius iucundi ſint/
aut vtiles: amare deſiſtunt. Vtilitas autẽ non permanet: ſed alias alia fit. dimoto igr̃
10 eo propter quod erãt amici diſſoluitur ꝛ amicitia/ vtpote que ob illud erat. ¶ Maxi-
me autẽ amicitia talis in ſenibus fieri videtur. Huius eni etatis homines: non volu-
ptatẽ/ ſed vtilitatẽ ſequuntur. ꝛ in ijs iuuenibus / atqꝫ viris: qui ſue ſtudent vtilitati.
tales autẽ nec multũ ſimul viuunt. interdũ eni nec ſunt iucundi. nec indigent igitur
tali congreſſione: ſi non ſint vtiles. Nam eouſqꝫ iucundi ſunt/ quouſqꝫ boni conſequẽ
11 di ſpem habent. cum his amicitijs ꝛ hoſpitaliciam ponunt. ¶ Iuuenũ autẽ amicitia:
ob voluptatẽ conſtare videtur. Viuunt enim cũ affectu. ꝛ id maxime ſequuntur/ quod
ſibyipſis eſt iucundum/ et preſens. At cũ mutatur etas: alia fiunt et ipſa iucunda. quo-
circa cito fiunt amici/ citoqꝫ deſiſtunt. nam ſimul cũ eo quod ipſos afficit voluptate:
ꝛ amicitia ipſa mutatur. talis vero voluptatis/ celeris fit mutatio. ¶ Proni ſunt etiã
ipſi iuuenes ad amores. plurimum eni amatorie amicitie perturbatione fit/ ꝛ ob volu
12 ptatẽ. quapropter amant/ ꝛ cito deſiſtunt: eadem die propoſitum ſepe mutantes. ¶ Hi
volunt totos dies vna verſari/ ſimulqꝫ viuere. Sic enim fit ipſis id quod per amicitiã
ſuam affectãt. ¶ Bonorum autẽ amicitia/ ſimiliũqꝫ virtute/ perfecta eſt amicitia. Hi
nãqꝫ mutuo ſibi bona ſimiliter volunt: quo boni ſunt. boni vero ſunt per ſeipſos. Atqꝫ
ij maxime ſunt amici: qui bona amicis/ illorum gratia volunt. propter ſeipſos enim ita
13 ſeſe habent: ꝛ non per accidens. ¶ Permanet igitur horum amicitia/ ꝙdiu ſunt boni.
At virtus res permanens eſt. ¶ Atqꝫ horum vterqꝫ bonus eſt ſimpliciter ꝛ amico. bo
ni enim ipſi/ ꝛ abſolute/ ꝛ ſibi mutuo boni ſunt: ꝛ vtiles ꝛ iucundi ſimili modo. Nã
boni/ ꝛ abſolute: ꝛ ſibi mutuo ſunt iucundi. Singulis enim proprie actiones ſunt vo
luptati: ꝛ que ſunt tales. bonorum autẽ actiones tales ſũt/ aut ſimiles. talis autẽ ami-
citia/ non ſine ratione permanens eſt. Coniunguntur eni in ipſa omnia que in amicis
eſſe oportet. Nam omnis amicitia aut eſt ob bonũ: aut ob voluptatē/ vel ſimpliciter/
vel amanti/ ꝛ ob ſimilitudinem quandã/ hec autem omnia bonorum per ſeipſos ami-
14 citie inſunt. huic enim ſimiles ſunt ꝛ cetere. ¶ Et id quod eſt abſolute bonũ / eſt ꝛ iu-
cundũ ſimpliciter. Maxime igitur hec ſunt amabilia: ꝛ amare ac amicitia / in his eſt
maxime/ ꝛ optima amicitia. ¶ Sunt autem merito tales amicitie rare. pauci eni ſũt
15 tales. ¶ Tempore inſuper ꝛ conſuetudine opus eſt. ſecundũ eni prouerbiũ non fit vt
mutuo ſeſe cognoſcant: anteqꝫ ſimul conſumant dictam ſalis mẽſuram. nec igitur fit
vt acceptẽtur antea/ ſintqꝫ amici/ ꝙ amabilis vtriqꝫ videatur eſſe/ atqꝫ credat vterqꝫ.
Qui vero ea celeriter inter ſeſe mutuo faciũt/ que ad amicitiam attinent: volunt qui-
dem eſſe amici/ ſed non ſunt/ niſi ſint ꝛ amabiles/ et idipſum ſciãt. amicitie namqꝫ vo
luntas: non amicitia celeriter fit. Hec igitur ꝛ tempore/ ꝛ ceteris perfecta eſt amicitia
ꝛ per hec omnia fit. ꝛ vtriqꝫ ſimilis eſt ab vtroqꝫ: quod quidẽ amicis inſit oportet

9 ¶ Tertij capitis note. ¶ Qz amicitia voluptatum cito venit/ citoqꝫ fugit: hinc alatũ fingunt cupidinem.
¶ Vtriqꝫ ab vtroqꝫ: alterutri ab alterutro: ꝙ idem volunt iiſdẽ gaudent iiſdẽqꝫ triſtantur. ꝛ ita frequenter
vſus eſt vocabulo vterqꝫ: pro alteruter ad quãdã vicariã/ ꝛ reciprocam functionem deſignandam.
¶ Paucos eſſe vere ſtudioſos: clamat Satyricus Iuuenalis
Rari quippe boni: numero vix ſunt totidem quot
Thebarum porte/ aut diuitis oſtia Nili.
¶ Tertij cap. nouem concluſionibus partitum eſt.
7 Tertij capitis commentarius ad litterã. ¶ Prima concluſio. Tres ſunt amicitie ſpecies: honeſta vtilis/
atqꝫ iucunda. nã tres ſunt ſpecie differentes amationes. igitur tres ſunt amicitie ſpecies: ꝛ equales numero/
amabilibus ipſis. nam ob vnũquodqꝫ ipſorũ: amatio mutua/ atqꝫ non latens fit. fit namqꝫ vt qui ſeſe mutuo
8 amant: hoc ipſo ſibiuicem bona velint quo amant. id autẽ eſt amabile. ¶ Secunda concluſio. Amicitie ob
vtilitatem/ atqꝫ ob voluptatem: non per ſe ſed per accidens ſunt amicitie. Nam qui ſeſe ob vtilitatẽ mutuo
amant: nõ per ſe amãt/ ſed ꝙ aliquod ex ſeſe mutuo capiũt emolumentũ. itidẽ ꝛ qui ob voluptatẽ amãt. nã
non facetos amant/ quia faceti ſunt: ſed ꝙ eis ipſis voluptatem afferunt. qui igitur ob vtilitatẽ amant: ob ſuũ
ꝛ non ipſius amati bonũ diligunt. ꝛ qui ob voluptatem/ ob id quod ipſis amantibus eſt iucundũ: ꝛ non amãt
hi quia talis is ſit qui amatur ſed quo vtilis eſt aut iucundus. igitur ob vtilitatem / aut voluptatẽ amicitie:
per accidens ſunt amicitie. nam qui per ſe amant: quo qui amantur tales ſunt amant. at ob emolumentum/
aut voluptatem non amatur quo talis is eſt qui amatur: ſed quo vel commodum aliquod vel voluptas
9 tem aliquam affert. ¶ Tertia concluſio. Amicitie ob vtilitatem atqꝫ voluptatem: facile diſſolui queunt.
¶ Nam ipſis qui amantur non amantibus ſimilibus (vt ſi vlterius aut vtiles/ aut iucundi non ſint) deſiſtunt
amare. nã dimoto eo propter quod erant amici diſſoluitur amicitia/ vtpote que ob illud erat. at vtilitas nõ
permanet: ſed alias alia fit. itidẽ et voluptas: fugax / boraria qꝫ eſt. igitur he amicitie: facile diſſoluuntur.
10 ¶ Quarta concluſio. Maxime omniũ amicitia ob vtilitatẽ: in ſenibus fieri videtur. ¶ Primo, nã cius etas

ris homines:non voluptatem/ ſed vtilitatem querūt. ⁊ nō modo in ſenibus fit:ſed ⁊ in iuuenibus atqꝫ viris/
qui ſue ſtudent vtilitati. ¶ Secundo. ſenes non multū alijs pariter conuiuunt/ neqꝫ interdū iucūdi ſunt. non
ergo tali iucundioꝝ cōgreſſione indigent: ſi non ſint vtiles. nā couſqꝫ illis iucundi ſunt: quouſqꝫ cōmodi cōſe-
quēdi ſpem retinent. cū talibus eni amicitijs in quibus cōmodi ſpes aliqua eſt: hoſpitalicā ponūt. hec igitur
amicitia maxime fit in ſenibus. ¶ Quinta concluſio. Amicitia ob voluptatem: maxime fit in iuuenibus. 11
¶ Primo. nam iuuenes cū affectu viuūt: ⁊ id maxime proſequūtur quod ſibi ipſis iucundū eſt/ atqꝫ preſens.
fit igitur in ipſis maxime amicitia ob voluptatem. verū hec amicitia admodū fragilis eſt/ ac decidua. nā cum
mutatur etas: alia/ atqꝫ alia fiunt illis iucunda. quocirca/ ⁊ cito fiunt amici/ citoqꝫ deſiſtunt. nec ab re quidē.
nā ſimul cū eo qd ipſos voluptate afficit: ipſa fugit/ mutaturqꝫ amicitia. at iuueniliū voluptatū cita/ velorqꝫ
mutatio eſt. ¶ Secundo. quia iuuenes ad amores procliues admodū ſunt. nā plurimū amatorie rei: pertur-
batione fit/ atqꝫ ob voluptatē. amant igitur cito citoqꝫ deſiſtunt: eadē etiā die propoſitū per ſepe mutantes.
¶ Tertio. iuuenes totos dies volunt vna conſeruari ſimulqꝫ viuere. ſic enim voluptate fruūtur: quā per ſuā
amicitiā querunt. nimirū igitur ſi hec iucundioꝝ amicitia: in ipſis iuuenibus vel maxime fieri ſit comperta.
¶ Sexta concluſio. Bonoꝝ amicitia probitate/ virtuteqꝫ ſimiliū: perfecta amicitia eſt. Nam hi ſibi mutuo 12
bona ſimiliter volunt/ quo boni ſunt: boni autē ſunt per ſeipſos. volunt igitur ſibi mutuo bona ꝓpter ſeipſos.
at ij maxime omniū ſunt amici: qui bona amicis illoꝝ quidē amicoꝝ gratia/ volunt. atqui qui ita ſe habēt:
ꝓpter ſeipſos/ ⁊ nō per accidens amant. eſt igitur ſtudioſoꝝ amicitia/ virtuteqꝫ ſimiliū: ſtudioſa/ ⁊ per ſe/ et
perfecta amicitia. ¶ Septima cōcluſio. Studioſoꝝ amicitia permanēs eſt. Primo. nā ea amicitia tandiu 13
durat: quādiu boni ſunt. at virtus eos perdurans eſt/ atqꝫ permanēs eſt. igitur hec amicitia: iugis/ atqꝫ per-
manens. ¶ Secundo. quia horū vterqꝫ bonus eſt ſimpliciter. nā ſtudioſus pariter ⁊ bonus amico. ſiquidem
ipſi ſtudioſi ⁊ abſolute: ⁊ ſibi mutuo boni ſunt/ ac ſtudioſi/ imo ⁊ vtiles/ ⁊ iucūdi. nā ſtudioſi iucūdi ſunt. qua-
re et adinuicem iucundi. ſingulis eni ſue ꝓprie actiones voluptati ſunt ⁊ ee que illis ſunt ſimiles. at bonoꝝ
ſtudioſorūqꝫ operationes tales ſūt/ atqꝫ ſimiles. talis igitur amicitia nō ſine ratione: permanens eſt/ atqꝫ aſ-
ſidua/ vtpote in qua que in amicis eſſe oportet/ cōiuncta ſūt ōnia. nā omnis amicitia aut eſt ꝓpter bonū: hone-
ſtū ſcilicet/ aut vtile/ aut ob voluptatē/ aut ſimpliciter. aut amāti/ aut (vt aiūt) ob quādā aſſimilationē. at ve-
ro hec ōnia amicitie ſtudioſoꝝ/ qui per ſeipſos amāt: inſunt. ⁊ cetere amicitie/ ad huius ſimilitudinem dicū-
tur. ¶ Octaua concluſio. Studioſa amicitia: maxime amicitia/ atqꝫ optima amicitia eſt. Nam quod eſt ab- 14
ſolute bonum: eſt ſimpliciter/ atqꝫ abſolute iucundū. ſunt igitur abſolute bona: maxime amabilia/ ⁊ amatio ⁊
amicitia in ijs maxima/ atqꝫ optima. at que in ijs amicitia eſt: ſtudioſa amicitia eſt. ſtudioſa igitur amicitia: ⁊
maxime amicitia atqꝫ optima eſt. ¶ Nona concluſio. Merito ſtudioſe amicitie: rare ſunt. ¶ Primo quidē. 15
nam abſolute boni atqꝫ ſtudioſi: pauci ſunt. ¶ Secundo. ad hāc amicitiam comparādā: ⁊ tēpore opus eſt ⁊
conſuetudine. ⁊ iuxta prouerbiū non fit vt ſeſe mutuo cognoſcant anteqꝫ edictam ſalis menſuram ſimul con-
ſumant. quo fit vt nō ante in amicitia recipiant ſiantqꝫ amici qꝫ vterqꝫ vtriqꝫ videatur/ credaturqꝫ eſſe ama-
bilis. merito igitur he amicitie rarenter/ paucoqꝫ tempore eueniūt. Qui eni ea celeriter inter ſeſe faciūt/ que
ad amicitiā attinent: volūt quidem eſſe amici. non ſunt autem: niſi ſint ⁊ amabiles/ ⁊ idipſū quoqꝫ ipſi ſciāt.
fit enim celeriter amicitie volūtas: non autem amicitia. ſed tempore ⁊ ceteris adoleſcit amicitia/ peroqꝫ hec
ōnia fit. fitqꝫ ſimilis vtriqꝫ ab vtroqꝫ. id eni amicis ineſſe oportet.

Ea vero que ob voluptatē/ et ea que ob vtilitatē eſt: ſimilitudi- Cap. IIII. 16
nē huius habent. Boni nāqꝫ: ⁊ iucundi/ ⁊ vtiles ſibi mutuo ſunt. maxime
autē ⁊ tales amicitie permanent: cū equale fit ab vtriſqꝫ/ vt voluptas. ⁊ non
ſolū hoc modo ſed etiā ab eodē. vt inter facetos fit: ⁊ nō inter amatorē ac ad-
amatū. hi nāqꝫ non delectantur eiſdē. ſed ille quidē aſpectu gaudet adamati. hic au-
tē obſequio amatoris. Deſinente vero pulchritudine: amicitia quoqꝫ nonnūqꝫ deſinit.
illi nāqꝫ aſpectus non eſt iucundus: huic autē obſequiū non preſtatur. Pleriqꝫ autē
in amicitia permanent: ſi ex conſuetudine mores dilexerunt/ eoſdēqꝫ mores habentes
ſed qui non ob voluptatē in amoribus/ ſed vtilitatem cōmutant: ij ⁊ minus ſunt ami-
ci/ ⁊ minus permanent. qui vero ſunt ob vtilitatē amici: ij ſimul cū vtilitate diſſol-
uuntur. non eni hi ſeſe mutuo: ſed vtilitatē amabant. ¶ Fit igitur vt ⁊ praui prauis/ 17
⁊ boni prauis/ ⁊ neutri quibuſuis amici ſunt ob voluptatē atqꝫ vtilitatē: ſed boni ſoli
ſunt propter ſeipſos amici. Mali nāqꝫ ſeipſis non gaudent: niſi vtilitas proueniat
aliqua. ¶ In ſola etiā bonorum amicitia/ nullū calūnia locum habet. Non eni faci- 18
le cuiquam quiſqꝫ de eo credere poteſt: quē ipſe diuturno tempore cōprobauit. In hiſ-
ipſis eſt ⁊ ſibi mutuo credere/ ⁊ nunqꝫ iniuriā facere/ ceteraqꝫ omnia que amicitie
vere cenſentur ineſſe. In ceteris autē amicitijs/ nichil prohibet ea que ſunt hiſce con-
traria fieri. nam quando quidē homines/ eos etiam dicere conſueuerunt amicos/ qui
ob vtilitatem amant: vt ciuitates (ſocietates enim a ciuitatibus/ conducentis gratia
fieri videntur) ⁊ item eos qui ſe propter voluptatem mutuo diligunt/ vt pueri: nos
etiam fortaſſe tales quidem amicos dicere oportet. ¶ Aſſerere autem ſpecies amicitie 19
plures eſſe. atqꝫ primo quidem ⁊ proprie amicitiam eam eſſe: que bonorum eſt homi-
num ratione ſane qua boni ſunt/ ceteras autem per ſimilitudinem. quo namqꝫ bonū
quoddam in ipſis eſt ⁊ ſimile: hoc ſunt amici. Id enim quod afficit voluptate/ bonum
quoddam ijs eſt/ qui voluptatem amant. non autem multum hec copulantur. nec ijdē
ob vtilitatem/ voluptatemqꝫ fiunt amici. Nā ea que per accidens ſunt/ non nimium

coniunguntur. In has autem ſpecies amicitia diſtributa: praui quidem erunt ob vo-
luptatem aut vtilitatem amici/ hac ratione ſimilitudinem ſubeuntes/ boni autem ſūt
propter ſeipſos amici. ea namqꝫ ratione qua boni ſunt. Hi igitur ſunt abſolute amici:
illi vero per accidens/ ⁊ quia ſunt ſimiles his.

17 ¶ Quarti capitis note. ¶ Neutri: qui neqꝫ boni/ neqꝫ praui/ neqꝫ ſtudioſi/ aut vicioſi. ¶ Calumnia/ accuſa-
18 tio/ falſa criminatio.

¶ Quartum cap. tribus concluſionibus/ ⁊ quorūdā dictorū epilogo: partitum eſt.

16 Quarti capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Amicitie ob voluptatem/ atqꝫ vtilitatē:
ſimilitudinem ad ſtudioſā amicitiam gerunt. Nam ſtudioſi ſibi mutuo: ⁊ iucundi/ ⁊ vtiles ſunt. ⁊ maxime tū
durant ob voluptatē/ atqꝫ vtilitatem amicitie: cum equale viciſſim rependitur ab vtroqꝫ/ vt voluptas. ⁊ in-
terdū non ſatis eſt vt rependatur voluptas: ſed ab eodem etiā proficiſcatur oportet. vt inter facetos fieri ſo-
let. Interdū non proficiſcitur ab eodem: vt inter amantem ⁊ adamatū/ quorū voluptas nō ab eiſdem enaſci-
tur. hi enim nec eiſdem delectantur. ſed amans aſpectu gaudet adamati/ adamatus vero obſequio delectat
amatoris. ⁊ proinde defluente/ occiduaqꝫ pulchritudine: plerūqꝫ ſoluitur amicitia. nam amatori nō amplius
eſt aſpectus iucūdus/ neqꝫ adamato obſequiū amplius preſtatur vllum. Uerum nōnulli in amicitia perſeue-
rant: vt ſi ex conſuetudine mores dilexerint: eoſdem/ ſimileſqꝫ mores habentes. Sunt ⁊ qui in amoribus nō
voluptatem ſed vtilitatem cōmutant: ⁊ ij minus ſunt amici/ minuſqꝫ permanent. ⁊ qui ſunt ob vtilitatē ami-
17 ci: ij ſimul cum vtilitate diſſoluūtur. nec imerito. hi enim non ſeſe mutuo: ſed vtilitatem amabant. ¶ Secū-
da concluſio. Cuiuſuis conditionis homines: amicitia vtili/ aut delectabili coniungi poſſunt: ſoli autem ſtu-
dioſi ſtudioſa/ honeſtorūqꝫ amicitia. Nam fit vt praui prauis/ ⁊ boni prauis/ ⁊ neutri quibuſuis: ob volupta-
tem/ atqꝫ vtilitatem euadant amici. ſed ſoli ſtudioſi propter ſeipſos ſunt amici. amicitia igitur ob voluptatē/
atqꝫ vtilitatem: omnibus conuenire poteſt hominibus/ ſtudioſa vero ſolis ſtudioſis. mali enim ſeipſis non
18 gaudent: niſi aliqua voluptas/ aut aliqua intercedat vtilitas. ¶ Tertia concluſio. In ſola ſtudioſorum ami-
citia: nulli calumnia locum habet. Nam non facile de eo quiſqꝫ male credere poteſt: quem ipſe longo iam tē-
pore probauerit. ſtudioſus autē amicus: amicum longo tempore probauit. nam ipſorum eſt ſibiipſis mutuo
credere/ nunqꝫ iniuriam facere/ ⁊ cetera omnia que ad veram/ ſtudioſamqꝫ amicitiam cēſentur pertinere. igi-
tur querela/ atqꝫ calūnia in huiuſmodi amicitijs: nullum ſibi reperit locum. Sed in ceteris amicitijs nichil
prohibet querelas/ calumniaſqꝫ fieri: quandoquidem eos homines cōſueuimus dicere amicos/ qui ob vtili-
tatem amant/ vt ciuitates. nam ſocietates a ciuitatibus vtilitatis gratia plerumqꝫ fieri videmus. et eos
qui ſe mutuo propter voluptatem diligunt/ vt pueri: aliquo pacto dicere oportet amicos/ qui plerumqꝫ cau-
19 ſas querele/ atqꝫ accuſationes habēt. ¶ Epilogus. Ex dictis igitur hec colligere poterimus plures eſſe ami-
citie ſpecies: ſed precipuam/ ⁊ proprie amicitiam eam eſſe que ſtudioſorum eſt hominum/ ea ratione qua boni
ſunt. ceteras autem amicitias per ſimilitudinem dictas eſſe. vt quatenus bonū quoddā in ipſis eſt/ ⁊ ſimile:
⁊ eatenus ⁊ hoc ipſi ſunt amici. quod eni voluptate afficit: bonum quoddam ijs eſt/ qui voluptatem amant.
dictum etiam eſt has amicitias non multum cohERERE: nec multum eoſdem ob voluptatem/ vtilitatemqꝫ fie-
ri amicos. nam ea que per accidens ſunt: non multum coherent/ ac iunguntur. ⁊ cum amicitia in has ſpecies
diſtributa ſit prauos ob voluptatem aut vtilitatem amicos eſſe/ voluptatis ſcilicet/ aut vtilitatis ratione
ſimilitudinem ſubeuntes: ſtudioſos autem propter ſeipſos eſſe amicos. nam ea ratione qua boni/ ſtudioſiqꝫ
ſunt. atqꝫ eos abſolute eſſe amicos: illos autem per accidens/ ⁊ quia his ſunt ſimiles.

20 Ut autem in virtutibus alij habitu alij actu boni dicūtur: ſic ⁊ Cap. V.
in amicitia. Amicorum eni alij ſimul viuētes gaudent ſe mutuo: bonaqꝫ cō-
ferunt. alij dormientes aut locis ſeiuncti non operantur quidem: ſed ita ſeſe
habent/ vt operentur amice. loca namqꝫ non diſſoluunt amicitiam abſolute:
ſed operationem. Q; ſi diuturna abſentia fuerit: amicitie quoqꝫ videtur obliuionē effi-
21 cere. vnde dictum eſt: taciturnitas amicitias complures diſſoluit. ¶ Atqui neqꝫ ſenes
neqꝫ ſeueri videntur eſſe ad amicitiam apti. Exigua eni efficiunt voluptate. nemo au-
tem conuerſari cum eo poteſt qui dolorem afferat/ aut non ſit iucundus. maxime nāqꝫ
22 natura videtur moleſtiam quidem fugere: oblectamenta autem affectare. ¶ Qui vero
ſi quidem mutuo acceptant/ non ſimul autem viuunt: ij beniuolis magis ſunt ſimiles
ꝙ amicis. Nichil enim tam proprium eſt amicorum ꝙ viuere ſimul. Nam egentes
quidem/ vtilitatem affectant. ſimul autē viuere/ ⁊ ipſi beati. eteni ſolitarios quidem
hos eſſe minime conuenit. Ut ſimul autem degant: fieri non poteſt/ niſi ſint iucundi
eiſdemqꝫ gaudeant. quod quidem amicitia ſodalitia videtur habere. ¶ Bonorum igi-
23 tur amicitia: maxime eſt(vt ſepe diximus amicitia. Nam amabile quidē id et expetibi-
le eſſe videtur/ quod eſt abſolute bonum/ aut iucundū: vnicuiqꝫ vero quod ipſi eſt tale.
24 bono autem propter hec vtraqꝫ bonus. ¶ At vero amatio quidem ſimilis eſt affectui:
amicitia vero habitui. Amatio nāqꝫ non minus eſt ad inanimata. Amici autē amāt
ſeſe mutuo cū electione. electio vero ab habitu proficiſcitur. ¶ Et volūt ijs bona quos
amant/ illorum gratia: non per affectum ſed habitū. ⁊ amantes amicū id amant quod
ſibiipſis eſt bonū. vir eni bonus factus amicus/ bonū fit ei cui iam eſt amicus. Uterqꝫ
igitur/ ⁊ id quod ſibi bonū eſt amat: ⁊ par reddit voluntate/ atqꝫ iucunditate. dicitur
eni amicitia equalitas. maxime autē hec bonorū amicitie inſunt.

Amic. actu
Amic. habitu

Senes
difficiles | Ad Amic. parum apti

Amic. bonorum max. amic.

Amatio
Amic. | quid dicunt

¶ Quinti capitis note. ¶ Opera amicitie ſunt bene velle benefacere et concordare.
Quintum cap. quattuor cõcluſionibus/ ⁊ vno correlario partitum eſt.

Quinti capitis cõmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Quēadmodum ⁊ in ceteris virtutibus alij habitu / alij vero actu boni dicuntur: ita ⁊ in amicitia euenit. Nam amicorū alij ſimul conuiuentes actu gaudent mutuo/ ſibiqꝫ bona conferunt. alij autem aut dormientes/ aut locis ſemoti: non operantur quidē/ ſed ita ſeſe habent vt operari queant amice. nam loca non diſſoluunt amicitiam abſolute: ſed operationem. verum ſi abſentia diuturna fuerit: amicitie quoqꝫ videtur obliuionem efficere. ⁊ hinc ortum eſt prouerbium/ amicitias cõplures: taciturnitas dirimit. ¶ Secunda concluſio. Neqꝫ ſenes itidem neqꝫ difficiles: ſunt ad amicitiā apti. 21 ¶ Primo. nam modica voluptate afficiunt/ aut triſtitiam afferunt. at nemo conſuetudinez/ conuerſationem/ familiaritatemqꝫ eius pferre poteſt: qui dolorem afferat/ aut non ſit iucundus. nam maxime nobis inſitum natura videtur: moleſtiam fugere oblectamentaqꝫ affectare. conuerſari autem preſertim amicorū eſt. ſenes igitur atqꝫ auſteri/ difficileſqꝫ: ſunt pparū ad amicitiā apti. ¶ Tertia cõcluſio. Qui ſe ſimul acceptant at nõ ſimul conuiuunt: beniuoli potius ꝙ amici cenſendi ſunt. Nam nichil tam amicorū propriū eſt: ꝙ ſimul viuere. egentes eni vtilitatē querūt: ſimul autem viuere etiā ipſi beati. beatos eni minime ſolitarios eſſe conuenit. at vero vt ſimul cõuiuant fieri nequit: niſi ſint iucundi eiſdēqꝫ gaudeant. quod amicitia/ cõſuetudine atqꝫ ſodalitia preſtare videtur. igitur neqꝫ ſenes/ neqꝫ ad cõuiuendū difficiles: ſunt ad amicitiā apti. 22
¶ Correlarium. Quapropter bonorū amicitia (vt iam ſepe dictū eſt) maxime eſt amicitia. Nā quod abſolute bonū ⁊ abſolute iucūdum: maxime amabile atqꝫ expetibile eſſe videtur/ vnicuiqꝫ vero quod ipſi tale eſt. at bonus bono propter hec vtraqꝫ ⁊ abſolute bonū ⁊ iucundū/ ⁊ ſibypſis bonū ⁊ iucundū: amicus eſt. eorum igitur amicitia maxime amicitia eſt. ¶ Quarta cõcluſio. Amatio affect⁹ eſt: amicitia vero habit⁹. ¶ Primo. nam amatio non minus eſt ad inanimata/ ꝙ animata: amicitia vero non ſed cū redamatione eſt. nā amici ſe mutuo ⁊ cum electione amant. at vero electio ab habitu proficiſcitur. eſt igitur amatio potius affect⁹ amicitia vero habitus. ¶ Secundo. amici/ ijs volunt bona: quos amant ⁊ ipſorum quidē amatorum gratia/ non per affectum/ ſed per habitum. imo vero amantes amicum/ id etiam amant quod ſibypſis eſt bonū. nam vir bonus factus amicus: bonuz eſt ei qui amat cuiqꝫ iam eſt ei amicus. quo fit: vt vterqꝫ ⁊ bonū amici amet/ ⁊ amici gratia/ ⁊ quod ſibypſi bonum eſt/ ⁊ vt par voluntate atqꝫ iucunditate reddat. aſtruitur etenim amicitia quedam equalitas. ⁊ que dicta ſunt: maxime bonorum amicitie aſſunt. 23 24

In ſeueris autē atqꝫ ſenibus/ tanto minus fit amicitia: quāto difficiliores ſunt/ ⁊ minus congregationibus gaudent. Hec enim ad amicitiam maxime ſpectare/ ⁊ ipſam efficere videntur. Quocirca iuuenes quidem cito: ſenes autem non cito fiunt amici. non eni fiunt ijs amici/ quibus nõ delectantur. ſimiliter nec ſeueri. Sed tales beniuoli quidem mutuo ſibi ſunt. etenī ⁊ bona volunt: ⁊ prompti ſunt ad neceſſitates. amici vero non valde ſunt: propterea ꝙ nõ ſimul degunt/ neqꝫ ſeſe mutuo delectantur. que quidē ad ipſam amicitiā maxime pertinere videntur. ¶ Non fit autē vt amicitia perfecta multis quiſpiā ſit amicus: quemadmodū nec vt cõplures ſimul adamet. Eſt enim exuperationi ſimilis. tale autem ad vnū aptum fieri. ¶ Multos vero eidem vehementer placere/ non facile eſt: fortaſſe autem nec bonos eſſe. ¶ Oportet autem ⁊ experientiā accipere/ ⁊ in conſuetudine fieri: quod quidem eſt perdifficile. ¶ Ob vtilitatē autē ac voluptatem multis placere quis poteſt. Cõplures eni ſunt tales: ⁊ ſubminiſtrationes manifeſte/ breui in tempore fiūt. ¶ Harum autez ea magis eſt ſimilis amicitie/ que eſt ob voluptatē: cū eadē ab vtriſqꝫ prouenıunt/ ⁊ ſeſe mutuo gaudent/ aut eiſdem. quales ſunt iuuenū amicitie. ineſt enī magis in his liberalitas. At ea que ob vtilitatez conſtat: eoruz eſt hominū qui queſtui vacant. ¶ Beati etiā vtilibus non indigent/ ſed iucundis. cū quibuſdā eni ſimul viuere volunt: et moleſtū paruo quidez tempore ferunt. continue vero nemo: nec ipſum bonū toleraret/ ſi dolore ipſum afficeret. Quare iucundos querunt amicos. ſed forſitā ⁊ bonos oportet: cū ſint tales ⁊ etiam ipſis. ſic enim ipſis inerunt: que amicis ineſſe oportet. ¶ Qui autē ſunt in poteſtatibus conſtituti: diuiſis vti videntur amicis. Alij enim ſunt ipſis vtiles: alij iucundi. vt autem ambo ſint ijdem: nõ nimiū fit. Neqꝫ enī cum virtute iucundos querunt: neqꝫ vtiles ad honeſta. ſed facetos quidem querunt/ voluptatem appetentes: habiles autē vt agāt ipſum preceptum. Atqꝫ hec homine in eodē non nimiū fiunt. ſtudioſus autē homo: iucūdus eſt ſimul (vt dixim⁹) atqꝫ vtilis. ſed talis amicus non fit excedenti: ſi non ⁊ virtute excedatur. ſin minus nõ equatur: cū rata ſit inferior ratione. non nimiū autē tales fieri ſolent. ¶ He igr amicitie dicte: in equalitate conſiſtunt. Eadem eni ab vtriſqꝫ fiunt: ⁊ ſibi mutuo volunt. aut aliud pro alio (vt voluptatē: pro, vtilitate) commutant. Dictū eſt etiā has minus amicitias eſſe/ minuſqꝫ pmanere. Videtur aūt ob ſimilitudinē ⁊ diſſimilitudinē eiuſdē: ⁊ eſſe amicitie/ ⁊ non eſſe. nā ſimilitudine amicitie ꝙ eſt ob virtutē: videntur amicitie eſſe. Altera namqꝫ voluptatē: altera habet vtilitatē/ que quidē inſunt ⁊ illi. Sed quia illa quidē omni calumnia caret/ ⁊ ſtabilis eſt/ he vero cito diſſoluuntur/ alijſqꝫ compluribus differunt: non videntur ob illius diſſimilitudinē amicitie eſſe.

25 ¶ Sexti capitis note. ¶ Senes ob nature deficientiã imbecillitatem: donis vt plurimũ carent quibus inſcant amicitiarum gratiam: vtpote cum quibus difficilis ſit conuerſatio/ que ad amicitias ineundas plurimũ valet. de quibus Iuuenalis. Iuuenalis

Vna ſenum facies/ cum voce trementia membra/
Et iam leue caput madidiqꝫ infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi:
Vſqꝫadeo grauis vxori/ natiſqꝫ/ ſibiqꝫ.

29 ¶ Sin minus non equatur: cũ rata ſit inferior ratione. grece habetur.

Ει δε μη ουκ ισαζει αναλογον υπερεχου ενος

quod videtur pretendere. ſi is qui in poteſtate conſtitutus eſt/ bonitate etiã non ſuperet: non ſecundũ analogiũ ⁊ dignitatis rationem equari poteſt ei qui bonus eſt/ tametſi poteſtate inferior ſit atqꝫ ſuperatus.

¶ Sextum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

25 Sexti capitis Commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Iuuenes cito: ſenes autem/ ⁊ difficiles rigidiqꝫ atqꝫ moroſi non cito fiunt amici. Nam tanto difficilius in ſenibus/ ⁊ moroſis cõciliatur amicitia: quãto difficiliores ſe prebent. ⁊ congreſſionibus minus gaudent/ q̃ iuuenes. facilitas enim congrediendi/ ⁊ voluptas: ſummopere ad amicitiã ſpectãt. ipſamqꝫ efficere videntur. igitur iuuenes cito: ſenes autẽ/ ac huiuſmodi difficiles/ tarde atqꝫ difficulter fiunt amici. non enĩ ſenes/ ac difficiles ⁊ tetrici iis fiunt amici quibus nõ delectant: ſed tales potius beniuoli ſibi mutuo ſunt. volũt enim ſibi mutuo bona ⁊ ad neceſſitates prõpti ſũt: at amici non valde ſunt multum ve dicuntur: propterea q non ſimul cõueniunt/ neqꝫ mutua cõſuetudine gau-

26 dent/ ac delectantur que ad ipſam amicitiã vel maxime pertinere videntur. ¶ Secunda concluſio. Perfecta/ ſtudioſaqꝫ amicitia non fit quiſpiã multis amicus: quẽadmodũ neqꝫ fit vt cõplures quis adamet vehemẽter. ¶ Primo. quia perfecta amicitia cuidam vehementie ⁊ ſuperabũdantie amoris: ſimilis eſt. talis autem vehemens abundanſqꝫ amor: ad vnũ ſolũ fieri natus eſt. igitur ⁊ perfecta amicitia: non autẽ ad q̃plurimos. ¶ Secũdo. difficile eſt multis vehementer placere. quod tamen in perfecta amicitia oportet: imo ⁊ difficile eſt multos reperire bonos. nõ igitur facile fit: vt quiſpiã perfecta amicitia multis amicus ſit. ¶ Tertio. cui quiſpiã perfecta amicitia ſit amicus: oportet experientia accipere/ ⁊ longa conſuetudine fieri amicũ. qđ non modo in pluribus/ ſed in vno quidem fieri perdifficile eſt. perfecta igitur amicitia: non fit vt quiſpiã pluribus

27 fiat/ euadatqꝫ amicus. ¶ Tertia concluſio. Amicitia aut vtili aut delectabili: contingit eundẽ pluribus fieri amicũ. Nã ob vtilitatẽ/ voluptatẽqꝫ quis pluribus complacere poteſt. ⁊ reuera cõplures ſunt tales. nã ad tales amicitias experientia/ ⁊ longi temporis conſuetudo nõ requiritur/ ſed ſubminiſtrationes/ vicariaqꝫ obſequia. ſubminiſtrationes autem paruo tempore fieri dinoſcuntur. igitur amicitia aut vtili/ aut delectabili:

28 contingit eundẽ pluribus fieri amicũ. ¶ Quarta concluſio. Amicitia que ob voluptatem eſt: vere amicitie ſimilior eſt cum ab vtriſqꝫ mutua rependuntur oblectamina q̃ amicitia ob vtilitatẽ. ¶ Primo. quia in talibus amicitiis in quibus ab vtriſqꝫ proueniunt eadẽ: ⁊ ſeſe mutuo/ ⁊ eiſdem gaudẽt (quales ⁊ ſũt iuuenũ amicitie) magis ineſt liberalitas. at ea amicitia quam vtilitas parit: eorum eſt hominũ qui queſtui/ lucroqꝫ inhiãt/ minuſqꝫ ſunt liberales. eſt igitur amicitia que delectabilium eſt: vere amicitie ſimilior. ¶ Secundo. quia beati amicitiis vtilibus nõ indigent. ſed iucũdis. nã cũ quibuſdã ſimul viuere volũt: ⁊ quod moleſtũ paruo quidem tempore ferre poſſunt: nemo tamen cõtinue poſſet/ imo vero neqꝫ ipſum bonũ toleraret/ ſi ipſum continue moleſtia doloreqꝫ afficeret. non ab re ergo beati iucundos ſibi querunt amicos: ſed reuera bonos/ cum

29 ſint ⁊ ipſi boni/ atqꝫ boni amicis. ſic enĩ ⁊ beatis inerunt: que ⁊ veris amicis ineſſe oportet. ¶ Quinta cõcluſio. Homines in poteſtatibus conſtituti: diuerſis vtuntur amicis. Nã alii ipſis ſunt vtiles/ alii vero ſunt iucũdi. vt enĩ ambo ſint iidem/ vtiles videlicet atqꝫ iucũdi: non plurimum euenit. nã eiuſmodi potentes/ nõ virtute iucundos querunt/ neqꝫ vtiles ad honeſta: ſed iucundos qđẽ/ ac facetos ad voluptatũ oblectamina querunt habiles autem/ ⁊ promptos vt celeriter exequantur precepta. atqꝫ raro admodũ fit vt eodem in homine hec coniuncta reperiantur: niſi ſtudioſus exiſtat. nam ſtudioſus homo (quemadmodũ ⁊ iam quoqꝫ dictum eſt) ⁊ iucundus/ pariter ⁊ vtilis eſt. verũ talis huiuſmodi viro in potentatu excedenti amicus non fit: niſi idẽ virtute preluceat premineatqꝫ ſic vt alter bonitate ſuperetur. alioquin non equatur: neqꝫ pro dignitatis ra-

30 tione amicus fieri poteſt is qui inferior eſt atqꝫ ſuperatur. ¶ Sexta concluſio. Amicitie de quibus pretactũ eſt: in equalitate conſiſtunt. Nam aut eadem ab vtriſqꝫ fiunt ⁊ ſibi mutuo volunt: aut aliud pro alio cõmutãt vt voluptatem pro vtilitate. in quibus quandam equalitatem ſeruare oportet. ſaluat igitur equalitas: amicitias. vt dictum iã eſt amicitias voluptatum/ ⁊ commoditatum: minus amicitias eſſe/ minuſqꝫ permanere. Quinimo ob eiuſdẽ amicitie ſimilitudinem/ diſſimilitudinẽqꝫ: nunc amicitie eſſe/ nunc nõ eſſe videtur. nã ob diſſimilitudinem ſtudioſe amicitie (que quidem ob virtutem eſt) amicitie vidẽtur eſſe: hec ob voluptatẽ/ hec vero ob vtilitatẽ que ⁊ vere amicitie aſſunt. At vero quia illa vera perfectaqꝫ amicitia: prorſus omni calumnia caret/ ⁊ ſtabilis firmaqꝫ eſt. he vero cito fugaces atqꝫ ſolute/ ⁊ compluribus aliis differentiis diſſentientes: ob eiuſdem diſſimilitudinem interdum non videntur amicitie eſſe.

Cap. VII.

31 Est autẽ ⁊ alia ſpecies amicitie: que in excellentia conſiſtit: vt amicitia patris ad filiũ/ ⁊ omnino ſenioris ad iuniorẽ/ viri ad vxorẽ/ ⁊ principis omnis ad eos qui ipſi ſubiiciuntur. atqꝫ he inter ſeſe etiã differunt. Nõ eſt enim eadẽ amicitia parentibus ad liberos: ⁊ principibus ad ſubditos. nec patri ad filiũ/ ⁊ filio ad patrẽ. nec viro ad vxorẽ/ ⁊ vxori ad virũ. diuerſa enĩ eſt vniuſcuiuſqꝫ horum virtus ac opus. diuerſa etiã ſunt ⁊ ea propter que amant. diuerſe igitur ⁊ amationes ⁊ amicitie. Atqꝫ eadem quidẽ vtriqꝫ ab altero nec fiunt/ nec ſunt querẽ-

32 da. ¶ Sed cum liberi quidem ea parentibus tribuunt que tribẽnda ſunt genitoribus/

33 parẽtes autẽ filiis que natis tribui debent: ſtabilis taliũ ⁊ bona eſt amicitia. ¶ Oportet autẽ ⁊ amationẽ omnibus in amicitiis que in excellentia conſiſtunt comparatione

fieri rationum. ¶Magis eni amari preſtabiliorem / vtiliorem ve: q̃ amare oportet. ⁊ ce
terorū vnūquemqȝ ſimiliter. Nam cum amatio fit pro dignitate: tunc fit aliquo mo
do equalitas. quod quidem amicitie eſſe videtur. ¶Equale autem in iuſtis ⁊ in ami- 34
citia non ſimiliter ſeſe habere videtur. Eſt enim iuſtis quidem equale primo / quod eſt
pro dignitate: ſecundo quod eſt in quantitate. In amicitia autem id quidem quod eſt
in quantitate / primo. id autē quod eſt pro dignitate / ſecundo. conſtat autē: ſi in virtute
vel vicio / vel diuitijs / vel in aliqua alia re / magna diſtantia fiat. non enī vlterius ſunt
amici: nec dignum putant ſe eſſe amicos. Maxime autē hoc eſt manifeſtum in ipſis
dijs imortalibus. hi namqȝ plurimū bonis omnibus antecellunt. Conſtat autē ⁊ in
regibus. nec enim his ſe eſſe amicos dignum ij putant: qui ſunt longe inferiores. nec
item optimis viris aut ſapientiſſimis / ij qui nullius ſunt precij. ¶Exacta igitur in ta- 35
libus non eſt definitio quouſqȝ ſint amici. multis enim ablatis: adhuc amicitia manet.
ꝙ ſi nimis fuerint ſeparati (vt a deo nō permanet. ¶Unde ⁊ dubitatur ſi amici ve- 35
lint amicis ea bonorum que maxima ſunt: vt deos eſſe. non enim vlterius erunt ipſis
amici. quare nec bona. amici namqȝ bona ſunt ſuis amicis. Q: ſi bene ſit dictum amī
cū amico bona illius gratia velle: manere oportet / qualiſcunqȝ ſit ille. homini autem
volet maxima bona ineſſe: ⁊ fortaſſe non omnia. ſibi enī ipſi maxime quiſqȝ vult ip-
ſa bona.

¶Septimi capitis note. ¶Officia parentum ad liberos ⁊ liberorum ad parentes / viri ad vxorem ⁊ vxoris 31
ad virū / domini ad ſeruum ⁊ ſerui ad dominū: partim in hoc opere / partim in economicis adducutur.

¶Septimum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

Septimi capitis commētarius ad literā. ¶Prima cōcluſio. Preter amicitias predictas / eſt quedā ami- 31
citie ſpecies que in excellentia conſiſtit: que quidem multas inter ſe differentes amicitias complectitur. Nā
predicte amicitie in equalitate cōſiſtūt. Sed alia eſt amicitia patris ad filiū / ſenioris ad iuniorē / viri ad vxo-
rem / ⁊ cuiuſlibet principis ad ſuos ſubditos: que non in equalitate / ſed excellentia conſiſtit. ⁊ he amicitie in-
ter ſe etiam diuerſe ſunt. nā non eadē amicitia parentū ad liberos / ⁊ principum ad ſubditos / nec eadē patris
ad filiū / ⁊ filij ad patrem / nec viri ad vxorem / ⁊ vxoris ad virū. ¶Primo. quia vniuſcuiuſqȝ horū virtus ac
opus diuerſa ſunt. ¶Secundo. diuerſa ſunt ⁊ ea: propter que amant. ¶Tertio. quia nec eadē vtriqȝ ab al-
tero fiunt / nec fieri querenda ſunt. ¶Secunda concluſio. He amicitie ſaluantur: cum ſuperiores inferioribꝰ 32
⁊ inferiores ſuperioribus pro dignitate mutuo / alternaqȝ exhibēt officia. Nam cum libere ea parentibus tri-
buunt que genitoribus tribuenda ſunt / ⁊ parentes filijs que filijs pro dignitate debentur: ſtabilis tum eorum
firmaqȝ amicitia eſt. ¶Tertia concluſio. In omnibus amicitijs que in excellētia cōſiſtūt: amatio / cōparatio- 33
ne rationū fieri debet. Nā preſtabilior magis diligi debet / q̃ ipſe diligere / ⁊ vtilior / ⁊ ceterorū vnuſquiſqȝ. cū
enim ita ſit vt cū pro dignitate fiat amatio / ⁊ qui dignior ſit magis ametur: tunc fit aliquo pacto equalitas /
quod quidem amicitie propriū eſſe videtur. ¶Quarta concluſio. Equale in iuſtis ⁊ in amicitia nō ſimiliter
ſumi videtur. Nā in iuſtis primo dignitatū operationū ratio habenda eſt: ſecundo ratio quantitatis premio-
rū. in amicitia vero contra: primo quantitatis excellentie perſonarū attendenda eſt: ſecundo vero dignitatū
operationū amationūqȝ ratio habenda eſt. ⁊ ꝙ in amicitia primū quātitas attendenda ſit: hinc eſt manifeſtū.
nā ſi in virtute / vicio / diuitijs aut alijs rebus permagna fiat diſtantia: non amplius fiunt amici. nec dignum
id quidem putant. quod in dijs imortalibus vel q̃ manifeſtiſſimum eſt: qui plurimū omnibus bonis antecel-
lunt. ⁊ quorū amicitijs nemo ſe dignū exiſtimat. Itidem ⁊ in regibus: quorū longe inferiores non dignū du-
cunt ſe eſſe amicos. itē neqȝ ij qui nullius exiſtimationis exiſtūt: optimis viris / atqȝ ſapiētiſſimis. ¶Quin 35
ta concluſio. Exacta determinatio / ⁊ terminus in his non eſt. quouſqȝ ſint amici. Nāqȝ multis ablatis / adhuc
amicitia manet. quod ſi magnus nimiuſqȝ ſuperueniat exceſſus / ecu hominū ad deū: nō permanet. nō igitur
exacius in amicitijs prefigendus eſt terminus. ¶Sexta cōcluſio. Amicus amico maxima bona optare nō 36
debet: ſed pro dignitate. Nā addubitatū aliquādo fuit: an amici amicis debeant maxima bona velle / vt deos
eſſe. at non ita eſſe videtur. ¶Primo. quia nō vlterius eſſent amici: ⁊ ſic optando bona perderent / nam ami
cos. ſunt enim amici amicis bona. ¶Secundo. ſi bene dictū eſt amicū amico bonū illius gratia velle: amicus
(quicūqȝ ſit ille) manere debet / veliqȝ maxima pro dignitate bona: que homini adeſſe queunt / ⁊ forte nō om
nia adeſſe volet vbi particeps nō eſſet. nā ſibi ipſi vnuſquiſqȝ maxime bona vult. non igitur volet amico ma-
xima bona: vt eſſe deum / vt pote vbi ſua non ſeruaretur natura / ⁊ cuius boni ipſe particeps nō eſſet.

Pleriqȝ autē ob ambitionē / magis amari q̃ amare velle videntur. Cap. VIII. 37
Quapropter pleriqȝ amāt ipſos adulatores. adulator enī inferior eſt amicꝰ /
aut fingit ſe talem: ⁊ magis amare q̃ amari. Amari autē propinquū huic eſſe
videtur: affici inquam honore. quod quidem pleriqȝ affectant. ¶Non per ſe 38
autē ſed per accidens videntur honorē expetere. Nā pleriqȝ gaudent: cū honorantur
ab ijs qui ſunt in poteſtatibus propter ſpem. putant enī ſe ſi quo indigeant id ab illis
impetraturos. gaudent igitur ipſo honore: vt ſigno beneficij ſuſcipiendi. Qui autem
appetunt a bonis viris atqȝ ſcientibus honorari: confirmare opinionē eā quā ipſi ha-
bent de ſe / affectant. gaudent igitur: quia ſunt boni / credentes eorum iudicio qui id di
cunt. Amari autem per ſe gaudent. quapropter preſtabilius ipſū eſſe q̃ honorari vi-

39 debitur: ⁊ amicitia expetenda per ſeipſam eſſe. ¶ Uidetur autem magis in exhiben-
do amorē: q̄ in ſuſcipiendo conſiſtere. Argumento ſunt matres/amando gaudentes.
Nonnulle nāq; ſuos tollendos filios dant. ⁊ amāt quidē ſcientes. vt amentur autem
ab illis nō querunt: ſi vtrūq; fieri nequeat. ſed ſatis ipſis eſſe videtur ſi in proſperitate
vident illos eſſe cōſtitutos. Amātq; illos: ⁊ ſi illi non poſſunt ob ignorationē ea q̄ ſūt
exhibēda retribuere matri. ¶ Cū igitur amicitia magis in amādo cōſiſtat ⁊ laudētur
40 qui amant amicos: virtus amicorū videtur eſſe amare. ¶ Quare in quibus hoc fit pro
dignitate: hi ſtabiles ſunt amici/ et amicitia taliū eſt ſtabilita. hoc autē modo et q̄ ſunt
inequales: maxime fuerint amici. equales eni fieri poſſunt. equalitas autē et ſimilitu
41 do eſt amicitia. ¶ Et maxime quidē eorū ſimilitudo qui ſimiles ſunt virtute. Nā cū
ſtabiles per ſeipſos ſint/ ⁊ tales īter ſe ſunt. ⁊ neq; indigēt prauis/ neq; talia ſubmini-
ſtrant: quin potius etiā prohibēt. Eſt eni bonorū hominū neq; ipſos delinquere: neq;
42 amicos ꝑmittere praua ſubminiſtrare. ¶ Praui aūt ſtabilitatē quidē nō habēt quippe
cū neq; ſibi ipſis ſimiles perſeuerēt. breui vero tēpore fiunt amici: ſua gaudentes mu-
43 tuo prauitate. ¶ Utiles autē et iucundi permanēt magis. permanēt eni quouſq; vo-
44 luptates aut cōmoda ſibi mutuo preſtant. ¶ Ex contrariis autē maxime videtur ea fie
ri amicitia que ob vtilitatē efficitur. Nam fit amicus pauper diuiti/ ac indoctus ſcien
ti. Cuius enim q̄s indiget: id affectās aliud affert/ pro ipſo. huc trahere quiſpiā et ama
torem ac adamatū: et pulchrū ac turpē poteſt. Quapropter et amatores ridiculi viden
tur interdum: dignū eſſe cenſentes perinde amari vt amāt. At ſi ſimiliter quidē ama
biles ſint: amandi ſunt fortaſſe vt cenſetur. ſi vero nihil amabilis habeāt/ ridiculū eſt
profecto/ ſeſe vt amant amari oportere cenſere. Fortaſſe autē neq; cōtrarium per ſe cō
trarium appetit: ſed per accidens. appetitio vero/ ipſius eſt mediū. hoc eni eſt bonū. ve
luti ſicco: non vt humidū fiat/ ſed vt accedat ad mediū/ et calido/ et ceteris ſimili mo-
do. Sed hec quidem miſſa faciamus. non enim ad huic locū accommodantur.

¶ Octaui capitis note. ¶ Unaqueq; virtus magis conſiſtit in agere q̄ pati.

¶ Octaui cap. ſeptem concluſionibus et duobus correlariis partitum eſt.

37 Octaui capitis commentarius ad litterā. ¶ Prima concluſio. Plerique magis amari/ q̄ amare affectant.
Nam complures ſunt honorū ambitioſi: qui magis amari/ q̄ amare cupiūt. ⁊ hinc plerique ipſos aſſentatores
adulatoreſq; amant. eſt enim adulator: inferior amicus/ aut ſe talem eſſe fingēs. ⁊ magis amare q̄ amari: ali- *Adulator*
quid propinquum eſt ei quod eſt honore affici. quod quidem plerique affectant. nihil mirum igitur eſt ſi plerique
38 magis amari/ q̄ amare affectēt. ¶ Secunda cōcluſio. Amari/ q̄ honorari: quid preſtabilius eſt. Nā non per
ſe/ ſed per accidens: plerique videntur honorē expetere. gaudent eni plerique cū ab iis qui in poteſtatibus cōſtitu
ti ſunt honorantur propter ſpem: arbitrantes ſi quo indigeant ſe facile ab his impetraturos. gaudent igitur
hi ipſo honore per accidens/ ⁊ vt ſigno beneficii (ſi forte egeant) ſuſcipiendi. Sunt et alii qui appetunt a bo-
nis atq; ſcientibus viris honorari: affectantes eam opinionem quam de ſeipſis habent/ confirmare. et tales
honore propter aliud gaudent. nam gaudent/ quia boni ſunt: credentes bonorum/ ſcientūq; iudicio/ qui id di
cūt/ ſignoq; declarant. at homines per ſe amari gaudent. quid igitur preſtabilius amari/ q̄ honorari eſſe vi-
39 detur et amicitia per ſeipſam expetenda. ¶ Tertia concluſio. Amicitia magis in eo conſiſtit ꝙ quis amat/
q̄ ꝙ ametur. Id matrum iudicio cognoſcitur/ que filios amando multum gaudent. ⁊ ſi filios educandos com-
mittunt: amant tamen ſuos filios eſſe cognoſcentes: neq; ab eis amari querunt/ vbi vtrūq; fieri non poteſt:
ſed illis ſatis eſt/ ſi illos videant in proſperitate conſtitutos. et amant illos q̄uis ob ignorationem ea que ma-
tri ſūt exhibenda retribuere non valeant. Signum igitur eſt amicitiam potius in amare q̄ amari conſiſtere.
40 ¶ Primum correlarium. Fit vt amicorum virtus atq; perfectio videatur eſſe amare. Nam amicitia magis
in hoc ꝙ amant exiſtit: magiſq; laudantur/ amātes amicos. amicorum igitur quatenus ipſi amici ſunt virtus
et perfectio in amare eſt/ atq; conſiſtit. ¶ Secundum correlarium. Fit iterum vt qui id pro dignitate faciunt
ſtabiles ſint amici/ ſitq; illorum ſtabilita amicitia. Nam hoc modo qui ſunt inequales: maxime ſolent fieri a-
41 mici/ maximeq; hac via fieri poſſunt equales. at amicitia equalitas/ et ſimilitudo quedam eſt. ¶ Quarta cō
cluſio. Amicitia maxime eorum eſt ſimilitudo: qui virtute ſunt ſimiles. Nam per ſeipſos in virtute ſtabiles
ſunt: et in virtute ſimiles adinuicem manēt. neq; indigent prauis/ quo minus in ſua ſimilitudine permaneāt.
neq; praua ſubminiſtrant vnq̄/ verum potius etiam prohibent. nam bonorum hominum eſt non permittere
42 amicos delinquere/ neq; praua ſubminiſtrare. ¶ Quinta concluſio. Praui ſtabilitatem in amicitia non ha- *Praui in amic. ſtabiles nō ſunt.*
bent. Nam praui neq; ſibi ipſis quidem ſimiles perſeuerant: ſed breui momento fiunt/ manētq; amici/ ſua mu
tuo prauitate gaudentes. non habent ergo in amicitia firmamentum/ ac ſtabilitatem. ¶ Sexta conclu-
43 ſio. Utiles/ et iucundi in amicitia diutius q̄ mali perſeuerant. Nam quouſq; durant/ eouſq; aut commoda
aut voluptates ſibi mutuo preſtant. ¶ Septima concluſio. Amicitia que ob vtilitatem fit: maxime ex cōtra- *Amic. vtilis ex contrariis*
44 riis coaleſcere videtur. Nam ob vtilitatem fit amicus pauper diuiti/ et indoctus ſcienti. cuius enim quiſq;
indiget/ id affectat: pro quo aliud affert ac rependit. ad hanc enim vtilitatem quis trahere poteſt nunc aman
tem/ nunc amatum/ nunc quoq; et pulchrum/ atq; turpem. Quapropter amatores interdum ridiculi viden-
tur: dignū eſſe cēſentes ſeipſos perinde amari/ ceu ipſi amant. at ſi ſimiliter amabiles ſunt/ ſimiliterq; boni/
nihil prohibet eos (vt eos cenſent) amari. qui vero nihil preclarū habēt vnde amari debeāt: ridiculū ꝑfecto
eſt ſeſe (vt amant) ita amari oportere cenſere. Et forte in hac amicitia/ contrariū non per ſe cōtrariū appetit
ſed per accidens. verum appetitio ipſius medii eſt: hoc etenim bonum eſt. veluti ſicco non vt humidum fiat
ſed vt ad medium accedat: appetitus eſt. et calido/ et ceteris eodem modo. ſed hec miſſa nunc faciamus: nā
ad hunc locum minus accommodata videntur.

omnes igitur particulares ſocietates: tū ob vtilitatem/ tum ob iucunditatem / partes quedam ciuilis eſſe vi=
50 dentur. et quales ſocietates: tales et amicitie eas conſequentur.
REi aūt publice tres ſunt ſpecies: ⁊ totidē etiā trāſgreſſiones ⁊ quaſi Ca. X
labes illarū. Et ille quidem ſūt regnū ⁊ optimorū poteſtas/ ⁊ tertia eſt ea ꝙ
e cenſibus fit. quam cenſupoteſtatē dicere accōmodatū videtur. plurimi aūt
rēpublicā appellare cōſueuerunt. Atqꝫ harum optima quidē eſt regnū. de=
51 terrima vero cenſupoteſtas. Tranſgreſſio aūt regni quidē tyrānis ē. ⁋ In vtraqꝫ enī
vnus ē princeps: ſed inter ſeſe plurimū differūt. Nā tyrannus quidē ſuū/ rex aūt eorū
ꝙ ab ipſo reguntur cōſiderat cōmodū. Nō eſt enī rex: niſi ſit ex ſeſe ſufficiens: ⁊ bonis
omnibus ātecellat. Talis aūt nullius indiget rei: nō ergo ſuas ipſe/ ſed eorū qui regūt
52 vtilitates conſiderat. qui nāqꝫ talis nō eſt/ forte potius quidā ē princeps ꝙ̄ rex. ⁋ Ty
rannis aūt ē cōtraria regno. ſuū nāqꝫ bonū cōſequit̄ ipſe tyrānus. Quo magis patet
ipſā eē peſſimā. peſſimū enī id ē quod eſt cōtrariū optimo. fit āt in tyrānidē ex regno
trāſgreſſio. Tyrannis ei principat⁹ eſt prauitas eius in quo vn⁹ ē pīceps. prauus aūt
53 rex: fit tyrannus. ⁋ Ex optimatum vero poteſtate ad paucorū potētiā fit tranſgreſſio:
vicio principū qui res ciuitatis preter dignitatē diſtribuūt/ ⁊ cuncta bona ſibi vel plu
rima tribuunt/ ⁊ magiſtratus ſemꝑ eiſdē plurimi diuitias faciētes. pauci igit̄ ⁊ praui
54 pro optimis dominant̄. ⁋ Sed ex cenſupoteſtate ad popularē fit tranſgreſſio poteſta=
tē. Sunt ei he finitime. nam ⁊ cenſupoteſtas/ multitudinis eſſe ſolet: ⁊ pares ſunt oēs
55 qui ſunt in cēſu. ⁋ Minime vero prauū eſt popularis poteſtas. paruū enim reipublice
tranſgredit̄ speciē. Res igitur publice hoc maxie modo mutantur. minima enī ſic at=
56 qꝫ facillima fit ipſarum migratio. ⁋ Similitudines autē ipſarum ⁊ quaſi exempla ꝗſ
piā ⁊ in domibus accipere pōt. Societas enī patris ad filios: regni pre ſe fert effigiē.
nati nāqꝫ patri ſunt cure. hinc et Homerus Iouē patrē appellat. ipſū nanqꝫ regnū/
imperiū ē ſuapte natura paternū. Patris aūt apud Perſas iperiū tyrannicū eſt. ſuis
ei filijs vtuntur vt ſeruis. Heri etiā ad ſeruos tyrannicū ē. nam in ipſo vtilitas agitur
heri. atqꝫ hoc quidem rectū eē videt̄: ſed Perſarū aberrat. diuerſorum ei diuerſa ſunt
iperia. Viri aūt ⁊ vxoris ſocietas: ſimilis optimatū poteſtati videt̄. ꝓ dignitate nāqꝫ
vir preſidet/ ⁊ in ijs que virum decēt: que vero vxori accommodātur/ hec illi tribuit.
Q; ſi in oībus vir dominet̄: in paucorū poteſtatē mutatur. ꝑter dignitatē ei hoc facit:
⁊ non ea rōne qua preſtabilior ē. Interdum aūt dominā̄t vxores: ob amplitudinē pa=
trimonij. non igit̄ fiūt/ imperia ob virtutē: ſed ob diuitias/ ⁊ potentiā/ perinde atqꝫ in
paucorū fit poteſtate. fratrū vero ſocietas/ ſimilis ē cēſupoteſtati. ſūt ei pares/ ꝑter dif
ferentiā etatis. Quocirca ſi multū etatibus differant: non fraterna inter ipſos fit ami
citia. popularis aūt poteſtas/ in ijs maxime habitationibus eſt: que domino carent. hic
enim omnes ſunt equales. ⁊ in quibus princeps eſt imbecillis: ⁊ vnicuiqꝫ ineſt pote=
ſtas.

50 ⁋ Decimi capitis note. ⁋ Regnum eſt vnius principatus: nō ſuum/ ſed ſubditorum bonum intendentis. ⁊ ꝗ
preeſt rex appellatur. Tyrannus contra: propriū/ et non ſubditorum bonū intendit. Optimorum ptās ē cum
res publica per ſtudioſos ac optimos gubernatur. et qui preſunt: optimates/ atqꝫ magiſtratus appellantur.
Huic opponitur paucorum poteſtas. Cenſupoteſtas eſt cuꝫ per multos mediocres cōmune bonuꝫ intenden
tes reſpublica gubernatur. cui opponitur popularis poteſtas.
⁋ Decimum cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.
50 Decimi Capitis comentarius ad litteram. ⁋ Prima concluſio. Tres ſunt reipublice ſpecies ⁊ totidē ad=
uerſe contrarieqꝫ labes/ atqꝫ tranſgreſſiones. Nā vna reipublice ſpecies eſt regnū. altera eſt optimorū pote=
ſtas. et tertia eſt quā a cenſibus cenſupoteſtatem nominare poſſumus: quā plurimi rem publicam appellare
conſueuere. ⁊ harum trium rei publice ſpecierum: ſumma/ ac optima eſt regnū. infima aūt deterrimaqꝫ cen
ſupoteſtas. ⁊ media: poteſtas optimorum. et tres contrarie tranſgreſſiones ſunt. regni tranſgreſſio: tyrannis.
51 optimatum poteſtatis: paucorum potentia. et cenſupoteſtatis: popularis poteſtas. ⁋ Secunda concluſio.
Regnum et tyrannis conueniunt: ſed inter ſeſe latiſſime differunt. Conueniunt quidē: nam et in regno/ ⁊ in
tyrannide vnus eſt princeps. at differunt plurimum. Nam tyrannus ſuum bonum meditatur: rex aūt eorū cō=
modum/ qui ab ipſo reguntur. non enī rex eſt: niſi ex ſeſe ſit ſufficiens et omnibus bonis antecellat. at vero
qui talis eſt: nullius rei indiget. non ergo ſuas ſed eorum quos gubernat querit vtilitates. qui aūt non eſt ta=
52 lis ſorte potius quidem eſt princeps ꝙ̄ rex. ⁋ Tertia concluſio. Tyrannis: tranſgreſſionum reipublice peſſia
eſt. Nam tyrānis contraria regno eſt. ſuū ei bonum ſequitur ipſe tyrannus. at regnum optimus reipublice ſta
tus eſt: igitur tyrānis tranſgreſſionum peſſima ē. peſſimum enim id eſt quod optimo contrarium ē. fit eniꝫ ex
regno in tyrannidem tranſgreſſio. nam tyrannis prauitas eſt eius principatus in quo vnus princeps eſt: ⁊ pra
53 uus rex tyrannus efficitur. ⁋ Quarta cōcluſio. Ex optimatū poteſtate: ad paucorum potentiam perducitur
trāſgreſſio. Nā plerūqꝫ pricipū vicio: ꝗ res ciuitatis pret̄ dignitatē diſpēſāt cūcta bona aut pluria ſibi tribuē
tes/ ⁊ magiſtratuū fūctiōes ſēꝑ eiſdē/ lucrū ⁊ diuitias ſēꝑ plurimi faciētes: pauci ⁊ praui ꝓ optimis dominā̄t.
54 trāſit igr̄ optiatū ptās: ad paucorū potētiā. ⁋ Quīta ꝯcluſio. Ex cēſuptāte ad popularē ptātē fit trāſgreſſio.

Nam cenſu poteſtas/ ⁊ popularis potentia finitime ſunt. vtraqꝫ enim multitudinis eſt: ⁊ pares ſunt omnes qui
in cenſu ſunt. non mirum igitur ſi ex hac ad populare͂ potentie labem tranſgreſſionemqꝫ deuenitur. ¶ Se- 55
xta cõcluſio. Minima tranſgreſſionū reipublice: eſt popularis poteſtas. Nam parum reipublice trãſgreditur
ſpeciem. ſic enim (vt dictum eſt) reſpublice maxime mutantur. nam ſic ab illis ad aſſignatas labes: minima et
quaſi e propinquo/ atqꝫ facillima demigratio eſt. ¶ Septima concluſio. Specierū reipublice atqꝫ ſuarum 56
tranſgreſſionū ſimilitudines/ ⁊ quaſi exempla: in re familiari atqꝫ domeſtica deprehendi poſſunt. Nam ſoci-
etas patris ad liberos: pre ſe fert regni effigiem. nam et nati/ patri ſunt cure. hinc Homerus Iouem patre͂
appellat. ipſum eni͂ regnū: vult imperiū eſſe paternum. Et apud Perſas patris imperium/ tyrannicū eſt. nã
ſuis filijs vt ſeruis vtuntur. ⁊ heri ad ſeruos dominiū: tyrãnicum eſt. nã in eo vtilitas queritur heri. ⁊ hoc qui-
de͂ rectum eſſe videtur. ſed perſarum oberrat conſuetudo. nã diuerſorū/ diuerſa debent eſſe imperia. Viri
aute͂ ⁊ vxoris ſocietas: optimatū aſſimilatur poteſtati. nã vir pro dignitate preſidet ⁊ in ijs que dece͂t virū:
que vero vxori accõmodantur eadem ⁊ vxori tribuit. Qꝫ ſi in omnibus vir dominetur: paucorum aſſimila-
tur poteſtati/ ⁊ preter dignitatem id facit/ ⁊ non quia preſtabilior exiſtit. ⁊ interdum ob amplitudine͂ patrimo
nij dominantur vxores: quod cū fiat non ob virtute͂ ſiunt iperia/ ſed ob diuitias/ atqꝫ potentiã. perinde atqꝫ in
paucorum poteſtate fieri ſolet/ ideꝫ iterum paucorum aſſimilatur poteſtati. Sed fratrū ſocietas ſimilis eſt ce͂
ſu poteſtati. ſunt enim pares: etatis excepta differentia. quocirca ſi multū etatibus differant: nõ paterna iter
eos ſtatuitur amicitia. Verū in ijs domibus que ſine domino ſūt) maxime cõſpicitur popularis poteſtas. ibi
eni͂ omnes ex equo viuunt/ atqꝫ inter ſe: ſe gerunt equales. ſimiliter ⁊ vbi princeps imbecillis eſt. illic eni͂ vni-
cuiqꝫ licentia poteſtaſqꝫ adeſt. eſt itaqꝫ notum ſpecierum reipublice/ ſuarumqꝫ tranſgreſſionum: in domibus
ſuis conſpici exempla atqꝫ imagines.

Patris apud Perſas imperium Tyrannicum

In vnaquaqꝫ aūt republica tãtū amicitie eſſe: quãtū ⁊ iuſti videt͂. (Cap. XI. 57
Atqꝫ regis qde͂ amicitia ad eos qui regūtur/ in excelle͂tia bn͂ficij cõſiſtit. con
fert eni͂ i͂ eos bn͂ficia/ qui ab ipſo regūtur. ſiqde͂ cū ſit bonus/ curã ipſorū ha-
bet/ quo bn͂ ſeſe habeãt: vt ouiū paſtor. vn͂ ⁊ Homerꝰ Agamenone͂ populorū
nūcupauit paſtore͂. ¶ Talis aūt eſt ⁊ amicitia paterna beneficiorū vero magnitudine 58
differt. Eſt eni͂ eſſe͂di cauſa pater/ qꝺ maximū eſſe videt͂: ⁊ enutritionis/ ac eruditionis
Hec eade͂ ⁊ ceteris maiorībꝰ tribuūtur. ¶ Natura nãqꝫ pater filiorū/ ⁊ aui nepotū: et
rex eorū qbꝰ p̄ſidet i͂periū obtinet. he aūt amicitie i͂ excelle͂tia cõſiſtūt. ꝗpropt͂ ⁊ honorã
tur ipſi pare͂tes. ¶ Et iuſtū igr͂ in his nõ ide͂ eſt: ſed qꝺ efflagitat dignitas. ¶ Sic eni͂ 59
ſeſe habet et amicitia. ¶ Et viri etiã ad vxore͂ eade͂ eſt amicitia/ ⁊ i͂ optimatū poteſtate 60
eſt eni͂ vt virtꝰ poſtulat. Et p̄ſtabiliori plus tribuit͂ boni ⁊ qꝺ vnicuiqꝫ accõmodatur
ſic aūt ſeſe hꝫ et ipm͂ iuſtū. ¶ At amicicia fratrū/ ſimilis eſt ſodalitie. ſūt eni͂ pares atqꝫ 61
equales etate. tales aūt eiuſde͂ plerūqꝫ diſcipline/ ⁊ eorūde͂ ſunt morū. Similis eſt huic
⁊ que eſt i͂ ce͂ſu poteſtate. ciues eni͂ pares eſſe ſole͂t ac boni. ⁊ qſqꝫ nūc dn͂atur/ nūc pa-
ret/ ⁊ eque. ſic igr͂ eſt i͂ ipſis ⁊ amicitia. ¶ In trãſgreſſionibꝰ aūt/ que͂admodū ⁊ iuſtū: 62
ſic ⁊ amicitia exigua eſt. ⁊ minime eſt in ea/ q̄ eſt peſſima. In tyrãnide nãqꝫ nichil aut
pparū eſt amicitie. i͂ quibꝰ eni͂ nichil eſt cõmune i͂peranti atqꝫ pare͂ti: nec amicitia eſt/
nã neqꝫ iuſtū. Sed tale quide͂ eſt: quale eſt artifici ad inſtrume͂tū/ ⁊ anime ad corpus/
⁊ hero ad ſeruū. Hec eni͂ oia/ vtilitate͂ quide͂ ab ijs ſuſcipiūt/ qui ipſis vtūtur. ſed ami-
citia nõ eſt ad inalata: nec iuſtū. Qui neqꝫ ad boue͂ vel equū: neqꝫ ad ſeruū/ ea ratione
qua ſeruus eſt. nõ eſt eni͂ quicꝙ̄ cõmune. Seruus eni͂ aiatū eſt inſtrume͂tū. inſtrumen-
tū aūt: inalatus eſt ſeruus. ad ſeruū igitur hoc ipſo quo ſeruus eſt/ non eſt amicitia: ſed
quo eſt homo. Nã omni homini iuſtū quiddã eſſe videtur ad omne͂ homine͂: qui com-
municare ſecūdū lege͂/ pactione͂qꝫ poteſt: quare ⁊ amicitiã/ ratiõe qua homo eſt. Per-
parū igitur ⁊ i͂ tyrannide eſt amicitie atqꝫ iuſti. ¶ In popularibus aūt poteſtatibꝰ plu 63
rimū. Cõplura enim his ſunt commuia: cū ſint pares

¶ Vndecimi capitis note. ¶ Ex cõparatione amicitie paterne ad regiam: cognoſci debet quãtum rex ſubdi- 58
torū bonum intendere debeat. ⁊ in vnaquaqꝫ virtute ſubditis ceu pater liberis ſeſe prebere exemplū: ſed tã-
to magis quanto authoritate maior: ⁊ in factis ſeu bona ſeu mala conſpectior. vt enim principes maxime no
cent exemplo: ita ⁊ maxime prodeſſe poſſunt exemplo.

¶ Vndecimū cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.

amicitia regia

Vndecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Regis ad eos qui ab ipſo reguntur: a- 57
micitia in excellentia eſt. Nam in vnaquaqꝫ republica tantum amicitie eſſe videtur: quantum ⁊ iuſti. igitur
ad eos qui ab ipſo reguntur: amicitia in excellentia beneficij conſiſtit. eſt enim regis: ſubiectis beneficia
conferre. nam cum bonus ſit/ ipſorum curam gerit quo bene ſeſe habeant: ceu ouium paſtor. hinc ⁊ Home-
rus Agamenonem populorum nuncupauit paſtorem. ¶ Secunda cõcluſio. Amicitia paterna regie ſimilis 58
eſt: ſed ab ea beneficiorum magnitudine differt. Naꝫ amicitia paterna/ vt et regia in excellentia conſiſtit: dif-
fert aūt: nã pater filijs eſſendi cauſa eſt/ qꝺ ⁊ maximū eſſe videt͂. eſt ⁊ cauſa enutritionis ac eruditiõis: ſed hec
vltima ceteris ſuperioribus (vt et eade͂ impendere poſſunt) attribuuntur. rex aute͂: ſubditis cauſa eſſendi/ nu-
tricationis ⁊ diſcipline hoc pacto non eſt. igitur paterna amicitia/ beneficiorum magnitudine a regia differt.

amicitia paterna

Quo fit vt rex/ ipſiqꝫ parentes honorari debeant. nam natura pater filiorum/ ⁊ aui nepotum/ ⁊ rex eo-
rum quibus preſidet/ imperiūobtinet. he eni͂ amicitie in excellentia conſiſtunt. illos igitur honorare debe
musꝰ. ¶ Tertia cõcluſio. Amicitie paterne/ atqꝫ regie nõ eſt ide͂ iuſtū. Nã in vtraqꝫ id eſt iuſtū quod efflagi- 59
tat dignitas. ſic eni͂ ſe habet ⁊ amicitia. ¶ Quarta concluſio. Viri ad vxore͂/ ⁊ in optimatū poteſtate: nõ ea- 60

dem amicitia eſt. Nã viri ad vxorẽ eſt amicitia. vt virtus poſtulat/ atq͡ȝ pro dignitate: ⁊ preſtabiliori plus tri
buitur boni/ ⁊ quod vnicuiq͡ȝ accõmodũ eſt. ſic enĩ ſeſe habet ⁊ ipſũ iuſtũ. non igitur viri ad vxorem/ ⁊ in opti
61 matũ poteſtate: eadem amicitia eſt. ¶ Quinta concluſio. Amicitia fratrũ ſimilis eſt ſodalitie. Sunt enĩ pa Amicitia fratrum.
res atq͡ȝ equales etate: ⁊ tales plerũq͡ȝ eiuſdẽ diſcipline/ ⁊ ſimiliũ morũ eſſe ſolẽt. ſimiliter ⁊ amicitia fratrũ:
ſimilis eſt cenſu poteſtati. nam in ea ciues pares eſſe ſolent/ ac boni: ⁊ qui nunc dominatur/ ⁊ nunc eque pa=
62 ret. ſic igitur in ipſis/ vt in fraterna: amicitia eſt. ¶ Sexta concluſio. In tranſgreſſionibus parum amicitie/ ⁊
preſertim in tyrãnide aut nichil aut perparũ amicitie eſt. Nã in tranſgreſſionibus eſt amicitia quẽadmodum
et iuſtũ. in ipſis autem parũ iuſti eſt: vt maxime õnĩũ i tyrãnide/ que tranſgreſſionũ peſſima eſt. igitur in tyrã
nide aut nichil aut perparũ amicitie eſt. Et ꝙ in tyrannide nichil prorſus aut perparũ ſit amicitie: iterũ hac
ratione conſtat. Nã in quibus nichil eſt cõmune iperãti/ ⁊ parenti: amicitia nulla eſt. nam neq͡ȝ iuſtũ. ſed tale
hic aliquid eſt/ quale artifici ad inſtrumentũ/ anime ad corpus ⁊ domino ad ſeruum. que ⁊ ſi omnia iuuentur
ab iis qui ipſis vtuntur: tamen ad ea nec amicitia/ nec iuſtum. ad inaiata enĩ nec amicitia nec iuſtũ eſt. quin
neq͡ȝ ad bouem/ neq͡ȝ equum/ neq͡ȝ ſeruum quatenus ſeruus eſt. nã nichil heri cum ſeruo vt ſeruus eſt cõmu=
ne eſt. eſt enĩ ſeruus aiatum inſtrumentum: inſtrumentum autem eſt inanimatus ſeruus. ad ſeruũ igitur hoc
ipſo ꝙ ſeruus/ non eſt amicitia: ſed quo eſt homo. Nam omni homini ad omnem hominẽ iuſtũ quiddã eſſe vi=
detur: qui cõmunicare ſecundũ legem/ pactionemq͡ȝ poteſt. quare ⁊ amicitia: ea quidem rõne qua eſt homo.
verum tyrãno ⁊ ſubditis nichil cõmune eſt/ vt neq͡ȝ hero ⁊ ſeruo. igitur in tyrãnide nichil amicitie aut iu=
63 ſti/ aut perparum eſt. ¶ Septima cõcluſio. In popularibus poteſtatibus: plurimum inter tranſgreſſiones
amicitie eſt. Nam complura ſunt illis cõmunia/ cum ipſi ſint pares/ ⁊ ex quo viuatur. inter igitur trãſgreſſio=
nes: plurimum ⁊ amicitie/ ⁊ iuſti ſibi retinent populares poteſtates.

64 Omnis igit̃ amicitia (vt dictũ eſt) i ſocietate cõſiſtit. Cõſanguineã (Cap. XII.
aũt quiſpiã ſeiũxerit ac ſodalitiã. Ciuiũ aũt amicitie/ ⁊ cõtribulũ/ ⁊ ſimul na=
uigantiũ et quotquot ſũt tales/ magis in ſocietate conſiſtũt. nã ſtipulatione
quaſi q̄dã cõſtare videt̃. Int̃ has q̄ſpiã ⁊ hoſpitalitiã collocauerit. ¶ Cõſã
65 guinea vero multiplex eſſe videtur. Pendet autẽ omnis ex paterna. ¶ Parẽtes enim
diligunt natos vt aliquid ſui: nati vero parẽtes vt aliq̄d ex illis. ¶ Atq͡ȝ magis ſciũt
parẽtes eos q̄ ſũt ex ipſis/ ꝙ̃ nati/ ſe eſſe ex illis. ¶ Magiſq͡ȝ cõiũctũ eſt id ex quo natũ
eſt ipſi nato/ ꝙ̃ factũ ei qđ fecit. eſt enĩ ei ex quo eſt ortũ: ꝓpriũ id qđ ex ipſo eſt ortũ: vt
dẽs/ crinis ⁊ q̄duis habẽti. nullũ autẽ illorũ id ex quo orta ſũt/ aut minus. Accidit eo=
dẽ ⁊ tẽporis lõgitudo. parẽtes enĩ natos cõtinuo diligũt. illi vero parẽtes: icremẽtis
tẽpore ſuſceptis/ ⁊ mẽtis cõprehẽſione/ vel ſenſus. Ex his aũt patet ⁊ cur magis dili=
gãt matres. parẽtes igit̃ natos vt ſeipſos amãt. q̄ nãq͡ȝ ex ipſis ſũt orti: ſũt quaſi ipſi
66 alii ſeparatione. nati vero parẽtes vt orti ex illis. ¶ Fratres aũt ſeſe mutuo diligũt/ ꝙ
ex eiſdẽ ſint orti. Idẽtitas enĩ q̄ eſt ad illa/ idẽ inter ipſos facit. ¶ Quapropter eũdẽ ſã=
guinẽ dicũt/ ⁊ ſtirpẽ/ ⁊ talia. ſũt igit̃ quodã modo idẽ ⁊ in diuiſis. ¶ Magnũ autẽ
ad amicitiã eſt ⁊ enutritos ſimul eſſe/ ⁊ etatis equalis. Equalis enĩ equalẽ delectat: ⁊
ipſis familiares ſodales ſũt. ⁊ iccirco fraterna amicitia ſodalitie ſimilis eſt: patrueles
vero/ ceteriq͡ȝ propinqui/ ex his ſũt cõiũcti/ ꝓpterea ꝙ ſũt ex eiſdẽ. Atq͡ȝ alii magis/ alii
67 minus fiunt ex eo cõiũcti/ quia prope eſt aut diſtat origo. ¶ Amicitia autẽ q̄ filiorum
eſt ad parẽtes/ ⁊ hominũ ad deos: vt ad bonũ eſt atq͡ȝ excellẽs. Nã maxima beneficia
cõtulerũt. fuerũt enĩ eſſẽdi cauſa: ⁊ alimẽti/ ac educationis. ¶ Habet autẽ ⁊ volupta=
tẽ/ ⁊ vtilitatẽ talis amicitia magis ꝙ̃ extraneorum: quãto ⁊ vita cõmunior ipſis eſt.
68 ¶ Sũt aũt ⁊ in fraterna amicitia ea q̄ ⁊ in ſodalitia ſũt. ⁊ magis i bonis/ ⁊ oĩno i ſi=
milibus quãto cõiũcti ſũt magis. itaq͡ȝ ab ortu ſeſe mutuo diligũt. Et quãto ſunt ma=
gis ſimiliũ morũ/ q̄ ex eiſdẽ ſunt orti: ⁊ ſimul nutriti/ ſimilit̃ educti/ ac eruditi. ꝓbatio
enĩ q̄ q̄dẽ fit tẽpore/ plurima eſt atq͡ȝ firmiſſia. Sũt etiã ⁊ ceteris i cõſanguineis ea q̄ ad
69 amicitiã attinẽt: vt rationũ cõparatio flagitat. ¶ Viro aũt ⁊ vxori ſcđ͡ȝ naturã amici=
tia videt̃ ineſſe. homo nãq͡ȝ natura cõiugale magis eſt/ ꝙ̃ ciuile: quãto prius ⁊ neceſſa=
riũ magis eſt domus/ ꝙ̃ ciuitas/ ⁊ ꝓcreatio cõior aĩalibus. Atq͡ȝ ceterorũ q̄dẽ aĩaliũ/ hic
ſocietatis eſt terminus. hões autẽ cõiugiũ ſubeũt: nõ ſolũ ꝓcreationis ſ͡ȝ eorũ etiã gra
tia que ad ipſã cõferunt vitã. officia nãq͡ȝ cõtinuo ſunt diuiſa/ atq͡ȝ alia viri/ alia ſunt
vxoris. opẽ itaq͡ȝ ſibi mutuo ferunt: res ꝓprias in cõmune ponẽtes. Quapropter hac
in amicitia vtilitas ineſſe videtur/ atq͡ȝ voluptas. Fuerit autẽ ⁊ ob virtutẽ/ etiã ami=
citia: ſi boni ſint. eſt enĩ vtriuſq͡ȝ virtus: atq͡ȝ hoc ipſo eſſe gaudebunt. ¶ Filii autẽ con
iũctio eſſe videtur. ¶ Iccirco ⁊ citius ii qui carẽt liberis diſſoluuntur. ¶ Filii nãq͡ȝ bo
70 nũ eſt vtriſq͡ȝ cõmune. ipſũ autẽ cõmune continet. Querere vero quonam modo viro
viuendũ eſt cum vxore/ ⁊ omnino amico cũ amico: nil aliud eſſe videtur/ ꝙ̃ querere
quomodo iuſtum eſt. Non enim idem iuſtum videtur amico ad amicũ nec ad extrane
um/ ⁊ ſodalem/ ac cõdiſcipulum eſſe.

¶ Duodecimi capitis note. ¶ Patrueles ſunt patruorum filij/ hoc eſt fratrum filij. ¶ Fieri poteſt vt extra= 56
neorum amicitia plus voluptatis/ ⁊ vtilitatis contineat: q̄ conſanguineorum. at hoc accidit. nō ita enim na=
tura eſſe debet. ſed de ijs que accidunt/ non ſtatuitur ſcientia.

¶ Duodecimū cap. ſeptem concluſionibus partitum eſt.

Duodecimi capitis commentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Sodalitia amicitia a fraterna ſeiun= 64
genda videtur: ⁊ potius alijs cōnumeranda. Nam omnis amicitia(vt dictum eſt)in quadam ſocietate verſa
tur. ⁊ ciuiū amicitie/ ⁊ cōtribulū/ ⁊ ſimul nauigantiū/ ⁊ quotquot tales ſunt: magis in ſodalitia cōſiſtere vi=
dentur. nā conuentione quadā videntur conſtare. inter has igitur potius quis annumerauerit hoſpitalitiam/
atq̧ ſodalitiā. ¶ Secunda concluſio. Amicitia patris ad filiū/ q̄ cōtra filiorū ad patrē: maior eſſe videtur. 65
¶ Primo quidē. quia cū cōſanguinea amicitia videatur multiplex: omnis tamē a paterna pēdet. nimirum
igitur ſi paterna maior habeatur. ¶ Secūdo. quia parentes natos diligūt vt aliquid ſui: nati vero parentes/
vt aliquid ex ipſis. magis autem noſtra amamus/ q̄ amemur a noſtris. ¶ Tertio. bona que magis cognoſci=
mus: ea q̧q̧ magis amamus. at parētes magis ſciūt/ cognoſcūtq̧ eos qui ex ipſis ſūt/ q̄ nati ſe eſſe ex illis co
gnoſcāt. maior igr̄ amicitia patrū q̄ filiorū. ¶ Quarto. magis cōiūctū eſt ipſi nato id ex quo factū eſt: q̄ fa=
ctū ipſi facienti. id enī qđ factū eſt ipſi facienti magis ꝓpriū/ velut qđ cōtinetur cōtinenti/ ⁊ qđ habetur ipſi ha=
benti: vt dens/ crinis ⁊ quiduis tale. at vero nulli factorū id ex quo orta ſunt hoc pacto ꝓpriū eſt aut minꝰ ta=
le eſt. maior igitur amicitia paterna q̄ filiorū eſt. amat enim magis quiſq̧ quod continet/ quodq̧ habet: q̄
contra ipſe ab eo quod habetur viciſſim ametur. ¶ Quinto. amicitijs parentum temporis longitudo adeſt.
amāt enī natos continue ab initio parentes. nati vero tempore ſuſceptis incrementis/ ſuſceptaq̧ mētis/ atq̧
ſenſus comprehenſione. maior igitur amicitia patrū q̄ filiorū eſt. Ex quibus quoq̧ notū eſſe poteſt: matres
magis/ q̄ patres diligere filios. Nam magis cognoſcunt/ ⁊ certiores ſunt/ ⁊ magis aliquid ſui eſſe videntur.
ſed ſatis nunc cōſtat quo pacto parentes vt ſeipſos natos amant: nati vero contra parentes vt alij/ ⁊ ſeparati/
atq̧ vt orti ex illis. ¶ Tertia concluſio. Poſt amicitiā paternā/ fratrū amicitia maior eſt. Primo. Nam fra= 66
tres ſeſe mutuo diligūt: q ex eiſdem ſunt orti. idētitas enim ad illos ex quibus ortū ducūt ꝓxime iter eos idē
facit. hinc ſe dicunt eundem ſanguinem/ ac eandem ſtirpem eſſe/ ⁊ ſimilia. maior igitur poſt paternā amici=
tiam: fratrū amicitia. ¶ Secundo. magnū ad amicitiā eſt ſimul enutritos eſſe/ ⁊ eſſe etate equales. equalis
enī equalem oblectat. ⁊ ipſi ſodales quoq̧ qui ſimul enutriūtur: familiares ſunt. tales autē ſūt inter ſeſe fra
tres. ⁊ iccirco fraterna amicitia ſodalitie ſimilis eſt. ⁊ patrueles/ ⁊ ceteri propinqui ex fratribus ſunt coniun
cti: ꝓpterea q ex ipſis fratribus ortum ducūt. ⁊ alij adinuicem magis/ ⁊ alij minus ſiunt amici: quia ꝓpe eſt/
aut procul iā diſtat origo. ¶ Quarta concluſio. Amicitia filiorū ad parentes/ ⁊ hominū ad deos: vt ad bonū 67
quiddā atq̧ excellens/ eſt. Nā dij atq̧ parentes maxima beneficia cōtulerūt. fuerūt enī eſſendi cauſa alimē=
ti ac educationis. ¶ Quīta cōcluſio. Cōſanguineorū amicitia magis voluptatem/ ac vtilitatē habet/ q̄ ex= 68
traneorū amicitia. ¶ Primo. quia cōſanguineis vita cōmunior eſt: ⁊ quāto amicis cōmunior/ tanto delecta=
bilior atq̧ vtilior. ¶ Secūdo. inter fratres amicitie ſūt/ que īter ſodales atq̧ cōnutritos: ⁊ magis ī bonis. et
omnino ſimilibꝰ bonis quāto coniunctiores/ ⁊ ab ortu ſeſe mutuo diligūt/ ⁊ quāto ſimiliū ſunt morū: vtpote qui ex
eiſdē parentibꝰ ſint orti/ ſimulq̧ enutriti/ ⁊ ſimili educatiōe/ ac doctrina pariter imbuti. adde q adinuicē bene
ſūt probati. ꝓbatio enī que plurimo tempore fit: ⁊ plurima atq̧ firmiſſima eſt. ⁊ in ceteris conſanguineorum
amicitijs ea oia ſūt: que ad amicitiā attinent ſecūdū cōſanguinitatis gradū/ ⁊ vt ipſa analogia poſtulat. con=
ſanguineorū igitur amicitia: magis voluptatē vtilitatemq̧ cōtinet/ q̄ extraneorū amicitia. ¶ Sexta cōclu 69
ſio. Amicitia viri ⁊ vxoris: ſecūdū natura eſſe videtur. Nā homo magis natura cōiugalis/ q̄ ciuilis: quāto na
tura prior/ ⁊ magis neceſſaria domus eſt/ q̄ ciuitas/ ⁊ quāto ꝓcreatio aiantibus cōior eſt/ q̄ cōgreſſio. at cete
ris aiantibus/ maris ⁊ femine ad ꝓcreationē ſocietas eſt. ⁊ eiuſmodi ſocietatis eorū ꝓcreatio terminus eſt: in
hoībus autē nō. nā hoīes cōiugiū ineunt nō modo ꝓcreationis gratia: verū etiā ⁊ eorū gratia: que ad vitam
conferūt. nā in re familiari/ maris ⁊ femie officia cōtinuo ſūt diuiſa: atq̧ alia viri/ alia ſūt vxoris. opē itaq̧ ſi=
bi mutuo ferunt/ res ꝓprias in cōmune ſtatuentes. Quo fit vt in amicitia iugali vtilitas videatur ineſſe/ pari
ter atq̧ voluptas. verūenimvero ſi boni ſunt nō modo ob vtilitatē ⁊ voluptatem: quinetiā ⁊ ob virtutem fue=
rint amici. nā vtriuſq̧ virtus eſt/ atq̧ hoc ipſo ſimiles eſſe gaudebunt. ¶ Septima concluſio. Viri ⁊ vxo= 70
ris ſocietas/ ac coniunctio: liberorū ꝓcreatione ſaluatur. ¶ Primo. quia iccirco videmus eos qui liberis ca=
rent: citius diſſolui/ diuortiaq̧ querere. ¶ Secundo. quia liberi vtriuſq̧ ⁊ viri ⁊ vxoris bonū cōmune ſunt:
quod aūt cōmune eſt/ cōtinet atq̧ vnit. liberi igitur: viri ⁊ vxoris coniunctio ſunt ipſamq̧ ſaluant. Et querere
quomodo viro viuendū eſt cum vxore/ et amico prorſus cū amico: nichil aliud eſt q̄ querere quomodo viri ad
vxorem iuſtum eſt/ et amico ad amicū. non enim idem iuſtum videtur eſſe amico ad amicū et ad extraneum/
ſimiliter ad ſodalem/ et ad condiſcipulū.

Cum autem tres ſint amicitie(vt ab initio dictum eſt) et in Cap. XIII. 71
vnaquaq̧ alij ſint pares amici/ alij impares(nam ſimiliter boni fiunt amici/
⁊ preſtabilior deteriori: ſimiliter ⁊ iucundi/ ⁊ ob vtilitatē etiam in commo=
dis pares ⁊ differentes) pares quidem/ tam amando q̄ ceteris equales eſ=
ſe oportet: impares autem id reddere quod excellentie ratio flagitat. Fiunt autem
in amicitia/ que vtilitatis eſt gratia/ vel ſola/ vel maxime: incuſationes non ſine ra=
tione/ atq̧ querele. ¶ Qui namq̧ ſunt ob virtutem amici: prompti ſunt ad beneficia
ſibi mutuo conferenda. hoc enim eſt ⁊ virtutis ⁊ amicitie. Atq̧ cum ad hoc certatim
ꝓperāt: nulle prorſꝰ inter ipſos accuſationes/ nec rixe fiūt. Nemo enī amāti ⁊ bñficia
conferenti ſuccēſet: ſed ſi ſit gratus: beneficijs reſpondet. Atq̧ qui in beneficijs cōferē=
dis exuperat/ cū aſſequatur quod cupit: non incuſabit amicū. Vterq̧ enim bonum af=
fectat. ¶ Nec in ijs que ob voluptatē cōſtāt: querele nimiū fiunt. Nā ſi ſimul degere 72
gaudēt: fit id ſimul vtriſq̧ quod appetūt. ridiculus aūt videtur ⁊ qui nō delectātē in=

mīc· Patris ad F. maior q̄ F. ad Patrem

Patres magis amant filios q̄ p̄es.

73 cuſat: cū liceat nō cōuerſari. ¶ At in ea que vtilitatis gratia cōſtat: locū incuſationes
habēt/ atq; querele. Nā cū ſeſe mutuo pro vtilitate vtant: ſēper indigēt pluris. ⁊ mi-
nus ꝙ̄ op; ſeſe habere putāt: atq; querūtur ex eo quia nō tot aſſequūtur quot indigēt/
cū ſint digni. Qui vero cōferūt beneficia/ nequeūt tot cōferre: quot indigēt ij in quos
bnficia cōferūtur. ¶ Videtur aūt vt duplex eſt iuſtū/ aliud ſine ſcripto/ aliud lege: ſic
⁊ eius amicitie que vtilitatis eſt gratia/ al a moralis/ alia legitima eſſe. Fiūt igr̄ incu
ſationes tū maxime: cū nō per eādē cōmutāt ⁊ diſſoluūtur. Atq; legitia quidē eſt ea/
q̄ in definitis cōſiſtit: ⁊ quedā eſt ōnino ſordida de manu i manū: quedā liberalior/ ad
tēpus/ ſed per pactionē/ quid pro quo. eſt id quod debetur in hac/ manifeſtū: ⁊ nō ambi
gitur. habet autē dillationē ad amicitiā attinētē. Quapropt̄ apud nōnullos horū nō
ſunt iudicia. ſed arbitrātur eos oportere cōtētos eſſe/ qui fide cōmutarūt. Moralis au
tē nō in definitis cōſiſtit: ſed vt amico q̄dē largit̄ aut vt aliū/ quiſq̄s is tādē ſit accipe-
re aūt dignū eſſe cenſet/ equale aut plus: quaſi nō dederit/ ſed mutauerit. Atq; ſi nō vt
cōmutauit/ diſſolutio fit: incuſabit. hoc autē ideo accidit: quia ōnes vel plurimi/ vo-
lūt quidē honeſta/ anteponūt aūt ea que proſunt. Atq; honeſtū quidē eſt beneficia con
74 ferre/ nō vt viciſſim ſuſcipiātur: vtile vero ſuſcipere. ¶ Si poteſt igr̄: dignum reddere
oportet beneficiū ijs que accepit/ ⁊ ſpōte quidē. inuitus eni nō eſt faciēdus amicus. vt
cordia in ijs rebus ē: que in actionem veniunt/ et earū in ijs preſerti que in magnitudine ſunt/ et que pōt aut du
obus aut omnibus ciuibus cōuenire. vt ciuitates concordes ſūt: cum videtur omnibus magiſtratus eſſe deli-
gendos/ aut ſocietatē cum Lacedomonijs ineundam eſſe aut magiſtratum gerere Pittacum: cū et id vellet
25 ipſe Pittacꝰ. ¶ Quarta cōcluſio. Aliquos cōcordes eſſe nō eſt vtrumꝗ; idem ſentire/ quicquid tandē id ſit:
ſed in vno/ eodēꝗ; idem conſentire. Nam cum vterꝗ; ſeipſum vult magiſtratū gerere/ vt et ij volunt q in Phe
niſſis ſunt: diſcordiā/ ſeditionēꝗ; habent. ſed cum populi/ et boni rempublicam optimates gerere volunt con
cordes ſunt. ſic eīn fit omnibus: quod exoptant. non igitur aliquos concordes eſſe: eſt vtrūꝗ; idem ſentire/ ſed
in vno/ eodemꝗ; idem conſentire/ atꝗ; velle. ¶ Quinta concluſio. Ciuilis amicitia cōcordia eſt/ et concordia
26 dicitur. Nam ciuilis amicitia circa ciuium cōmoda et ea que ad vitam pertinent verſatur: eſtꝗ; quedam con
27 ſenſio. igitur ea concordia eſt: quemadmodū et dicitur. ¶ Sexta cōcluſio. In bonis cōcordia reperitur. Nā *Concordia in bonis eſt*
bonorum quiſꝗ; ſecum eſt concors et omnes inter ſe concordes. vt pote qui in eiſdem propoſitis omnino per-
maneant. bonorum enim voluntates propoſitaꝗ; manēt. neꝗ; refluunt vt Euripus/ voluntꝗ; ſemper que iuſta
28 ſunt/ queꝗ; conducunt atꝗ; hec cōmuni voto peroptant. In bonis igitur reperitur concordia. ¶ Septima cō
cluſio. Prauos concordes eſſe impoſſibile eſt: niſi exiliter admodum/ paruoꝗ; momento. ¶ Primo. Nā ſic
eos concordes eſſe contingit quemadmodū et amicos. at parum admodum/ paruoꝗ; tempore id eſſe contin-
git. igitur et concordes. ¶ Secundo. mali in rebus vtilibus plus hebere percupiunt: in laboribus autem per
ferendis/ et ſubminiſtrationibus alternandis/ minus. eorum eīn quiſꝗ; ſibipſi vtilitatem volens/ proximum
ſuum ꝑſcrutatur/ explorat/ obſeruat/ eiuſꝗ; vtilitatem prohibet. et cum ab ipſis reſpublica et cōmunis vti
litas non conſeruetur: perit. fit igitur vt mali in diſcordia verſentur/ et ſeſe viciſſim laceſſant/ vrgeantꝗ;/ ⁊ ꝗ
bona iuſtaꝗ; ſunt facere recuſent. prauos igitur concordes eſſe: aut impoſſibile eſt aut exiliter admodum par
uoꝗ; tempore.

29 Videtur aūt ij ꝗ beneficia cōtulerūt: magis eos amare in quos — Ca. VII.
beneficia ſunt collata ꝙ ij ꝗ acceperunt/ eos qui cōtulerunt. Atꝗ; vt preter rō
nem eueniēs querit̄. Plurimis igitur videtur id ex eo fieri: qꝛ hi quidē debēt
illis vero debetur. vt igitur in mutuis debitores quidē volūt ſuos creditores
non eſſe hi vero de ſalute quoꝗ; debitorum diligentiam adhibent: ſic et eos inquiunt
qui beneficia contulerūt velle eos eſſe erga quos fuere benefici vt gratias accepturos
illis vero non eſſe curam reddēdi. Epicharmus igitur fortaſſe dixerit hec ipſos dicere
aſpicientes ad malum. Videtur aūt hoc eſſe humanum: pleriꝗ; enim immemores ſūt
⁊ ſuſcipere potius/ ꝙ conferre beneficia appetunt. Videbitur autem cauſa naturalior
eſſe ⁊ nō ſimilis ei ꝗ de creditoribꝰ dicit̄. Nō ē ei erga debitores amatio: ſed volūtas
ſalutis/ recipiēdi cā. Sed ꝗ bn̄ficia cōtulerūt: diligūt atꝗ; amāt eos ꝗ bn̄ficia accepe
rūt/ ⁊ ſi nulla in te ſūt vtiles/ neꝗ; i poſterū futuri. qꝺ ꝗdē et artificibꝰ accidit. Magis
enī vnuſquiſꝗ; proprium amat opꝰ/ ꝙ ipſe ab opere amaretur: ſi aīe particeps eſſet. Ma
xime vero forſitan hoc circa poetas accidit. hi nanꝗ; ſua diligūt poemata ſupramodū:
et perinde atꝗ; filios amant. Tali igitur ſimile eſt ⁊ id quod faciunt ij qui beneficia cō
tulerūt. quod ei ſuſcepit beneficiū: ipſorū eſt opus. hoc igitur et amant magis ꝙ opus
eum qui fecit. huius autem cauſa eſt/ quod vniuerſis eſt expetibile/ atꝗ; amabile eſſe.
ſumus autē actu. nam viuendo ſumus atꝗ; agendo. Qui igitur fecit: eſt actu ſuū quo-
dam modo opus. diligit itaꝗ; ipſum opus/ quia amat et eſſe: hoc autem eſt naturale.
Quod enim eſt potentia: id opus ipſum actu declarat. ¶ Et inſuper ei quidem qui cō-
tulit beneficium: honeſtum eſt idquod egit. quare gaudet eo in quo eſt hoc. at ei ꝗ acce
pit/ nihil eſt honeſti in eo qui contulit/ niſi conferens/ quod quidem minus eſt iucun-

dum atq; amabile. ¶ Eſt autem preſentis quidem opratio/ futuri autem ſpes/ facti vero memoria iucunda. ſed iucundiſſimum eſt quod eſt actu/ et amabile ſimili modo. et igitur que contulit beneficium permanet ipſū opus. diuturnum eſt enī ipſum honeſtum. Sed ei qui cepit/ tranſacta eſt ipſa vtilitas. memoriaq; honeſtarum quidē rerum eſt periucunda: vtilium aūt non nimium aut minus. expectatio vero contra ſeſe habere videtur. ¶ Et amare quidē ſimile eſt actioni: amari aūt paſſioni. eos igitur qui circa actum excellunt/ ſequitur amare: et ea que ad amicitiam attinēt. ¶ Preterea que facta ſunt cum labore: ea magis diligunt omnes. vt et pecunias magis diligunt/ qui acquiſiuerunt: q̄ qui ab alijs acceperunt. ac beneficiū quidē accipere/ ſine labore eſſe videt: beneficium aūt conferre/ difficile. ¶ Propter hec et matres filios magis amant. generatio nanq; laborioſa eſt magis: et magis ſciūt eſſe ſuos. Uidebitur aūt hoc et ijs accōmodatum eē/ qui beneficia contulerunt.

Epicharm⁹ Plato ¶ Septimi capitis note. ¶ Cum deus omnia oībus beneficia largiatur: magis amat cuncta/ q̄ e cōtra vnq̄ amari poſſit imo eſt infinitus amor ipſaq; amandi ratio que ſemꝑ amorum veſtigia in rebus diffūdit/ ac explicat. ¶ Epicharmus ideas induxit: et moriens vaticinatus eſt poſt ſe ſurrecturū qui illas iterū ſuſcitaret/ quod Epicharmi vaticinium in Platone cōpletum fuiſſe volunt de quo et dictum eſt ſupra. ¶ Quod preſens eſt: iucundiſſimū/ delectabiliſſimūq; ē. et hinc quoq; iure fit vt que illi delectabiliſſimo propinquiora ſunt: ſint delectabiliora. Et q2 in preteritis vtilia precedunt honeſta: vt pote que conſequendorum honeſtorū media ſūt iccirco in preteritis honeſta ſunt ipſi preſenti propinquiora et vtilia remotiora. non igitur ab re euenit vt honeſtorum memoria iucundior ſit: vtiliū vero minus. Adde etiā honeſta plerūq; manere vt liberalitatē tēperantiam: vtilia vero non/ vt erogatas pecunias ac cibi/ et potus copiā. Et in futuro vtilia precedunt honeſta vt que ad honeſtatem conſequendam media ſint neceſſaria. ideo in futuro vtilia ipſi preſenti quod delectabiliſſimum eſt ſunt viciniora/ et honeſta remotiora. nihil igitur mirum: ſi in futuro vtiliū expectatio iucundior et honeſtorum minus videatur eſſe iucunda vt que iucundiſſimo ſit remotior. Itaq; littera hec nota eē poteſt iucundiſſimū eſt: quod actu/ et amabile ſimiliter. memoriaq; honeſtarum quidē rerum eſt ꝑiucunda: vtilium aūt non nimiū aut minus. expectatio vero contra ſeſe habere videtur. Et ita in ijs que triſtia ſūt: triſtiſſimū eſt quod actu eſt: et triſtia quāto magis accedunt ad actū. ¶ Aiunt Therētiū Comicū vbi multas comedias conuertiſſet/ feciſſetq; latinas: deſiderio ſuorum operum in mare deſilyſſe/ q2 caſu in aquas delapſe ſue periſſēt comedie. nō enī diutius ſuſtinuit viuere: tanto earum tenebatur amore: quod etiā et ſupra adductum eſt. 29

Therentius

¶ Septimum cap. vna concluſione partitum eſt.

[b]enefici magis amant, q̄ qui benef. ſuſceperunt

Septimi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Concluſio. Qui beneficia contulerunt magis eos amare videntur/ quibus benefici fuerunt: q̄ contra qui beneficia ſuſceperunt/ eos diligant qui ea contulerunt. Eius rei cauſa (quaſi res inconſentanea/ et abſurda videatur) queri ſolet. et plurimis id hac ratione fieri videtur: quoniā qui beneficia accipiunt debent/ beneficis vero debetur. quare vt in mutuis debitores volunt ſuos creditores non eſſe/ creditores aūt contra de debitorū ſalute ſolicitudinem/ curāq; habent: ita et eos aiūt q̄ beneficia cōtulerunt velle illos ſuperſtites eē erga quos munifici fuere/ tanq̄ ſic gratias accepturos/ illos autem referēdi nullam curam habere. Sed Epicharmus fortaſſe hec eos dicere ſenſerit: qui ad malum aſpiciunt. videtur enim hoc humanum eē viciū. Plerīq; enī beneficiorum ſunt immemores: et ſuſcipere potius q̄ beneficia conferre appetentes. Uerum eorum que dicta ſunt: alia quedā naturalior eſt/ et non ſimilis ei que de creditoribus allata eſt. nā non erga creditores amatio eſt/ ſed ſalutis voluntas/ recipiendi cauſa. qui vero beneficia cōtulerunt: diligūt/ atq; amant eos ipſos qui beneficia ſuſceperunt/ tametſi nulla in re ipſis ſint vtiles/ neq; quidē in poſterum vtiles futuri ſint: quod et artificibus accidit. magis enim vnuſquiſq; propriū amat opus q̄ ipſe a ſuo opere amaretur: Quis etiā ipſum opus aiatū eſſe ipſe ponas. et maxime forte hoc circa poetas licet intueri. hi etenī ſua ſupra modum poemata diligunt/ et perinde atq; filios amāt. tali itaq; ſimile eſt id quod benefici agunt. quod enī ſuſcepit beneficium: ipſorum beneficorum opus eſt. hoc igitur benefici amāt: et magis quidem q̄ ipſū opus ſuū authorem. et id in cauſa eſt q2 vniuerſis expetibile/ atq; amabile eſt eſſe. Sum⁹ aūt actu. nam viuendo atq; agendo ſumus. qui itaq; agit: eſt actu ſuuū quodā modo opus. diligit ergo ſuū op⁹ quia amat et eſſe. hoc enī omnibus naturale eſt. et quod eſt potentia/ cuiuſq; virtutem habens: id opus ipſius actu declarat. ¶ Secundo. ei qui beneficium contulit: id egiſſe honeſtum eſt. quare beneficus in honeſtate in qua beneficium conſiſtit: gaudet. is vero qui accepit nihil honeſtū habet in beneficio: niſi ipſum conferentē quod et minus iucundum atq; amabile eſt. ¶ Tertio. preſētis operatio iucūda eſt/ futuri ſpes facti vero memoria. at quod actu eſt: horum iucundiſſimū eſt/ atq; maxime amabile. ei aūt qui cōtulit beneficiū: actu permanet ipſum honeſtum opus. diuturnū enī atq; permanēs honeſtū eſt. ſ3 ei q̄ beneficiū ſuſcepit: cito tranſacta eſt ipſa vtilitas. et benefico honeſtarū rerū memoria periucunda eſt vtiliū aūt/ ſuſcipienti nōnimiū ē/ aut minus iucunda. ſpes aūt/ expectatioq; contra ſeſe habere videtur. nimirum igitur beneficos magis eos. quibus benefaciunt amare q̄ cōtra ab his amenē. ¶ Quarto. amare ſile eſt actioni: amari aūt paſſioni. eos igitur qui circa actus excellunt vt beneficos rationabiliter ſequitur amare/ et que ad amicitiam attinent: q̄ aūt ſuſcipiūt/ amari. rationabile igitur eſt eos qui beneficia conferunt: et magis amare. ¶ Quinto. que cū labore facta ſunt magis diligere ſolent omnes. vt et ij magis pecunias diligunt: quas ſibi ſuis laboribus acquiſierūt: q̄ q̄ eas ab alys acceperunt. at beneficium accipere nullus labor/ nullaq; pena videtur: beneficium aūt cōferre difficile. merito igr̄ q̄ beneficiū conferunt/ eos qb⁹ beneficia contulerunt magis diligunt: q̄ cōtra ipſi amētur. ¶ Correlariū. Quapropter et matres magis filios amāt. nā gñatio laborioſa magis illis ē/ et magis cognoſcūt eē ſuos. quod quidē et magis cognoſcere: accōmodari poſſe videtur/ et ad eos q̄ beneficia cōtulere. 29

ſicut ſupra modum amant ſua poemata

Dubitat aūt et vtrū oporteat ſeipſū amare maxie: an aliquē alterū. ¶ Cap. VIII. 30
aliū. Increpant enī eos qui ſeipſos maxime amant. et vt turpe/ ſui amatores appellant. ¶ Atq; prauus quidē ſui gratia agere cuncta videtur: et tanto magis/ quanto prauior eſt. incuſant igit ipſū q2 nihil niſi ſibi agit. Prob⁹

aūt ob honeſtatē/ ⁊ tāto magis/ ob honeſtatē/ grāqꝫ amici/ quāto pſtabilioꝛ ē; ſua vero negligit. ¶ Ab his aūt vbis nō ſine rōne ipa opa diſcrepāt. Nā eū inqūt opoꝛtere ſū me amare: q maxie eſt amicꝰ. is aūt maxie ē amicꝰ/ q vult cui vult bona illiꝰ grā: ſi nullus etiā ſcierit. at hec ipi ad ſeipꝫ maxie ꝯpetūt. ¶ Et cetera oia qbꝰ dcfinit amicꝰ. dictū ē eni ab ipo ea oia q ad amicitiā attinēt: ⁊ ad ceteros ꝑuenire. Eodē accedūt ⁊ ꝓuerbia vniuerſa. vt aia vna. ⁊ amicoꝝ oia ſūt cōia. ⁊ amicitia ē eqlitas. ⁊ tibie genu ꝓpinquiꝰ. hec eni vniuerſa ipi ad ſeipꝫ maxie ꝯpetūt. Maxie nāqꝫ amicꝰ ē ſibi. ⁊ ſe igit ipm maxie amare opꝫ. Dubitat aūt merito/ vtris opoꝛteat aſſentiri: cū vtriſqꝫ videat

31 eſſe credēdū. ¶ Foꝛtaſſe igit tales ſermōes diſtiguēdi/ determinādiqꝫ ſūt: quouſqꝫ/ et quonāmō ſint veri. Si itaqꝫ ſūpſerimꝰ quonā vtriqꝫ mō ſui amatorē dicūt: fuerit foꝛſitā manifeſtū.

32 ¶ Qui igit hoc repꝛhēdēdū eē exiſtimāt: eos amatoꝛes ſui appellāt/ q ſibi plꝰ tribuūt i pecunijs/ ⁊ honoꝛibꝰ/ ⁊ voluptatibꝰ coꝛpoꝛis. hec eni ipa mltitudo affectat. ⁊ ipis vt optimis oi ſtudio icūbit. qpꝛopt ⁊ i certamē veniūt. Qui igit i hiſce plꝰ hre ꝑgūt: ij cupiditatibꝰ/ ⁊ oino affectibꝰ/ eiqꝫ parti aie q rōnis ē expers gratificant. tales aūt ſūt ipſi mlti. iccirco ⁊ appellatio oꝛta ē ex mltitudie: q qdē eſt praua. ergo iuſte vituperāt ij: q ita ſe amāt. ¶ Nō eſt aūt obſcurū: vulgus eos q ſibijpſis talia tribuūt/ ſui amatoꝛes dicere ꝯſueuiſſe. Nā ſi qs ſemꝑ ſtudeat agere iuſta maxie oim aut tēperata/ aut quis ceteroꝝ q a virtutibꝰ ꝑficiſcunt/ honeſtateqꝫ oino ſibijpſi ſemꝑ vendicet/

33 atqꝫ vſurpet. hūc nemo dicet amatorē ſui/ neqꝫ vituꝑabit. ¶ Magis aūt videbit talis hō ſui amatoꝛ. Nā ea ſibi tribuit q pulcherria/ maxieqꝫ bona. ⁊ gratificat ei qd ſuiꝑſiꝰ potiſſimū/ in oibuſqꝫ illi obtēperat. ¶ Ut aūt ⁊ ciuitas id eſſe maxie videt/ qd ē potiſſimū ⁊ aliꝰ ois ꝯuētus: ſic ⁊ hō. amatoꝛ igit is eſt maxie ſui: q illd amat/ illiqꝫ gratificat. ¶ Et ꝯtinēs igit dr ⁊ incōtinēs: q: mēs vincit aut nō vīcit: ꝓpterea q ipa eſt hoiꝫ qſqꝫ: ⁊ egiſſe ipſi ⁊ ſua ſpōte ea videnf q cū rōne maxie egerūt. nō igit eſt obſcuꝝ hoc

34 eſſe maxie vnūquēqꝫ: ⁊ hoc maxie virū bonū amare. ¶ Quapꝛopt maxie ſui ē amatoꝛ/ diuerſa ſpecie ab eo q repꝛhendit: tātūqꝫ differt/ quātū vita cū rōne differt a vita cuꝫ ꝑ-

35 turbatiōe/ ⁊ appetitio aut honeſti/ aut eiꝰ qd ꝯferre videt. ¶ Qui ſi oēs ad ꝯſequendaꝫ honeſtatē ⁊ ad res agēdas pulcherrimas decertarēt/ atqꝫ ꝯtēderēt: et oibus publice ea que opoꝛtet/ ⁊ vnicuiqꝫ priuatim maxima bonoꝝ ineſſent. ſiqdē virtꝰ eſt tale. Quare bonū quidē holem amatorē eſſe ſui opꝫ. nā ⁊ ſibi ipſe ⁊ ceteris pꝛoderit/ agendo honeſta. Prauū aūt nō opꝫ. ⁊ ſibi nāqꝫ nocebit ⁊ pꝛopinquis: affectus prauos ſequendo. ea igitur q vir impꝛobus agit ab ijs diſcrepant/ que agere opoꝛtet. At ꝓbus que opoꝛtet: ea ⁊ agit. mens enim ois id expetit: qd eſt optimum ſibi ⁊ pꝛobus obtemperat menti. ¶ Atqui verū eſt illud qd de ſtudioſo dicit: cōplura inquā ipm agere/ ⁊ amicoꝝ/ ⁊ patrie gratia/ ⁊ ſi opus fuerit moꝛtē obire. ⁊ pecunias enīꝫ/ ⁊ honoꝛes obijciet: ⁊ ea bona omnino de qbus holes decertant/ ſibi vēdicās honeſtatē. Expetet eni potius voluptatem bꝛeui tempoꝛe vehementē: ꝙ longo leuē. ⁊ vitā honeſtā vno anno/ ꝙ quāuis multis. vnū actū honeſtū/ magnūqꝫ: ꝙ multos ⁊ paruos. Atqꝫ ijs qui ꝑ amicis/ qui pꝛo patria moꝛtē obeunt: hoc foꝛſitan accidit. Magnaꝫ igitur ſibijpſis eligunt honeſtatem: abijciētqꝫ pecunias vt amici capiant plures. hic eni amicꝰ facultates: ipe ꝯſequit honeſtatē/ atqꝫ ſibi maiꝰ tribuit bonū. Eundē ⁊ circa honoꝛes modū/ magiſtratuſqꝫ ſeruabit. nam hec oia/ amico ſuo cōcedet. eſt eni hoc honeſtū ipſi/ ac laudabile. Merito igit ſtudioſus eſſe videtur: anteponēs oibus honeſtatem. Fit etiā vt et res agēdas ꝯcedat amico: ſitqꝫ honeſtius ſeipm fuiſſe cauſā vt agat illas amicꝰ/ ꝙ ſi ipemet agat. In vniuerſis igitur laudabilibꝰ: ipſe ſtudioſus plus honeſtatis tribuere ſibijpſi videt. ſic igit ſuijpſius (vti diximus) amatorē eſſe opꝫ: vt ipſi aūt multi ſunt/ nō opoꝛtet.

¶ Octaui capitis note. ¶ De ijs qui pꝛimo modo ſeipſos amant: dicit euangelium. Qui amāt animam ſuā in hoc mūdo: perdent eā. et de ijs qui amant ſeipſos ſcdo modo: dicit pꝛopheta. qui autem diligit iniquitatē: odit animam ſuam. ad quod conſequens eſt/ vt qui ſe diligit: a vicijs abhoꝛreat. Euāgeliū. Propheta.

¶ Octauum cap. quattuoꝛ concluſionibus/ vna dubitatione/ ⁊ vno coꝛrelario partitum eſt.

30 Octaui capitis ꝯmētariꝰ ad lfam. ¶ Dubitatio. Utrū opoꝛteat ſeipſuꝫ maxie amare/ aut maxie quēqꝫ aliū. Et videt pꝛio nō opoꝛtere ſeipſū maxie amare. Nā eos q ſeipſos maxie amāt icrepāt hoies appellātqꝫ ſui amatoꝛes tanqꝫ id turpe ſit. nō igit ſeipſum maxime amare opoꝛtet. ¶ Scdo. q: prauꝰ cūcta ſui grā agere videt: ⁊ eo magis q deterioꝛ eſt. icuſant eni ipſū q: nihil niſi ſibijpſi/ ſuiqꝫ grā agit. pꝛobꝰ aūt ꝯtra: ob honeſtatē/ amiciqꝫ grā agit/ ⁊ eo magis q pꝛeſtabilioꝛ ē/ ſua vero negligit. Sꝫ ijs q dicta ſūt: ipſa opa/ reſqꝫ ipſe diſcoꝛdare videt atqꝫ e diuerſo ſeipſuꝫ maxie amare opoꝛtere. ¶ Pꝛio. nā eū aiūt maxie amare opoꝛtere: q maxie ſit amicus. at is maxime eſt amicus: qui maxime alicui vult bona/ ⁊ illius gratia/ etiam ſi nullus ſcierit. hec

aūt ad ſeipſum maxīe ꝯpetūt. igīt opꝫ ſeipſum maxime amare. ¶ Scđo. cetera oīa qbus deſinit amicꝰ: ma-
xime ad ſeipſum ꝯpetūt. dictū eni eſt ex hꝭque ad ſeipſum fiunt: cetera oīa que ad amicitiā attinēt/ metienda
eſſe/ ⁊ a ſeipſo oīa ad amicitiā ſpectātia ad ceteros deriuare/ atqꝫ extendere. maxīe igīt ſeipſum opꝫ amare.
¶ Tertio. ad idipſum ꝙ maxīe ad ſeipſum amare oporteat: oēs ſnīe/ oiaqꝫ prouerbia tēdūt. vt aīa vna/ ami-
corū cūcta cōia/ amicitia eſt equalitas/ ⁊ amicus ꝗd tibie genu propiquius. hec eni vniuerſa ad ſeipſum ma-
xīe ꝯpetūt. nā maxīe ſibiꝓſi amicꝰ eſſe videt. ſe igīt ipſū ⁊ maxīe amare opꝫ. hec eni itaqꝫ merito addubitare
facīūt: cui potꝰ parti aſſētiēdū ſit/ cū vtreqꝫ rōnes credibilitatē ſuaſionēqꝫ hēant. ¶ Pria ꝯclo. Expedit ꝗ 31
dicta ſūt determinare/ ꝗuſqꝫ ⁊ ꝗ mō vera ſint: ⁊ quo mō ꝗs ſui amator dicat. Nā ſi accepimꝰ quonā mō vtriqꝫ
amatorē ſui dicūt: cito fiet manifeſtū id de quo ambigit. ¶ Scđa ꝯclo. Qui ſeipſum non maxīe amare opor- 32
tere dicūt/ cū ſui amatorē vocāt ꝗ corpus/ corporeaſqꝫ illecebras/ ⁊ aīe partē rōnis expertē amat: ꝗ ⁊ iuſte co-
arguēdus/ increpandus/ vituperāduſqꝫ eſt. Nā qui hoc reprehēdendū putāt: eos ſui amatores appellāt ꝗ ſibi
plus pecuniarū honorū ⁊ voluptatū corporis tribuūt. hec eni ſunt que ꝯplures affectant: ⁊ ꝗbus vt oīm opti-
mis/ totis neruis/ oīqꝫ ſtudio incumbunt: hinc quoqꝫ hec in certamē/ pluriūqꝫ ꝯtētionē veniunt. at qui in hiſce
rebus plus hīc pergūt: hꝭ cupiditatibus/ ⁊ oīno perturbationibus/ illiqꝫ aīe parti que bruta eſt rationiſqꝫ expꝫ/
obſequūtur. ſunt igitur tales quos ita vocant ſui amatores: merito obiurgandi. ⁊ tales ſunt multi: iccirco hec
appellatio a multitudine (que quidem praua eſt) ortum/ primāqꝫ originem duxit. ¶ Scđo. nō eſt obſcurum
vulgus eos ſui amatores dicere conſueuiſſe: qui ſibiꝓſis talia tribuunt. nam ſi ꝗs ſemper ſtudet iuſta agere ⁊
maxime oīm aut temperata/ aut queuis alia/ ex virtutibus ipſis proficiſcētia/ honeſtatemqꝫ ſibiꝓſi omnino
vendicet/ pareteqꝫ: talem/ multitudinis nemo dicet ſui amatorem/ neqꝫ quoqꝫ culpabit. manifeſtum eſt igitur
cum multitudinem amatorem ſui appellare: qui corpus/ ⁊ corporis affectiones ſequitur/ ꝙ qꝫ is merito ſit ar-
guendus. ¶ Tertia concluſio. Qui ſeipſum maxime amare oportere defendunt: amatoreꝫ ſui appellant qui 33
honeſtatem ſequitur/ ⁊ quod in ipſo eſt optimum maxime amat/ colitqꝫ atqꝫ curat. ¶ Primo. nam is homo
magis ſui videtur amator/ qui ea ſibi tribuit que pulcherrima maximeqꝫ bona ſunt: ⁊ qui obſequitur ei quod
ſuiꝓſius eſt optimum/ eiqꝫ in omnibus ille obtemperat. qui autem honeſtatem ſequitur/ ⁊ quod in eo preſtā-
tiſſimum eſt colit ac amat: ſibi tribuit ea que pulcherrima/ maximeqꝫ bona ſunt/ ⁊ ei quod ipſius eſt optimuꝫ
obſequitur/ atqꝫ obtemperat. iure igitur maxime ſuiꝓſius amator is dicitur. ¶ Secundo. quemadmodum
ciuitas/ ⁊ omnis alia ſocietas maxime id eſſe videtur quod ſui optimuꝫ eſt: ſic ⁊ homo. ergo amator ſui maxi-
me is dicetur/ qui id quod ſui optimum eſt/ amat/ eiqꝫ obſequitur. ¶ Tertio. quia hō maxime id quod mens
facit: maxime facere dicitur. vt homo continens/ aut incontinens dicitur: quia mens aut vincit/ aut non vin-
cit/ quaſi ea ipſa mens vnuſquiſqꝫ hominum vel maxime ſit. ⁊ maxime ea homines ſua ſponte egiſſe viden-
tur: que cum mente/ rationeqꝫ egerunt. non igitur obſcurum eſt menteꝫ eſſe vel maxime vnumquemqꝫ: ⁊ hāc
maxime virum bonum amare. quare maxime ſuiꝓſius eſt amator. ¶ Correlarium. Quapropter qui maxime 34
ſuiꝓſius amator eſt: tam varia ſpecie ab amatore ſuiꝓſius qui reprehenditur tantūqꝫ diſtat atqꝫ differt/ quā-
tum vita cum ratione differt a vita cum perturbatione/ et quantum appetere quod honeſtum eſt ⁊ quod vi-
deatur prodeſſe. ¶ Quarta concluſio. Bonum hominem eſſe ſui amatorem expedit: malum autem eſſe ſui
amatorem expedit minime. Nam ſi omnes homines ad conſequendam honeſtatem/ ⁊ ad res preclariſſimas
agendas decertarent atqꝫ contenderent: omnibus ea que publice expediunt/ et ſingulis particulatim maxi-
ma bonorum contingerent/ ſiquidem virtus tale/ magnumqꝫ bonum eſt. ergo bonum hominem eſſe ſui ama-
torem expedit: nam ⁊ ſibi ipſe/ ⁊ ceteris/ honeſta agendo proderit. Sed ꝙ prauum non oporteat ſui eſſe ama-
torem: hoc ideo eſt/ ꝙ ſi vir prauus ſui ſit amator/ ⁊ ſibi nocebit/ ⁊ propinquis/ affectus prauos proſequendo.
ea enim que vir improbus agit: ab hꝭs diſcrepant que agere oportet. at vir probus que oportet ea ⁊ agit. nam
mens omnis id expetit quod ſibi optimum eſt. ⁊ probus menti obtemperat. ¶ Secundo. quia verum eſt ⁊ il- 35
lud quod de ſtudioſo adducitur: ipſum ſcilicet complura ⁊ amicorum/ ⁊ patrie gratia agere: etſi opus etiam
fuerit/ preclare mortem oppetere. Studioſus enim ⁊ pecunias/ ⁊ honores/ ⁊ ea omnino bona de quibus homi-
nes inter ſe digladiant concertantqꝫ/ ⁊ plane inſaniunt abiciet: ſibiꝓſi vendicans honeſtatem. expetetqꝫ po-
tius voluptatem breui tempore veram/ atqꝫ vehementem: ꝙ̄ longo tempore leuam. ⁊ vitam vno anno hone-
ſtam: ꝙ̄ qualemcunqꝫ ⁊ multis: ⁊ vnum actum honeſtuꝫ magnumqꝫ. ꝙ̄ multos ſed minutulos. quod forſitan
eis qui pro amicis/ quiqꝫ pro patria mortem obeunt: obtigit. Eligent profecto ſtudioſi preclaram ſibi hone-
ſtatem/ ⁊ pecunias abicient/ quo plures accipiant amici. ⁊ hinc quoqꝫ amicus facultates: ipſe vero conſequi-
tur honeſtatem/ ſibiqꝫ maius tribuit bonum. ⁊ hunc/ eundemqꝫ morem circa magiſtratus ſeruabit. nam hec
omnia amico ſuo concedet. hoc eni ipſi magis honeſtum/ atqꝫ laudabile. merito itaqꝫ videtur: ſtudioſus om-
nibus anteferens honeſtatem. quinetiam interdum in rebus agendis ſibiꝓſi preferet amicum: eritqꝫ interdū
pulchrius/ ꝙ̄ ſi ipſemet agat amico cauſam agendi fuiſſe. in cūctis igitur laudabilibus vir ipſe ſtudioſus: plꝰ
ſibiꝓſi honeſtatis tribuere videtur. ſitqꝫ pariter quemadmodum ⁊ aſtruximus: vt virum ſtudioſum ſuiꝓſius
eſſe amatorem expediat. at ſui eſſe amatorem/ quēadmodum multi ſibiꝓſis ſunt: non expedit.

bonus vir amator sui ēe debet

Eſt autē cōtrouerſia ⁊ de ipſo felice: ſi indigeat amicis nec ne. Cap. IX. 36
Non eſſe eni (inquiūt) ipſis beatis/ ⁊ ex ſeſe ſufficientibꝰ opus amicis. inſūt
eni ipſis oīa bona. Cum igitur ex ſeſe ſint ſibi ſufficientes/ nullius indigent
rei. Amicum autem inquiunt/ cum ſit alter ipſe: ea afferre amico/ que ipſe per
ſe amicus conſequi nequit. Unde ⁊ hanc ſententiam dicunt.

Fortuna cum bona eſt: amicis cur opus?

¶ At abſurdo ſimile eſt: vniuerſa bona tribuentes felici/ amicos ipſi nō tribuere/ quod
externorū bonorū maximū eſſe videt. ¶ Q; ſi ad amicū cōferre potius ꝙ̄ accipere be-
neficia ſpectat/ atqꝫ ad virum bonū/ virtuteqꝫ/ dare beneficia ꝑtinet/ magiſqꝫ honeſtū
eſt amicis ꝙ̄ alienis largiri/ beneficiaqꝫ conferre: vir ſtudioſꝰ hꝭs indigebit profecto/ qui
largitiōis beneficia ſūt accepturi. Quapropter ⁊ queritur vtrū proſperis in rebus/ an

in aduerſis opus ſit magis amicis/ vtpote cum ⁊ is qui mala fortuna vtitᷣ/ ijs idigeat
qui beneficia ꝯferent/ ⁊ ijs qui proſpera fortuna fruūtur: ijs ſit opus/apud quos benefi-
cia collocabunt? ¶ Eſt etiam forſitan abſurdum: beatū ipſuȝ ſolitariū facere. nemo enī
expetet per ſe bona cūcta habere. nā hō/ciuile aīal eſt/ ⁊ cuȝ alijs aptū vna viuere. hoc
igitur cōpetit ⁊ felici. habet enī ea omnia/ q̄ natura ſunt bona. Cōſtat autē melius eſſe
cum amicis/ probiſq;: q̄ꝫ cū extraneis ipm/ ⁊ quibuſuis cōuerſari. Amicis ergo beato
37 eſt opus. Quid igitur illi primi dicūt: ⁊ qua parte vera loquuntur? ¶ An quia vulgus
eos amicos eſſe putat qui vtiles ſunt? talibus igitur nō idiget ipſe beatus: quippe cuȝ
ipſi omnia bona inſint. Nec etiā ijs qui ob voluptatē amantur aut perparū. nā cū ſit
ipſius vita iucūda: aduētitia non indiget voluptate atq; cū amicis talibus haud indi-
38 geat: nō videtur indigere amicis. hoc aūt nō eſt forſitan veruȝ. ¶ Nā in principio di-
ctum eſt felicitatē operationē eſſe quādam. Conſtat aūt operationē ipam fieri: et non vt
quandā rem eſſe/que poſſidetur. q; ſi felicem eſſe in viuēdo ac operando ꝯſiſtit/ boni au
tem operatio/ ſtudioſa ⁊ iucunda per ſe/ vt initio diximus: reſq; propria ex ijs eſt q̄ de-
lectant/ atq; magis propinquos q̄ꝫ noſipſos: ⁊ actus illoꝝ/ q̄ꝫ noſtros poſſumus contē-
plari. ſtudioſorūq; hominū actus ſi ſint amici: iucundi ſunt ipſis bonis (habent enim
ambo ea que ſunt natura iucūda) beatus profecto talibus indigebit amicis: ſi expetit
actus bonos ⁊ proprios contemplari. taleſq; ſunt ipſius boni: ſi ſit amicus. ¶ Arbitrā
tur autem homines/ felicē iucūde viuere oportere. Solitario igitur/ difficilis eſt vita.
¶ Non eſt enī facile per ſeipſum continue operari: cū alijs vero atq; ad alios/ facile eſt.
Erit igitur operatio cōtinua magis/ cū ſit per ſeipſaȝ iucūda. qđ quidē eſſe circa beatū
ipſum oportet. Studioſus enim hoc ipſo quo ſtudioſus eſt: gaudet quidē ijs actibus/ q̄
a virtute proficiſcuntur. moleſte autē fert eos/ qui a vicijs prodeūt: perinde atq; muſi-
cus delectatur quidē elegāti cantu/ offenditur autem prauo. ¶ Fuerit etiam et q̄dam
virtutis exercitatio ex conuictu bonorum: vt ⁊ Theognidi placet. ¶ Naturalius autē
cōſiderātibus: ſtudioſus amicus expetibilis eſſe natura ſtudioſo videtᷣ. diximꝰ eniȝ id
quod eſt bonū natura/ ſtudioſo bonū/ ⁊ iucūdū eſſe ꝑ ſe. Diffiniūt aūt ipm viuere: ani-
malium quidem/ potentia ſenſus: hominum aūt ſenſus/ vel intellectionis. potētia ve-
ro ad operationem reducitᷣ/ et ipſum precipuū in operatione cōſiſtit. Ipſuȝ aūt viuere
videtur proprie eſſe ipm ſentire/ vel intelligere. at ipm viuere de ijs eſt/ que ſunt per ſe
bona atq; iucūda. eſt enī definitū. definitū aūt natura eſt bonum. Qđ vero natura eſt
bonū/ id ⁊ bono eſt bonū. quapropter oībus iucūdū eſſe videtur. Non oportet autē vi-
taȝ ſumere prauā atq; corruptā: neq; in doloribus cōſtitutā. indefinita nāq; eſt talis:
queadmodū ea que inſūt ipſi. Eritq; hoc manifeſtū magis ī ſequētibus de dolore. Si
vero ipſuȝ viuere bonū eſt: ⁊ iucūdū etiā eſt. quod vel ex eo. videtᷣ/ quia omnes appetūt
ipſum ⁊ maxīe boni atq; beati: his enī viuere maxime eſt expetibile/ et horum vita eſt
btiſſima. Qui aūt videt videre ſentit/ ⁊ q̄ audit audire/ ⁊ qui ābulat ābulare: et ī cete-
ris ſimiliter eſt aliquid ſentiens nos operari. ſentire vero nos ſentire: ⁊ intelligere nos
intelligere poſſumus. quod quidem eſt nos eſſe. eſſe enim/ ſentire vel intelligere. ſenti
re autem ſe viuere: de ijs eſt/ que per ſe ſunt iucunda. vita nāq; natura eſt bonum. bo-
num aūt ſibi quēpiā ineſſe ſentire/ voluptate afficit. Ipſum vero viuere expetibile eſt.
⁊ maxime bonis: propterea q; eſſe bonū eſt ipſis/ atq; iucundum. ſentientes enī id qđ
eſt per ſe bonū: voluptate afficiuntᷣ. At ſtudioſus vt erga ſeipſū: ſic ſeſe habet et ad ami
cum. amicus enī eſt alter ipſe. vt igitur ſeipſū eſſe eſt vnicuiq; expetibile: ſic et amicū
ſuū eſſe/ vel ſimilitᷣ. Eſſe aūt ideo eſt expetibile: q2 ſibi bonū eſſe ipſuȝ ſentit. at talis ſē-
ſus iucundus ꝑ ſeipſū eſt. ſentiat ergo et ipſū amicum eſſe oportet. hoc aūt fieri poteſt/
cū ipſo ſimul viuendo/ ⁊ verba mēteq; cōmutando. Sic enī in hominibus dici videtᷣ
ſimul viuere et non (vt in pecoribus) eodem in loco paſci. ¶ Si igitur ipſum eſſe per ſe
eſt expetibile viro beato/ cū natura ſit bonū atq; iucundum: ſimile aūt eſt ⁊ amici ipſi-
us eſſe: amicus etiam ex ijs eſt profecto/ que expetibilia ſunt beato. at quod eſt expeti-
bile beato/ id aſſit ipſi oportet: vel egens erit hac parte. Opus eſt igitur ei qui felix fu-
turus ſit: ſtudioſis amicis.

36 ¶ Non capitis note. ¶ Theodorus Atheus amicitiam ſuſtulit: eamq; neq; bonam/ neq; malam eſſe di-
cebat. nam inquit neq; ſapientibus/ neq; inſipientibus prodeſt. ſiquidem ſapientes cum ſibi ipſis ſufficiant: Theodorus.
non indigent amicis. neq; inſipientes quidem: vt qui illis vti neſciant. ſed longe ſecus eſſe/ hic Ariſtote-
38 les demonſtrat/ et felici opus eſſe amicis. ¶ Definitum/ determinatum: q2 forma/ et ſpecie vniuſcu- Ariſtoteles.

ſuiſq; rei ſuapte natura precedit. Malum aũt īdeterminatum ⁊ contra naturam. neq; tantum errare contin-
Iuuenalis. git quin et amplius. hinc homines.
Cum ſcelus admittunt/ ſupereſt conſtantia. quid fas/
Atq; nefas: tamen incipiunt ſentire peractis
Criminibus/ tamen ad mores natura recurrit
Damnatos. Et hoc plane ideo eſt (vt inquit Satyricus) ꝙ
Mobilis ⁊ varia eſt ferme natura malorum.

¶ Nonum cap. duabus concluſionibus/ ⁊ vna dubitatione partitum eſt.

Noni capitis commentarius ad litteram. ¶ Dubitatio. Utrum felix indigeat amicis necne. Et inqui- 36
unt felici minime opus eſſe amicis. ¶ Primo. quia iis opus amicis non eſt: qui ſibipſis ſufficientes ſunt. at fe
lices ſibipſis ſufficiunt: aſſunt enim ipſis omnia bona. igitur felices non amicorum modo/ ſed ne vllius quidē
rei indigent. ¶ Secundo. cum amicus ſit alter ipſe/ et ea ſoleat afferre amico que ipſe amicus per ſe conſeq
nequit: cur (vt et prouerbium habet) cum deus abunde det bona/ amicis eſt opus? non videtur igitur felici
opus eſſe amicis. Sed ex oppoſito videtur felici opus eſſe amicis. ¶ Primo. quia abſurdo perſimile vide-
tur: felici omnia bona tribuere/ non autem tribuere amicos/ qui externorum bonorum maximum eſſe viden-
tur. ¶ Secundo. ſi amici eſt potius beneficia conferre ꝙ accipere: itidem et ſtudioſi ipſiuſq; virtutis dare be
neficia/ ſitq; magis honeſtum amicis beneficia largiri: vir profecto ſtudioſus atq; felix iis indigebit amicis/
qui eius beneficia ſint accepturi. at amici/ et ſtudioſi/ et virtutis potius officium eſt beneficia conferre/ et ma
gis honeſtum eſt illa conferre amicis. indiget igitur ipſe ſtudioſus atq; felix/ amicis. Quapropter queri ſolet
quibus in rebus proſperiſne an aduerſis/ magis opus ſit amicis: quaſi cum is quidem qui aduerſa vtitur fortu
na/ tum qui ſecunda proſperaq;/ indigeat amicis. is quidem qui aduerſa laborat: iis indigeat amicis/ qui be-
neficia conferat. et qui proſpera: iis in quos beneficia collocet. ¶ Tertio. quia abſurſum/ rationiq; inconſo-
num eſt: beatum ipſum ſolitarium facere. nemo enim expeteret per ſeipſum/ ſolitariuſq;: vel cũcta bona poſ-
ſidere. nam homo ciuile animal eſt ⁊ cum aliis ſuapte natura natum conuiuere. competit igitur felici/ et cum
aliis viuere. habet enĩ oĩa que natura bona ſunt. at perpalã eſt ipſi felici melius eſſe cũ amicis/ atq; probis ꝙ
cum extraneis/ et quibuſuis hominum conuerſari. felici igitur opus eſt amicis. Sed nunc quid veruꝫ dicant/
qui primas tuantur partes: nobis videndum eſt. ¶ Prima concluſio. Felicibus haudquaꝙ opus eſt aut vti- 37
libus/ aut delectabilibus amicis. Nam ii ſunt quos vulgus appellat amicos. quibus ideo non indiget bea-
tus: quia omnia bona/ omniſq; vtilitas ſibi adeſt. Uerum neq; iis amicis qui ob voluptatem amãtur/ aut per-
parum admodũ. nam cum ipſius felicis vita per ſeipſam iucunda ſit: aduentitia non indiget voluptate. ⁊ cuꝫ
talibus non indigeat amicis: videtur iis qui primas partes defenſant/ iccirco non indigere amicis. quod non
plane verum eſt. ¶ Secunda concluſio. Felix: ſtudioſis indiget amicis. ¶ Primo. quia in principio huius 38
mo: aliis inſtitutionis dictum eſt/ felicitatem operationem eſſe quandam. ⁊ operatio ipſa fit (quemadmodum
perſpicuum eſt) neq; eſt vt res aliqua que facta poſſidetur. et felicem eſſe in viuendo/ ac operando: ⁊ bona q-
dem/ et iucũda exiſtit. nam ſtudioſi operatio per ſeipſam ſtudioſa/ iucundaq; eſt: vt iam quoq; a principio di-
ctum eſt. ſtudioſa enim operatio inter delectabilia/ maxime delectare propria res eſt. cum ergo ita ſit: et nos
magis propinquos/ eoſq; qui nobiſcum verſantur ꝙ noſipſos contemplari poſſimus/ et eorum operationes
magis ꝙ noſtras. ſtudioſorum igitur hominum (et preſertim vbi erunt amici) ſtudioſe operationes ipſis ſtu-
dioſis inuiceꝫ oppido delectabiles erunt/ atq; iucunde. habent enim ambo ea que ſuapte natura iucũda ſunt.
felix igitur talibus indigebit amicis: ſi contemplari maxime expetet actus ſtudioſos beateq; vite proprios.
ſunt etenim ipſius ſtudioſi actus tales: tum maxime vbi fuerit amicus. ¶ Secundo arbitrantur omnes feli-
cem/ iucunde viuere oportere. at ſolitario difficilis eſt vita. eliget igitur felix aliquos cum quibus conuiuat
amicos. ¶ Tertio. non eſt facile per ſeipſum continue operari: at cum aliis/ atq; ad alios facile eſt. erit igitur
cum amicis operatio magis continua: cum et cum ipſis ſit magis ſecundum ſeipſam iucunda. verum id circa
beatum ita eſſe oportet. nam ſtudioſus quatenus ſtudioſus eſt: iis actibus gaudet qui a virtute proficiſcũtur.
et moleſte eos fert qui a viciis manant: haud ſecus ac muſicus emodulato delectatur concentu/ perſtrepente
autem offenditur atq; prauo. indiget igitur felix: ſtudioſis amicis. ¶ Quarto. ex conuictu/ conſuetudineq;
amicorum: quedam fit virtutis exercitatio/ vt et Theognidi placet. expediunt igitur tales et felici. ¶ Quin
to. ſi naturalius conſideramus: videbitur ſtudioſus amicus ipſi felici natura expetibilis eſſe. nam diximus
quod natura bonum eſt: ſtudioſo bonum iucundumq; per ſe eſſe. et diffiniunt ipſum animalium viuere: potē-
tiam ſenſus habere. viuere autem hominis: habere potentiam aut ſenſus/ aut intellectionis. potentia autem
ad operandum exiſtit/ ad operationemq; refertur: et ipſum viuere precipuum in operatione conſiſtit. ipſum
enim viuere proprie eſſe videtur: aut ipſum ſentire/ aut intelligere. ⁊ viuere de iis bonis eſt: que natura ⁊ per
ſe bona ſunt/ ac iucunda. eſt enim definitum. definitum autem natura bonum eſt. quod vero natura bonum: ⁊
id quoq; ſtudioſo bonum eſt. quapropter viuere/ non ab re videtur omnibus eſſe iucundum. veruntamen non
oportet id viuere/ eamq; vitam accipere que praua/ corruptaq; ſit: aut in doloribus cõſtituta. indefinita enĩ ꝫ
talis vita eſt quemadmodum ⁊ ea que tali vite inſunt quod ⁊ in ſequentibus euadet manifeſtius/ cum de do
lore agetur. ⁊ ſi ipſum viuere bonum eſt: non minus etiaꝫ ⁊ ipſum iucundum eſt. quod vel hinc perſpici licet: ⁊
ꝙ oēs/ ipſum viuere appetunt/ ⁊ maxime boni atq; beati. his enim viuere maxime expetibile: ⁊ horum vita
beatiſſima eſt. Rurſus qui videt ſentit videre/ ⁊ qui audit audire ⁊ qui ambulat itidem ſentit ambulare: ⁊ in
ceteris conſimiliter eſt aliquid nos operari ſentiens. ſentire enim nos ſentire ⁊ intelligere nos intelligere poſ
ſumus. hoc autem ſentire/ eſt nos eſſe. eſſe eniꝫ: nobis ſentire aut intelligere eſt. at ſentire ſe eſſe/ atq; viuere:
ex iis bonis ſunt: que ꝑ ſe ſunt iucunda. vita eniꝫ: natura bonũ eſt. ⁊ natura bonũ ſibi quẽpiã ineſſe ſentire/ ꝑ ſe
iucũdũ ē. ⁊ preſertĩ maxĩe bonis/ ipſum viuere expetibile ē: quãdoquidē eſſe ipſum ipſis maxĩe bonũ iucun
dũq; ē. ⁊ id ſentiētes ſibi adeſſe ꝑ ſe bonũ: voluptate afficiunt. at ſtudioſus vt ad ſeipſuꝫ: ita quoq; ſeſe hꝫ ad
amicũ. ē enĩ amicus alter ipſe. igit vt ſeipſuꝫ eſſe vnicuiq; expetibile ē: ſic ⁊ amicũ eſſe/ aut propemodum ſi-
militer. at vero eſſe: ideo felici vel maxime expetibile eſt/ ꝙ ſibipſi eſſe/ bonũ eſſe ſentit. talis enĩ ſenſus ꝑ ſe
ipſum iucũdus eſt: ſentiat ergo ⁊ ipſum amicum eſſe/ oportet. hoc autē aliter fieri nõ pōt: ꝙ cũ ipſo viuendo/
⁊ vba mentēq; cõicando. ſic enĩ agēdo: in hominibus viuere dicitur: ⁊ non quēadmodum in pecoribus ꝙ eo-
dem in loco paſcãtur. felici igitur: ſtudioſis opus eſt amicis. ¶ Sexto. ſi ipſũ eſſe per ſe eſt expetibile beato/

cum natura ſibiipſi ſit bonum/atq; iucundum: et eſſe amici ſimile eſt/ſimiliter ipſi beato natura bonū/ atq; iu
cundum. et amicus etiam ex his que per ſe expetibilia ſūt beato: ipſi profecto beato expetibilis eſt amicus.
at quod expetibile eſt beato: vt id ipſi aſſit oportet. alioquin hac parte mancus indigensq; erit beatus. opus
igitur eſt ei qui felix futurus ſit: ſtudioſis amicis.

39 Sunt ne igitur q̄plurimi faciendi amici: an (vt de hoſpitalitate dictum) concinne fuiſſe videtur? **Ca. X.**

Hoſpite ne careas: hoſpes neq; pluribus eſto.

Sic & ad amicitiā accōmodabitur: neq; ſine amicis eſſe/neq; rurſ9 nimiū mul
40 tos habere amicos. ¶ Ad eas igit̄ amicitias que ſunt ob vtilitatem: et valde id qđ di
ctū eſt/accōmodatum eſſe videbitur. ¶ Multis enim viciſſim ſubminiſtrare: laborio
ſū eſt/neq; ad hoc agendum facultates ipſe ſufficiunt. plures igitur hijs, qui ſūt ad facul
tates proprias ſatis ſupervacanei ſunt/atq; ad bene viuendum impedimento. non er
go opus eſt ipſis. ij quoq; qui ꝯparātur ob voluptatem: ſufficiūt pauci/ vt in epulis cō
41 dimentū. ¶ At ſūt ne ſtudioſi plurimi cōparandi? An & multitudinis amicorū eſt qui
dā numer9: q̄de ac ciuitatis? Nec enī decē ex hominibus ciuitas cōſtare poteſt: nec ēt
eſt ex centū milibus adhuc ciuitas. ſed quātitas non eſt forſitā vna quedā determina
ta. ſed omnis ea que eſt media inter quaſdā multitudines definitas. et amicorum igit̄
42 multitudo quedam eſt definita. ¶ Atq; ij fortaſſe ſunt plurimi: cum quibus quiſpiā vi
uere poteſt. hoc enim ad amicitiā pertinere maxime videbatur. ¶ Fieri aūt nō poſſe
vt vna cum multis quiſpiam viuat/ſeq; multis ipertiat: nō eſt obſcurum. ¶ Preter
ea illos inter ſeſe amicos eſſe oportet/ ſi ſimul omnes victuri ſunt: hoc autē difficile eſt
in multis. ¶ Eſt etiā perdifficile/gaudere familiariter cum multis/atq; dolere. ꝯcur
rere enim hec ſimul poſſunt: cum vno inquā dolere/et cum altero gaudere. ¶ Forſitā
igitur bene eſt non querere/q̄ plurimos amicos habere: ſed quot ad cōmunē vitā ha
bendam ſufficiunt. ¶ Neq; enī poſſe videtur: multis vehemēter amicum eē. Quapro
pter neq; amare plures. exuperatio enī quedā amicitie eſt. hoc aūt eſt ad vnū. Et vehe
menter igitur amare ad paucos erit: hoc et in ipſis rebus ita ſe habere videtur. amici
tia nāq; ſodalitia/nō fiunt multi amici. et que fama celebrant̄: inter duos fuiſſe dicū
43 tur. ¶ Qui vero multos amicos habent/et omnibus ſeſe familiariter offerunt: ij nemi
ni amici eſſe videntur/niſi ciuiliter/quos et placidos appellāt. fit igit̄ vt ciuiliter mul
tis ſit quiſpiam amicus: etiā ſi non ſit placidus/ſed vere vir probus. ſed ob virtutē et
ſeipſos amicitia: nō eſt ad multos. amabile aūt eſt: et paucos inuenire tales.

41 ¶ Decimi capitis note. ¶ Myrias myriados/ decē milia. et ita vſus eſt Argyropylus. Leonardus aūt vide
42 tur vſus pro centum milibus. ¶ Ad paucos: q2 ad duos qui ſe vehementer reciproce amant.
¶ Decimum cap. duabus queſtionibus et tribus concluſionibus partitum eſt.
39 Decimi Capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Prima queſtio. An q̄ plurimi ſibi conciliandi ſūt amici:
an potius pauci? quēadmodum & de hoſpitalitate id quoq; eleganter dictū eſt.
Hoſpite ne careas: hoſpes neq; pluribus eſto.
Id videlicet ad amicitiā accōmodando: vt neq; ſine amicis ſimus/neq; rurſus nimiū multos habeamus ami
40 cos. ¶ Prima concluſio. Ad eas amicitias que ob vtilitatem/aut voluptatē cōparant̄: id recte accōmodatum
iri videtur/neq; in hiſce amicitijs cōpluribus opus eſſe amicis. Nam in amicitijs ob vtilitatem multis vici
ſim ſubminiſtrare laborioſum eſt: neq; ad id agendum facultates ipſe ſuppetunt. plures igitur ea amicorū co
pia/que ad proprias facultates ſatis eſt: ſuperuacanei ſunt/atq; ab bene viuendum plurimo ſunt impedimē
to. Non igitur opus eſt illis. & ij amici qui cōparantur ob voluptatem ſufficiunt pauci: perinde atq; in epu
lis condiendis pauca ſatis ſunt ad condimentum. non igitur ad eas amicitias que ob vtilitatē/aut volupta
41 tē cōparātur/q̄ plurimis opus eſt amicis. ¶ Secūda queſtio. An in amicitia ſtudioſa plurimi cōparādi ſint
amici? videtur ita eē. ¶ Primo. quia huiuſmodi amicorum multitudo: vt multitudo ciuitatis eē videtur ſ3
ex decem hominibus ciuitas non cōſtatur/neq; rurſum conſtatur ciuitas ex centum milibus: neq; forte ciuita
tis quātitas: quāta ſc3 eſſe debeat/ vna eſt/neq; determinata. ſed omnis ciuitas ea eſt multitudo: que eſt in
ter quaſdā multitudines determinatas. igitur et amicorū multitudo quedam eſt: hoc pacto determinata.
¶ Secundo. fieri poteſt vt ij ſint plurimi: cum quibus quiſpiam viuere poteſt. at hoc ad amicitiam vel maxi
me pertinere videtur. contingit igitur in amicitia etiā ſtudioſa: plurimos ſibi cōparare amicos. ¶ Secūda
42 cōcluſio. In amicitia ſtudioſa haud plures cōparādi ſūt amici. ¶ Primo. q2 haudquaq̄ obſcurum eſt fieri nō
poſſe vt vna pariterq; cū multis quiſpiā viuat: ſeq; multis totū impertiat. in ſtudioſa igitur amicitia: nō cō
plures cōparandi ſūt amici. ¶ Secūdo. ſi cōplures eidē cōparādi ſūt amici: oportet illos inter ſeſe eſſe ami
cos/ſi ſimul cōuicturi ſit. atq; in cōpluribus id reperiri: admodū difficile eſt. ¶ Tertio. Perdifficile eſt cōgaude
re familiariter multis/multiſq; cōdolere: quinimo hec ſimul cōcurrere poſſit ſi multos admittas amicos vt
cū vno dolendū ſit/cū altero vero gaudēdū. nō videt̄ igr̄ in amicitia ſtudioſa multis op9 eē amicis. ¶ Quar
to. q2 bonū/expediēſq; videt̄ nō q̄rere q̄ plurimos amicos hēre: ſ3 qt ad ꝯmunē vitā degēdā ſufficiūt. ¶ Quin
to. q2 poſſibile nō videt̄ vt vn9/idēq; multis vehemēt̄ amic9 ſit. & hic quoq; ſili pacto euenit vt in re amatoria
haud quaq̄ vn9 vehemēt̄ plures adamare poſſit. at amicitia in quadā exuperatione/ vehemētiaq; eſt. hec

m. iij.

autem eſt ad vnum. igitur vehementer amare/ et amicitia ad paucos erit/ et nequaꝙ̄ ad multos. treuera ſic
et a parte rei experientia cōpertum eſt. nam amicitia ſodalitia non fiunt multi vehementer amici. ſed eiuſce
amicitie quas fame celebritas reddit inſigniores: continue inter duos fuiſſe memorantur. vt inter Theſeum
et Pyrithoum: inter Eurialum ⁊ Niſum/ inter Achilem et Patroclum/ inter Agamēnoniuȝ Oreſtem et Py
ladem/ inter Pythiā ⁊ Damonem. non a ratione igitur alienum eē videtur: ꝙ in amicitia ſtudioſa non multi 43
querantur amici. ¶ Tertia concluſio. Amicitia ciuili cōplures licet/ ⁊ decet habere amicos. Nā qui multos
amicos habent/ et omnibus ſeſe familiariter offerunt: ij eorum nemini amici eſſe videntur niſi ciuiliter/ quos
quidem ciuiles amicos/ placidos appellare ſolent. fit igitur vt multis quiſpiam ciuiliter ſit amicus: ꝗ̄uis etiā
multis placidus non eſſet/ dummodo plane vir bonus eſſet. Sed amicitia que eſt ob virtutem/ et ob ſeipſos:
ad multos non eſt. ſed amabile eſt/ remqꝫ bene agi putandum eſt: paucos etiam reperire tales.

Ca. X. I

[U]Tra in fortuna magis opus eſt amicis: vtrum in proſpera an
in aduerſa? ¶ In vtraqꝫ nāqꝫ querūtur. Nam et qui fortunaȝ habent aduer 44
ſā: indigent ope. et qui ſunt in rerum proſperitate eorū indigent quibuſcū vi 45
uent/ et in quos beneficia conferent. volunt eñ largiri/ beneficiaqꝫ conferre.
¶ Amicos igitur habere neceſſarium quidē eſt magis/ in aduerſa fortuna. Quapro- 46
pter hic vtilib⁹ amicis eſt opus: honeſtius aūt eſt/ in proſperitate fortune. iccirco ⁊ bo
nos querunt. in hos eni beneficia conferre/ atqꝫ cum his vna degere: magis eſt experti
bile. ¶ Eſt enim et ipſa preſentia amicorum iucūda in vtraqꝫ fortuna. nam leuanť ipi 47
dolentes cū dolētibus ipſis amicis. Quapropter et dubitauerit quiſpiā/ ſi doloris vt
oneris amici participes fiunt: an hoc quidē non fit/ ipſorum aūt preſentia cum ſit iucū
da condolendiqꝫ ſenſus/ minuit ipſū dolorem? Uerum ſi ob hec/ aut ob aliquid ali-
ud leuantur: miſſum faciamus. id quod dictum eſt euenire ſane videtur. ipſorum aūt
preſentia immixta quedā eſſe videtur. Nam aſpicere quidē amicos iucundum eſt: pre
ſertim ei qui calamitatibus premitur fertqꝫ preſidium aliquod aduerſus dolores. Cō-
ſolationem eñ ipſe amicus et aſpectu/ et verbis afferre poteſt: modo ſi dexter. ſcit n ā-
qꝫ mores: ex quibus gaudet atqꝫ dolet. ¶ At ſentire ſuas ob erūnas dolere amicū: af-
fert dolorem. Nam oēs fugiunt ſe cauſam doloris eē amicis. quapropter viriles qui-
dē natura cauent: ne amici ſecum condoleant. et ſi non exuperant in dolentia: doloreȝ
quo illi afficiuntur non ferunt. atqꝫ omnino ſimul plorantes merenteſqꝫ non admit-
tunt: quia nec ipſi ſunt propenſi ad luctus. Muliercule vero et huiuſcemodi viri/ gau
dent ijs qui vna cum ipſis gemunt et amant eos tanꝙ̄ amicos ⁊ condolentes. oportet
aūt omnibus in rebus preſtabiliorem imitari. At amicorum proſperis in rebus preſē-
tia et voluptatē affert omni in actu/ et cogitatione delectat: ꝙ in ipſius bonis letanť.
¶ Quapropter videbitur oportere in proſperitatibus quideȝ prompte vocare amicos. 48
eſt eni honeſtū: beneficuȝ eſſe. In aduerſitatibus aūt pigre. minime nāqꝫ facere parti-
cipes malorum ipſos oportet. vnde et illud dicitur.
Sat eſt grauis/ triſtiſqꝫ/ ſine me fors premat.
Maxime tamē vocandi ſunt tunc amici/ cum parua ſuſcepta moleſtia/ multum pro-
deſſe poſſunt. contra aūt fortaſſe congruum eſt: ad calamitoſos quidē ire non vocatuȝ
et prompte. eſt eni amici beneficia conferre: preſertim in eos qui idigent/ ⁊ anteaꝙ̄ illi
requirant. vtriſqꝫ nāqꝫ honeſtius/ atqꝫ iucundius eſt. Ad fortunatos aūt prōpte qui-
dem accedere ad operandum vna cum illis. Eſt eni ad hec opus amicis: lente aūt ꝓ be
neficijs conſequendis. non eſt eni honeſtū vtilitatis ſue cauſa properare. Cauēda autē
eſt forſitan opinio iniucunditatis in repellendo: accidit eniȝ nonnūꝙ̄. preſentia igitur
amicorum in vniuerſis expetibilis eſſe videtur.

¶ Undecimi capitis note. ¶ Ariſtoteles virile non putat: muliercularuȝ more lachrymas fūdere/ plāgere/ 47
et eiulari/ neqꝫ virile eſt. virilibus tamen pietas inuenit lachrymas. vt ſicuit dominus ſup Hieruſalē/ ſicuit ſu
per Lazarū cum eū fetentem reuocauit ad vitā. et viſus eſt lachrymari ſepe/ ridere nūꝙ̄. lachryme enim ple-
rumqꝫ ſunt magne humanitatis ſignū/ et ee preſertim que ex pietate prodeunt.

Ariſtoteles. Dominus. Hieruſalem. Lazarus.

¶ Undecimum cap. vna queſtione/ duabus concluſionibus/ et duobus correlarijs partitum eſt.
Undecimi capitis cōmentarius ad litteraȝ. ¶ Queſtio. In qua fortuna proſpera ſcȝ/ an aduerſa magis 44
op⁹ eſt amicis: ¶ Prima concluſio. In vtraqꝫ fortuna parādi ſūt amici. Nam qui durā/ aduerſāqꝫ experiūť 45
fortunaȝ: amicorum indigēt ope. ⁊ quos rerū proſperitas ad rerū culmē euehit: ij ea indigēt amicis cū qb⁹ vi
uāt/ et in quos beneficia conferāt. volūt eni elargiri/ beneficiaqꝫ cōferre. ¶ Primū correlariū. Quo fit vt in ad 46
uerſa fortuna amicos habere magis neceſſariū ſit: in ſecūdis aūt rebus honeſti⁹. nā in reb⁹ aduerſis vtilibus
amicis opus eſt: in rerū aūt proſperitate/ boni ꝗrunť amici. nā in hos beneficia cōferre/ atqꝫ vna cū his dege
re: magis expetibile ē. ¶ Secūda ꝯclo. preſentia amicoruȝ: in vtraqꝫ fortuna cum aduerſa/ tū ſecunda iucū- 47
da eſt. Nā in aduerſa fortuna: leuanť ipſi dolentes/ cum dolentibus amicis. et ꝓinde ꝗri ſolet/ an amici dolo-
ris (vt portādi oneris) ꝑticipes fiāt: cū alter alterū alleuiat: an id ꝗdē nō hoc mō fiat/ ſȝ qm̄ ipſoȝ preſētia cū

ſit iucunda/ ipſeq; condolendi ſenſus imminuit dolorem. verum impreſentiarū an ob hec que allata ſunt/ an
ob aliud quicq̄ alleuiantur: miſſum faciamus/ tametſi ob idipſum quod dictum eſt rationabiliter id euenire
videatur. nam ipſorum preſentia lugubribus rebus immixta: cauſa alleuiationis eſſe videtur. aſpicere enim
amicos iucundum eſt/ preſertim ei qui calamitatibꝰ premitur/ ferrq; preſentia aliquod aduerſus dolores pre-
ſidium. adde ꝙ conſolationem ipſe amicus: et aſpectu/ et verbis afferre poteſt modo affabilis ſit/ atq; dexter.
ſcit enim amicus/ amici mores: ex quibus gaudet/ doletq;. ¶ Attamen viriles natura cauent ne amici ſecū
condoleant. at muliercule/ molliculiq; viri: id affectant. Nam ſentire ſuas ob erumnas dolere amicum: dolo
rem affert. fugiunt enim omnes/ ſe cauſam doloris eſſe amicis. qui igitur viriles ſunt: cauent ne ſui gratia vi
deant amicos dolentes. et ſi non exuperent in dolore: dolorē quo amici afficiuntur non ferunt. ¶ Secundo.
viriles: ſecum omnino plorantes/ merentesq; non admittunt. quia nec ipſi quidem ſunt ad luctus merorēq;
propenſiores. at muliercule/ et mulieroſi viri gaudent iis qui vna ſecum gemunt/ hoſq; amant tanq̄ amicos:
et condolentes. verū operepreciū magis eſt omnibus in rebus preſtabiliorem imitari ipſumq; virilem. et
proſperis in rebus amicorum preſentia in omni actu/ et cogitatione voluptatem affert/ ac delectat ꝙ amici ī
48 eius proſperitatibus letantur. ¶ Secundum correlarium. Quo videtur oportere in proſperitatibus prom-
pte vocare amicos/ in aduerſitatibus autem tarde. ꝙ irridente fortuna honeſtum eſt beneficum eſſe: ⁊ duris
prementibus caſibus/ minime decet amicos malorum participes efficere. vnde et recte id dicitur.
Sat eſt grauis/ triſtiſq;: ſine me fors premat.
Verūenimuero tum maxime vocandi ſunt amici: cum parua ſuſcepta moleſtia plurimum prodeſſe poſſunt.
Contra autem forte congruum eſt amicum ad calamitoſos ire nō vocatum: et prompte quidem. nā amici eſt
beneficia conferre ⁊ preſertim in eos qui indigent: et anteaq̄ illi requirant. id enim vtriſq; honeſtius atq; iu
cundius eſt. et ad fortunatos identidem prōpte accedendū eſt: ad vna cum illis agēdū. eſt enī magnis in pro
ſperitatibus opus amicis. ſed lente pro beneficiis conſequendis ire decet. nam nō ſatis honeſtū eſt: ſue vtili-
tatis cauſa/ ad amicos properare. cauenda etiam hac in re eſt opinio iniucūditatis: aut ob moleſtiam/ aut ob
repulſam. accidit enim nonnunq̄. effectum igitur eſt vel per q̄ manifeſtum: preſentiam amicorum/ in cun-
ctis fortunis expetibilem/ atq; iucundam eſſe.

49 AT eſt ne: vt adamantibus amabiliſſimum eſt ipſe aſpectus **Cap. XII.**
magiſq; hunc ſenſum q̄ ceteros expetunt/ propterea ꝙ per hunc maxime eſt/
atq; oritur amor/ ſic et amicis maxime expetibile conuerſari/ ſimulq; viuere?
Amicitia nāq; communicatio eſt. ¶ Et vt ad ſeipſum quiſq;: ſic ſeſe habet ⁊
ad amicum. ſenſus autem vniuſq; circa ſeipſum eſt expetibilis. et circa igitur amicū.
¶ At operatio ipſis in ſimul viuendo fit. Quare non immerito viuere ſimul affectant.
Atq; quod tandem eſt ſingulis eſſe/ vel gratia cuius viuere expetunt: in eo cum ami-
cis verſari degereq; volunt. Quocirca alii compotant/ alii talorum ludo ſimul incū-
bunt. alij ſimul ſeſe exercent: et vna venantur aut philoſophantur/ ſinguli totos dies
id ſimul agentes quod maxime amant. ¶ Viuere enim ſimul cum amicis volentes/
hec faciunt/ et ea cum his cōmunicant/ quibuſcum vna viuere expetunt: que maximū
50 ipſos in vita delectant. ¶ Fit igitur amicitia quidem improborum flagitioſa. Cōmu-
nicant enim praua/ ſuntq; inſtabiles: et peiores etiam fiunt moribus/ ſimiles euadē-
tes. Proborum autem proba congreſſionibus ſuſcipiens incrementa. videntur etiam
tales et preſtabiliores euadere/ tam agendo q̄ ſe mutuo emendando. eliciūt enī ex ſeſe
mutuo ea que placent. vnde illud dicitur recte.
Dices ex ſtudioſis nimirum optima ſemper.
Sed hactenus de amicitia. Deinceps de voluptate dicamus.

¶ Duodecimi capitis note. ¶ Qꝫ vitanda ſit prauorum conſuetudo ac amicitia: a Satyrico diſce. Iuuenalis.
Dedit hec contagio labem
Et dabit in plures. ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit et porrigine porci.
Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.
Ita mali ſeipſos inficiunt et abinuicem viuendi labem contrahunt/ prauāq; vite conſuetudinem.
¶ Duodecimum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.
49 Duodecimi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Prima cōcluſio. Amicorum precipuum munus atq; of-
ficium eſt: vna conuerſari ſimulq; viuere. ¶ Primo. quia vt in adamantibus ſuauiſſimum eſt videre et vt
hunc ſenſum magis q̄ ceteros expetunt/ ob idipſum ꝙ amor per ipſum et exiſtit et oritur: ita et amicis con-
uerſari ſimulq; viuere expetibile videtur. nam amicitia quedam communicatio eſt. ¶ Secundo. vt quiſq;
ad ſeipſum: ſic ſeſe habet et ad amicum. at ſenſus circa ſeipſum vniuiq; eſt expetibile. igitur et circa amicū.
¶ Tertio. Amicitie operatio ipſis fit amicis: ſimul conuiuendo. non igitur immerito: ſimul ipſi viuere affe-
ctant. ¶ Quarto. quod tandem ſingulis gratiſſimum eſt eſſe/ et gratia cuius viuere expetunt: in eo ipſi cum
amicis verſari/ degereq; volunt. quocirca alij compotant/ alij teſſerulas iactant/ alij ſimul exercentur/ alij ſi-
mul venantur aut philoſophantur: ſinguli in iis totos dies exigentes/ que ſibi gratiſſima ſunt in vita. viuere
enim ſimul cum amicis volentes: hec faciunt. et ea que eos in vita maxime delectant cum iis communicant:
50 cum quibus vna viuere volunt/ ac expetunt. ¶ Secunda concluſio. Amicitia improborum flagitioſa eſt: pro
borum autem proba. Nam improbi communicant praua/ nullam ſtabilitatem firmamentūq; habentes: eua-
duntq; deteriores: ꝙ mutua conſuetudine reddantur ſimiliores. at proborum amicitia: ipſis congreſſionibus
incrementa ſunt. quinimmo et tales etiam cum agendo/ tum ſe mutuo emēdando/ euadunt preſtabiliores.

eliciūt enim ex ſeſe mutuo ea ipſa que placent/ et ex quibus placere poſſunt. vnde ⁊ illud a bonis quidem bona. ſed de amicitia hactenus dictum ſit abunde. Nunc autē ad determinandum de voluptate: tranſeundū eſt.

¶ Noni Ethicorum Ariſtotelis Finis.

Decimus ethicorum Ariſtotelis: Argyropylo interprete.

POſt hec ſequitur forſitan vt de voluptate dicamus. Cap. I. 1 ¶ Maxime nāq; voluptas noſtro generi familiaris eſſe videtur. Quapropter erudiunt iuuenes: gubernantes ipſos voluptate/ atq; dolore. ¶ Videtur autem ad conſequendam moris virtutem maximum eſſe: gaudere ijs quibus oportet/ et odiſſe ea que oportet. comitantur enim hec tota in vita momentum et vim ad virtutem habētia felicēq; vitā. nam eligunt quidem ea que voluptate afficiunt: fugiunt autem ea que dolorem efficiunt. ¶ Talia vero minime pretermittēda eſſe videntur. preſertim cum magna de ipſis ſit controuerſia. Quidam enim ſummum bonum voluptatem eſſe dicunt. quidam contra/ vehementer prauū: partim forſitan ⁊ credentes ſic eſſe/ partim putantes ad vitam noſtram melius eſſe voluptatem oſtendere prauam eſſe/ et ſi talis nō eſt. pleriq; enim propenſiores ſunt ad ipſam: et voluptatibus inſeruiunt. Quāobrem ad contrarium ipſos ducere oportere dicunt. ſic enim ad ipſum medium tandem peruenient. ¶ Fortaſſe autem hoc non bene dicitur. Sermones enim qui de affectibus ſiūt/ et actibus: minus creduntur ꝗ opera. Cū 2 igitur ab ijs diſcrepant que ſenſu percipiuntur: tum ſpreti veritatem etiam ipſam interimunt. qui nāq; voluptatem vituperat: is ſi eam viſus nonnunꝗ fuerit affectare/ ad ipſam inclinari videtur vt talem omnē. diſtinguere nāq; non eſt ipſius multitudinis imperite. Sermones igitur veri/ non ſolū ad ſciendum: ſed ad viuendū etiam perutiles eſſe videntur. creduntur enim cum ſunt operibus conſentanei. Quapropter hortantur eos qui ipſos intelligūt: ad ita viuendū/ vt ipſi definiūt. ſed de his hactenus. Nunc ea que de voluptate dicta ſunt referamus.

Dominus. Scribe. Phariſei. Rufinus. Philoſoph⁹ dialectic⁹.

¶ Primi capitis note. ¶ Dominus in euāgelio ſcribas et phariſeos arguit: ꝙ vnum facerent/ et aliud docerent. que dicunt inquit facite: que autē faciūt nolite facere. et vita in humanis: pluſq; verba predicat. cū enī vita ⁊ verba in morum harmonia conſonant: deus (qui ipſa veritas eſt) in illis habitat. quod Rufinus Aquileienſis de philoſopho dialetico in concilio Niceno ad fidei rectitudinem cōuerſo cōprobat. Cum enim nullis argumentorum circuitibus a gentilieio errore retrahi valeret: vbi quidā ſimplex homo captionū ignarus ſenex ſolitudinis accola/ verbi non auditor ſed factor/ paucula (que deus inſpirabat) diſſeruiſſet: man⁹ victus nō diutius reluctat⁹ dedit phūs/ ſacro lauacro protinus regenerat⁹. Adiecitq; . donec verbis mecū geſta res eſt: verba verbis oppoſui et que dicebantur dicendi arte ſubuerti. vbi vero pro verbo virtus ex ore dicentis proceſſit: non potuerunt reſiſtere verba virtuti. vides quo pacto vite virtus predicat: et ſimplicitatem ſapiētum eloquentia ad vitam eſſe efficaciorem. Quapropter ex agendorū libris ſtudendū eſt non dicere: ſed potius operari. debent enim bona opera: bonos ſemp̄ preire ſermones/ que vbi coniuncta ſunt. vita verax pluſq; verba quecunq; inſtruit/ illiq; peramplius creditur.

¶ Primum cap. duabus concluſionibus partitum eſt.

De voluptate determinandū. et cet.

Primi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Poſt ea que determinata ſunt: cōſequens de voluptate determinatio/ cōſentanea eſſe videtur. ¶ Primo. quia maxime voluptas hominibus addicta peculiariſq; eſſe videtur. et hinc quoq; iuuenes erudiunt: eos voluptate/ atq; dolore formantes. ¶ Secundo. quia maximū eſſe videtur ad morum virtutes conſequendas: ijs gaudere quibus oportet/ et ea itidē odio habere que oportet. gaudere enim/ et odio habere/ per totam vitā ſe diffundūt: ad felicitatē beatāq; vitā pōdus poteſtatēq; habētia. nā tota in vita ea eligūt que voluptate afficiunt: fugiūt aūt ea que dolorem efficiūt. igitur ſequēs de voluptate determinatio: videtur conſētanea. ¶ Tertio. de voluptate et dolore minime determinatio omittenda eſſe videtur: ob id vel maxime ꝙ de ipſis magna agitatur cōtrouerſia. nāquidā aſtruūt voluptatē ſummū eſſe bonū. quidā econtra/ grande eſſe admodū malum: primis forte credentibus reuera ſic eſſe: ſecundis vero arbitrantibus ad noſtram vitam ſatius eſſe oſtendere voluptatē prauā eſſe/ etſi praua nō ſit/ ꝙ pleriq; propenſiores ad ipſam feruntur/ ipſiſq; voluptatibus inſeruiunt. ⁊ proinde ad contrarium ipſos perducere ſalubre ducunt: ſic enim ad ipſum medium tandem peruenturos. ¶ Secunda concluſio. Minime ei incumbit qui voluptatē bonam eſſe ſentit: eam oſtēdere prauam/ eamq; verbis inſectari. Nam ſermones qui de affectibus actibuſq; humanis fiunt/ minus ꝗ opera ipſa creduntur. cum ergo verbis diſcrepant ab ijs que ſenſu proſequi percipiuntur: tum ſpreti veritatem etiam ipſam infirmant/ atq; interimunt. nā qui voluptatem vituperat ſi quando eam affectare deprehendatur: ad ipſam/ immo ad omnem voluptatem inclinari videbitur. diſtinguere enim: nō eſt ipſius imperite multitudinis. vidētur itaq; ſermones veri ipſiſq; vite reſpondentes/ non modo ad ſciendum/ verum etiam ad viuendum eſſe vel vtiliſſimi. creduntur enim tum ſermones: cum ipſi ſūt operibus conſētanei. qua in re eos hortantur veraces: qui eorum vitam intelligūt ad ita viuendum vt ipſi verbis definiunt. ſed de his hactenus. nunc ergo que de voluptate ab alijs dicta ſunt/ adducere videbitur oportunum. 2

ſermones operibus conſentanei creduntur.

3 Eudoxus itaqȝ voluptatem ex eo ſummum bonū eſſe putabat: Cap. II.
quia cernebat vniuerſa ipſam affectare/ ⁊ que rationem habent/ ⁊ que exper
tia ſunt eiuſdē. atqȝ in cunctis quod eſt expetibile/ bonum eſſe: ⁊ quod maxi
mum eſt expetibile/ optimum eſſe. vniuerſa vero ad idē ferri declarat: omni
bus illud optimum eſſe. Vnunquodqȝ enim id quod eſt ſibi bonum inuenire dicebat: quēadmodum ⁊ alimentum. Quod igitur vniuerſis eſt bonum/ quodqȝ cuncta affectant: id eſſe ſummū bonum aiebat. huius autem viri rationes ob moris magis virtutem: ꝙ propter ſeipſas credebantur. valde enim videbatur eſſe modeſtus. non igitur vt voluptatis amicus hec dicere videbatur: ſed quia vere res ita ſe habēt. ¶ Non minus autem hoc manifeſtum eſſe cenſebat/ ⁊ ex contrario. Dolorem enim etiam dicebat fugiendum per ſe omnibus eſſe. itaqȝ contrariū expētibile eſſe ſimili modo. maxime autem id expetibile eſſe: quod non ob aliud neqȝ cuiuſꝙ expetimus gratia. atqȝ tale ipſam eſſe ſine controuerſia voluptatem. neminem eni interrogas/ cuiuſnā gratia capiat voluptatem: propterea ꝙ ꝑ ſeipſam expetibilis eſt ipſa voluptas/ facereqȝ ipāz quoduis bonum expetibile magis/ ſi illi addatur/ vt iuſtas operationes tēperataſve. ⁊ incrementa ſuſcipere bonum ipſum ſeipſo. ¶ Videtur autem hec ratio voluptatem oſtendere bonum eſſe: ⁊ non magis ꝙ aliud bonum. Omne enim bonum expetibilius eſt cum alio bono/ ꝙ ſolum. Tali itaqȝ ratione ⁊ Plato tollit voluptatem ſummū eſſe bonum. Vitam enim iucundā cum prudentia dicit expetibiliorem eſſe ꝙ ſi ſit ſola. ꝙ ſi mixtum eſt preſtabilius: voluptatem ſummū bonū non eſſe. nullo enim addito: ſum
4 mum bonum ſe expetibilius fieri. ¶ Conſtat autem nec aliud quicꝙ ſummū eſſe bonū quod cum eorū aliquo que ſunt per ſe bona/ expetibilius fit. quid igitur eſt tale: cuius ⁊
5 nos participes ſumus? nā tale querit̄ bonū. ¶ Qui vero negāt bonum id eſſe quod omnia appetunt: ij nihil omnino dicunt. Quod eni vniuerſis videtur: id eſſe dicimus. qui aūt fidē hanc tollit: nō multo credibiliora dicet. ¶ Nā ſi ea ſolū que mēte carent ipſam appeterent: eēt aliquid quod dicitur. ſin vero ⁊ ea que prudentiā habēt ipſam affectant: qui fit/ vt aliquid dicant? Fortaſſe aūt ⁊ in prauis eſt aliquod naturale bonū
6 preſtabilius ꝙ ipſa per ſe ſunt: quod proprium appetit bonum. ¶ Non videtur etiam ⁊ de contrario recte dici. Inquiunt eni: non ſi dolor ſit malum/ voluptatem cōtinuo bonum eſſe. aduerſatur enim ⁊ malum malo: ⁊ ambo ei quod neutrū eſt. atqȝ hec nō male dicunt: non tamē vere in ijs que ſunt dicta. Si enim ambo eſſent mala/ oporteret ⁊ fugienda vtraqȝ eſſe. ſin neutra: neutrum/ aut ſimiliter. nunc vero illū quidem fugere vt malum/ hanc autem expetere tanꝙ bonum vident̄. ſic igitur ⁊ opponūtur.

1 ¶ Secundi capitis note. ¶ Eudoxus Gnidius auditor fuit Archite. partes voluptatis ſummum bonum eē defendebat. alioquin multū modeſte vite. de quo ⁊ ſuperior alio in loco habitus eſt ſermo. Eudoxus Archytas

¶ Secundum cap. vna opinione/ ⁊ tribus concluſionibus partitum eſt.

3 Secundi capitis cōmentarius ad litteram. ¶ Opinio Eudoxi Gnidij de voluptate. Eudoxus voluptatē ſummum bonum eſſe putabat. ¶ Primo. inductus hac ratione ꝙ cerneret vniuerſa voluptatē affectantia: tū que rationis capacia/ tum que eiuſdē ſunt expertia. ꝙqȝ cerneret in cunctis quod expetibile eſt/ id bonum eſſe: ⁊ quod maxime expetibile optimum eſſe. igitur ꝙ vniuerſa ad voluptatez feruntur: id declarat/ omnibus eam ſummū bonum eſſe. dicebat enim Eudoxus vnūquodqȝ: id qđ ſibi bonum eſt/ particulareqȝ bonum inuenire. quod igitur (aiebat) vniuerſis bonū eſt/ quodqȝ affectant oīa: ipſuz ſummū bonū eſt. Et huius viri ſermones magis ob morū eius elegantiam/ ac ꝓbitatē/ ꝙ propter ſeipſos credebantur. valde enim videbatur modeſtus Eudoxus. quare non amicus voluptatis hec dicere videbatur: ſʒ quia ita rem ſe habere credidit. ¶ Secundo. quia voluptatem ſummū bonum eſſe non minus ex cōtrario deprehenſum eē cēſebat. dolorem enim dicebat omnibus ꝑ ſe fugiendum eſſe. igitur ⁊ doloris contrariū/ ipſamqȝ voluptatē omnibus ſimili pacto ꝑ ſe expetibilem eſſe. at vero maxime id expetibile ē: quod nō ob aliud ꝗcꝗ/ neqȝ cuiuſꝗ expetimus gratia. tale autem ipſam voluptatem ſine controuerſia eſſe. neminem enim (inquit) interrogas: cuiuſnā gratia capiat voluptatem hanc videlicet ob cauſā ꝙ per ſeipſam expetibilis eſt ipſa voluptas. ¶ Tertio. dicebat voluptatem ipſam quoduis bonum magis expetibile facere/ ſi illi addatur: vt iuſtas operationes/ temperataſve magis expetibiles/ ⁊ incrementa ſuſcipere bonum ipſum ſeipſo/ voluptatemqȝ voluptate. ¶ Sed hec Eudoxi ratio flaccida eſſe videtur/ ⁊ oſtendere quidē voluptatē bonū eſſe: at nō magis ꝙ aliud quodqȝ bonum. ſiquidē omne bonum expetibilius eſt cum altero bono/ ꝙ ipſum ſolum. Verum eadē ratione qua innititur Eudoxus: tollit Plato voluptatem ſummū bonum eſſe. inquit enim Plato: vitam iucundam cū prudentia expetibiliorem eſſe/ ꝙ ſi ſola vita iucunda ſit. quod autem mixtum/ preſtabilius eſt: ſummū bonum nō eſt. nō eſt igitur voluptas ſummū bonum. nullo enim addito: ſummū bonum ſe expetibilius fit. ¶ Prima
4 concluſio. Hec Platonis ratio minime ſufficiens eſt. Nam ſi hec Platonis ratio vera eſſet: manifeſtum id quoqȝ eſſet neqȝ vllum quidem aliud eſſe ſummū bonū. nā nec aliorum quicꝙ eſt: quod cū aliquo eorū que ꝑ ſe bona ſunt/ expetibilius non ſit. quid igitur aliud ſummū bonū eſſet: cuius ⁊ nos in hac vita participes eſſe poſſemus? nam tale queritur bonum. ¶ Secunda cōcluſio. Neqȝ quidem prime rationi Eudoxi ſatiſfaciūt: qui negant id bonum eſſe/ quod omnia appetunt. etenim nihil quod conducat: omnino dicere videntur.

voluptas an bonum summum.

Eudoxi modestia.

voluptas summū esse bonū nō pot. Et cur.

Plato.

Platonis aduersus Eudoxum ratio insufficiens.

Eudoxi rones a quibusdam non recte aduer.

¶ Primo, quia quod omnibus eſſe videtur/ id eſſe dicimus. ⁊ qui hanc fidem tollit: nõ multo credibiliora dicet.
videtur autem omnibus voluptas bonum eſſe: voluptas igitur bonum eſt. ¶ Secundo. quoniam ſi ea ſoluꝫ
que mente capta ſunt/ voluptatem appeterẽt: aliquid forte dicere viderẽtur. at vero ſi ⁊ eã ꝗ prudẽtia predi-
ta ſunt/ voluptatem affectant: qui fit vt aliquid dicant? Et ſi eam praui appetunt: nichil inde efficitur ipſam
malã eſſe. nã fortaſſe ⁊ in prauis eſt aliquod naturale bonuꝫ/ preſtabilius ipſis que per ſe bona dicuntur:
quod proprium appetit bonum. ¶ Tertia concluſio. Neqꝫ ſufficientem rationi que ſumebatur a cõtrario ad- 6
hibuere reſponſionem. Soluunt enim dicentes non continuo fieri: ſi dolor malum eſt/ voluptatẽ bonum eſſe.
nam aduerſatur ⁊ malum malo: ⁊ ambo mala ei quod neutrum eſt ipſi ſcilicet medio. neqꝫ hec quidem male
ipſi dicunt: non tamen vere ad propoſitum/ ⁊ in iis que dicta ſunt. naꝫ ambo ⁊ dolor ⁊ voluptas mala nõ ſũt.
ſi enim ambo mala eſſent: oporteret ⁊ ambo fugienda eſſe. ⁊ ſi neutra mala: neutrum fugiendum. aut ſi alte-
rum eodem iure ⁊ alterum. at vero nunc conſtat eos dolorem fugere vt malum: voluptatem autem petere ve-
lut bonum. ſic ergo ⁊ adinuicem opponuntur/ vt videlicet malum bono; non autem vt malum malo. non igiẽ
ſatis apte illam Eudoxi diluebant rationem.

At qui neqꝫ ſi voluptas non eſt qualitas: propter hoc bonũ non Cap. III. 7
eſt. ¶ Neqꝫ enim operationes virtutis ſunt qualitates: neqꝫ felicitas ipſa. 8
¶ Dicant etiam bonum quidem ipſum definitum eſſe. voluptatem vero in-
definitum: quia ſuſcipit intenſionẽ/ remiſſionẽ ve. ¶ Si igitur ex eo quia ma-
gis voluptas/ minuſ ve capitur hoc dicant: erit idem ⁊ circa iuſtitiã/ ceteraſqꝫ omnes
virtutes/ quibus manifeſte dicunt magis/ minuſ ve tales eos eſſe/ qui ipſas habent. nã
magis ſunt iuſti/ forteſ ve. ⁊ fit: vt ⁊ iuſte agatur ac temperate magis ⁊ minus. ¶ Sin
in voluptatibus hoc inquiũt eſſe: videant ne fortaſſe non dicant cauſam/ ſi voluptatũ
alie ſint mixte/ alie immixte. Quid autem prohibet vt ſanitas que definita eſt/ magis
eſt atqꝫ minus: ſic ⁊ voluptates eſſe? Non enim eadem in cunctis eſt temperatio: nec
vna quedam ſemper eſt in eodem. Sed cum remittitur permanet vſqꝫ ad aliquem ter-
minũ: ⁊ differt ex eo quia magis eſt atqꝫ minus. tale igitur ⁊ in voluptate eſſe poteſt.
¶ Preterea ſummum quidẽ bonum perfectum eſſe/ motiones autem ⁊ generationes 9
imperfectas eſſe ponentes: voluptatem motionem eſſe/ generationẽ ve oſtendere eni-
tuntur. Sed non dicere bene videntur. non eſt enim motus. omni namqꝫ motui pro-
prium eſſe videtur celeritas tarditaſ ve/ etſi non per ſeipſum: vt motui ipſius mũdi ad
aliud. at neutrum horum competit voluptati. Fit enim vt aliquis cito ſit conſtitutus
in voluptate: quemadmodũ et in ira. vt velociter autẽ delectetur/ nõ fit: neqꝫ ad aliũ.
ſed fit vt velociter ambulet/ ⁊ accreſcat/ ⁊ omnia id genus. Fit igitur vt celeriter atqꝫ
tarde quiſpiam ad voluptatẽ mutetur. at nõ fit/ vt hac ipſa celeriter operetur: id eſt de-
lectetur. ¶ Generatio vero quonam fuerit modo? Etenim nõ ex quouis fieri quoduis:
ſed ex quo fit in id diſſolui videtur. ⁊ cuius generatio eſſet voluptas: eius eſſet corru-
ptio dolor. ¶ Dicunt autem dolorem quidẽ indigentiã eius eſſe quod eſt ſecundũ na- 10
turam: voluptatẽ vero repletionẽ. hi autem affectus: corporis ſunt. ſi igitur voluptas
repletio eius eſt quod eſt ſecundũ naturam: id ⁊ voluptate afficitur/ in quo eſt repletio.
corpus ergo capit voluptatem. At non videtur. non eſt ergo voluptas repletio. ſed dũ
fit repletio: voluptate quiſpiam afficitur/ ⁊ dũ ſecatur dolet. ¶ Opinio autẽ hec: ex do-
loribus circa alimentum/ et voluptatibus orta fuiſſe videtur. Nam indigentes facti
et antea affecti dolore/ repletione capimus voluptatem. Hoc autem circa omnes acci-
dit voluptates. nam ſine dolore ſunt ⁊ ipſe mathematice voluptates/ ⁊ que per olfa-
ctum ⁊ auditum fiunt ac viſum: vt ſpes complures/ item ⁊ recordationes voluptate
afficiunt. Cuius igitur he generationes erunt? nullius enim rei fuerũt indigentie cu-
ius repletio fuerit. ¶ Ad eos autem qui proferunt voluptates eas que ſunt obſcene/ ac
improbe: dicere quiſpiam poteſt ea que tales afferunt voluptates nõ eſſe iucunda. Nõ 11
enim ſi praue diſpoſitis ſunt iucunda: putandum eſt ⁊ iucunda ſimpliciter eſſe/ niſi il-
lis. quẽadmodũ neqꝫ ſalubria aut dulcia/ aut amara que egrotãtibus: aut alba que lip-
pis videntur. ¶ Vel hoc modo dicatur. Voluptates expetibiles quidẽ eſſe/ non tamẽ
ab illis. quemadmodum ⁊ diuitem eſſe expetibile quidem eſt: at nõ ex patrie proditio-
ne. ⁊ ſanum eſſe/ at non quodcunqꝫ edendo. An voluptates differunt ſpecie? Diuerſe
namqꝫ ſunt que ab honeſtis rebus ⁊ que a turpibus prodeunt. ⁊ non fit/ vt quiſꝗ iu-
ſti capiat voluptatem/ ſi non ſit iuſtus/ aut muſici ſi non ſit muſicus/ ⁊ in ceteris ſimi-
li modo. ¶ Oſtendere autẽ videtur ⁊ ipſe amicus/ cum ſit ab adulatore diuerſus: non 12
eſſe voluptatem bonum/ aut ſpecie voluptates differre. hic enim ad bonum: ille ob vo-
luptatem congredi videtur, ⁊ ille quidem vituperatur/ hunc autem laudant: vt ad di-

uerſum congredientem. ¶ Nemo preterea expetet ita viuere vt mentem habens per vitam pueri/ iis ex rebus capiat voluptatem quibus pueri maxime delectantur vt putant: aut gaudere/ turpiſſimum quid faciendo nullum vnꝗ̃ ſuſcepturus dolorē. et cōpluribus indulgeremus rebus: etiam ſi nullam voluptatem afferrent. Damus enim operam vt videamus/ vt meminerimus/ vt ſciamus/ vt habeamus virtutes. Q̃ ſi neceſſario hec ſequatur voluptas: nichil refert. expeteremus enim hec etiam ſi nulla proſus ab ipſis prouentura eſſet voluptas. voluptatē igitur neqꝫ ſummū bonū eſſe/ neqꝫ expetibilem omnem/ & voluptates nōnullas eſſe per ſe expetibiles/ ſpecie differētes: aut eas a quibus proueniunt perſpicuum eſſe videtur. Ea igitur que de voluptate/ doloreqꝫ dicuntur: ſatis ſint dicta.

7 ¶ Tertij capitis note. ¶ Primum refellit Ariſtoteles eos: qui dicunt voluptatem non eſſe bonum quia ſit
8 qualitas. ¶ Caliditas tandiu mixta dicitur: quandiu natura intenſiſſima non eſt. nam quādiu remiſſa eſt: tādiu videtur nōnichil ſui contrarij habere permixtū. immixta autem/ & pura caliditas: que ſimplex eſt caliditas et a ſui contrarij confuſione aliena. ita ꝙdiu nōnichil remiſſum habet voluptas: videtur ſuo contrario permixta. & proinde non ſimplex ſed permixta. ea vero cui nichil natū eſt aduenire intēſionis/ & que abſoluta ma
9 ximaqꝫ eſt: eam dicunt ſimplicem atqꝫ immixtā. ¶ Etſi motus non ſecundum ſeipſū velox/ vel tardus dicitur: ad aliū tamē eiuſdem ſpeciei motū ei cōuenit velocē eſſe aut tardū/ aut a ſe prius/ & poſterius. nichil enī prohibet in principio motus tarditatem ineſſe: in fine autē celeritatem. vt in motu ſecundū naturā cōuenit. ¶ Vt lumen cito fit/ non tamen velociter proprie/ neqꝫ ad ſe neqꝫ alterū: ita voluptas cito fit/ ſed non velociter/ neqꝫ ad ſe/ neqꝫ ad alterū. ¶ Expetibile eſt ſanū eſſe: ſed non ex fornicatione aut adulterio. neqꝫ quiſꝙ
11 ad hoc egritudine adduci debet: vt debeat fornicariam venerē admittere/ pro reparanda valitudine. neqꝫ captus in carcere ad hoc adduci: vt vitam redimat ex patrie proditione. eſt enim expetibile: ſed non hoc modo. ¶ Tertium cap. ſex concluſionibus partitum eſt.

7 Tertij capitis cōmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Minime oſtendunt ſi voluptas nō eſt qualitas: iccirco bonum non eſſe. Nam neqꝫ virtutis operationes ſunt qualitates: imo neqꝫ ipſa felicitas. attamen
8 hec bona ſunt: nō igitur fit ſi voluptas non eſt qualitas: vt ea bonum nō ſit. ¶ Secunda concluſio. Q̃ voluptas magis & minus intenſionē ac remiſſionē ſuſcipit: & ideo quid definitum nō ſit/ ꝙ nō ſit bonū/ minime eſt argumentū. Nā ſi iudicant voluptatē quid indefinitū maluꝙ eſſe quia magis/ minuſve ſuſcipiat: erit idem circa iuſtitiam/ ceteraſꝙ virtutes omnes/ quibus manifeſte dicunt eas habentes magis/ minuſve eſſe. vt magis iuſtos minuſve fortes. fit enim vt & magis/ & minus agatur & iuſte/ atqꝫ temperate. ¶ Secundo. ſi in voluptatibus hoc inquiunt eſſe vt alie ſint mixte/ & alie imixte & proinde bonas non eſſe: videant ipſi ne parum cauſam aſſignent. nam quid prohibet vt ſanitas que bona definitaqꝫ eſt/ mixta ſit: magis & minus ſuſcipiēs? non enim in cunctis ſanitas: eadem eſt contemperatio/ nec vna quedam ſemper eſt in eodem. ſed cum remittitur ſanitas vſqꝫ ad aliquem terminū/ permanet differēs prius & poſterius: quia magis eſt atqꝫ minus. quid
9 prohibet ergo & voluptates ſic eſſe? tale itaqꝫ & in voluptate eſſe poteſt. ¶ Tertia concluſio. Preterea nō ſufficienter contendunt voluptatem ſummū bonum non eſſe: ipſam voluptatem motionē/ generationemqꝫ eſſe oſtendere nitentes/ ꝙ motiones/ generationeſqꝫ omnes imperfectas eſſe ponūt. Nam id non recte dicere videntur. non eſt enim voluptas motus. ¶ Primo quidem. quia omni motui proprium eſſe videtur: celeritas/ atqꝫ tarditas/ etſi non ſecundum ſeipſum/ ſed ad alium. quemadmodum alicui motui qui in vniuerſo fit: euenit ad alium. ſed neqꝫ velocitas/ neqꝫ tarditas competit voluptati. fit enim plane vt aliquis cito in voluptate ſit conſtitutus: quemadmodum & ira. non fit autem proprie vt velociter delectetur/ neqꝫ ad ſe neqꝫ ad aliū: ſed fit vt quiſpiam velociter ambulet/ atqꝫ adoleſcat/ & cetera id genus. diſponi tamen tarde/ atqꝫ ad voluptatem perferri quiſpiam poteſt: at non fit vt ea ipſa celeriter operetur/ delecteturqꝫ. ¶ Secūdo. Sed quo pacto generatio fuerit voluptas? nam non ex quolibet fit quodlibet: ſed ex ſuo cōtrario in quod & diſſolui videtur. quare ſi voluptas eſſet generatio: eiuſdem dolor eſſet corruptio. hec autem ſtatim abſurda deprehen
10 duntur. ¶ Quarta concluſio. Non ſatis erudite dicere/ videntur: dolorem indigentiam repletionis eſſe/ que eſt ſecundum naturam/ voluptatem autem eam ipſam eſſe ſecundum naturam repletionem. ¶ Primo. quia repletio ſecundum naturam & repletionis indigentia: paſſiones corporee ſunt. ſi igitur voluptas repletio eſt eius quod eſt ſecundum naturam/ & id voluptatem capit in quo eſt repletio: corpus ergo ꝙdiu repletio adeſt delectatur. id autem non videtur. ſed dum fit repletio: tunc quiſpiam voluptate perfunditur. dum autem exhauritur/ ſeparatur reſoluiturqꝫ quod replebat: dolet. ¶ Secundo. hec opinio ex doloribus/ voluptatibuſqꝫ circa alimentum/ ortum duxit. nam inaniores facti/ & antea dolore perterriti: ipſa repletione voluptatem capimus. at id non circa omnes accidit voluptates. nam ſine dolore ſunt ipſe mathematice voluptates/ & que per olfactum/ auditum ac viſum fiunt/ & ſpes complures: item & recordationes voluptate ꝙ plurimos afficiunt. ſed cuius igitur he generationes/ cuius repletiones erunt? nullius enim rei preceſſerunt indigentie:
11 cuius repletio eſſe poſſit. ¶ Quinta concluſio. Facile reſponderi poteſt iis/ qui voluptates obſcenas/ improbaſqꝫ afferētes: volūt voluptatē/ malū eſſe. ¶ Primo. quiſpiā dicere poteſt eas nō eſſe ſimpliciter voluptates: neqꝫ ea que tales afferunt voluptates ſimpliciter eſſe iucunda. non enim ſi praue diſpoſitis iucunda ſunt: putandum iccirco eſt & iucunda ſimpliciter eſſe/ niſi illis. ſicut neqꝫ eſſe oportet ſalubria/ aut dulcia/ aut amara: que egrotantibus talia videntur. aut alba eſſe: que candidula videntur lippientibus. ¶ Secundo. & hoc dicere poteſt: voluptates quidem ſimiles expetibiles eſſe/ ſed non ab illis. quemadmodum diuitem eſſe expetibile quidē eſt: at non ex patrie proditione. & ſanum eſſe expetibile: ſed nō quēcumqꝫ cibum/ & nimia gule indulgētia paratum edendo. ¶ Tertio. forte poteſt & afferre voluptates prauorum/ & ſtudioſorum differre ſpecie. nam diuerſe ſunt que ab honeſtis rebus/ & que a turpibus prodeunt. neqꝫ enim fit vt quiſpiam iuſti capi
12 at voluptatem: qui idem iuſtus non ſit. neqꝫ muſici: ſi non ſit & muſicus/ & in ceteris ſimile eſt. ¶ Sexta concluſio. Non omnis voluptas: per ſe expetibilis eſt. ¶ Primo quidem. nam id oſtendere videtur ipſe amicus atqꝫ adulator: cum amicus alius ſit ab adulatore. nam amicus ad bonum congreditur/ adulator autē ad vo

luptatem. ſed adulator vituperatur: amicum autem laudamus/ velut ad diuerſum congredientem. igitur aut
quedam voluptas non eſt bonum/ aut alia ſpecie eſt ob quam congreditur amicus ac adulator. ¶ Secundo.
nemo expeteret ſic viuere/ vt toto vite curriculo habeat mentem puerilem (q̄uis pueri multis voluptatibus
defluent) ⁊ his ipſis voluptatem capiat ex rebus/ quibus pueros maxime oblectamina capere putant. nemo
item expeteret turpiſſimum quid agendo: continuo gaudere nullum vnq̄ʒ ſuſcepturus dolorem. verum con-
tra: operam noſtram compluribus indulgere expetimus rebus: tametſi nullam ſecum voluptatem afferant.
damus enim operam vt videamus/ audiamꝰ/ meminerimus/ vt ſciamus/ vt virtutes nobis paremus. neqꝫ re-
fert quicq̄ʒ ꝙ neceſſario hec comitatur voluptas. expeteremus enim ea: etiam ſi nulla prorſus ab ipſis prouē-
tura eſſet voluptas. perſpicuum igitur iam eſſe videtur: neqꝫ omnem voluptatem ſummuʒ bonum eſſe/ neqꝫ
per ſe expetibilem omnem: ⁊ voluptates nonnullas eſſe per ſe expetibiles/ ⁊ ſpecie ab illis differentes/ aut
ea a quibus proueniunt. Sed de dolore ac voluptate: que ab alijs dicuntur tanta dicta eſſe ſufficiat.

SEd quidnam/ aut quale ſit: magis patebit ſi ſermonem Cap. IIII. 13
paulo altius repetemus. Viſio enim quouis in tempore/ perfecta eſſe vide-
tur. nil enim ipſi deeſt/ quod poſtea factum ſpecies ipſius perficiet. tali perſi-
milis eſt ⁊ ipſa voluptas. Eſt enī quoddā totū. nulloqꝫ in tp̄e voluptatēq̄ ſpiā
accipiet: cuiꝰ ſpecies ſi maiore tp̄e fiat/ ꝑficietᷓ. quocirca nec motꝰ eſt. in tp̄e enī eſt oīs
motꝰ. ¶ Et alicuius etiā finis. vt edificatio tūc erit ꝑfecta: cū id fecerit qđ affectat/ in
toto tēpoꝛe/ aut in hoc. in partibꝰ autē tēpoꝛis oēs ſunt iꝑfecte/ ⁊ a tota/ ⁊ inter ſeſe
diuerſe ſpecie ſunt. cōpoſitio namqꝫ lapidum diuerſa eſt ab erectione colūne/ ⁊ he rur-
ſus a templi effectione. Et templi quidem eſt perfecta: nullius enim ad ꝓpoſitū in-
diget rei. fundamentorū autē ⁊ laquearium imperfecta. eſt enim vtraqꝫ pars. differūt
igitur ſpecie. ⁊ fieri nō poteſt: vt quouis in tēpore motus ſpecie perfectus accipiatur/
niſi in toto. Similiter res ſeſe habet ⁊ in ambulatione/ ⁊ motionibus ceteris. nam ſi
latio motus eſt/ quo quidem ex hoc ad hoc itur: ⁊ huius differentie ſpecie volatio/ am-
bulatio/ ſaltatio/ ⁊ talia motiones ſunt quibus ex hoc in hoc ſimiliter itur. Non ſoluʒ
autem in his res ita ſeſe habet: ſed in ipſa etiam ambulatione. termini namqꝫ non ſūt
ydem in ſtadio toto/ atqꝫ in parte: ⁊ in alia atqꝫ alia parte. neqꝫ idem eſt pertranſire li-
neam hanc ⁊ illam. non ſolum enim lineam: ſed etiam in loco collocatam pertranſit.
Atqꝫ hec et illa/ in diuerſis ſunt locis. ſed exacte quidem de motu alijs in locis eſt di-
ctum. videtur autē non in omni tēpore eſſe perfectus. ſed multi ſunt iꝑfecti ſpecieqꝫ
diuerſi. ſiquidem ipſi termini ſpeciei ſunt effectores. At voluptatis ſpecies quouis in
tēpore eſt perfecta. patet igitur voluptatem ⁊ motū diuerſa eſſe: ⁊ voluptatem ex his
eſſe que tota ſunt ⁊ perfecta. ¶ Id ⁊ ex eo ita eſſe videbitur: quia moueri quidē in non
tempore nichil poteſt/ voluptate autē affici poteſt. quod enim in ipſo nunc eſt: totū eſt
quoddā. Ex his autē patet non bene dici voluptatem motum eſſe vel generationem.
non enim omnium hoc dicuntur: ſed partibiliū ⁊ nō totorū. Neqꝫ enī viſionis/ neqꝫ
pūcti/ neqꝫ vnitatis eſt generatio: neqꝫ quicq̄ʒ horū eſt motꝰ vel generatio. quare neqꝫ
voluptatis. eſt enī quoddā totū. ¶ At vero ſenſus omnis ad ſenſibile eſt operatio que- 14
dā: perfecta autē eius qui bene eſt diſpoſitus/ ad id quod eſt pulcherrimū eorū que ip-
ſi ſubijciuntur. tale enim maxime videtur eſſe operatio ipſa perfecta. Atqꝫ nichil in-
terſit: ſiue ipſe/ ſiue id quo eſt ipſe/ operari dicatur. In vnoquoqꝫ autē genere preſtabi-
liſſima eſt eius operatio: quod optime diſpoſitum ad id quod eſt preſtabiliſſimum eo-
rū/ que ipſi obijciuntur. hec autē perfectiſſima eſt ⁊ iucundiſſima. In omni nāqꝫ ſenſu
voluptas eſt: ⁊ in mente ſimiliꝰ modo/ contēplatione ve. iucundiſſima autē eſt ea que
eſt perfectiſſima. perfectiſſima autē eſt ea que eſt eius quod bene ſeſe habet ad id quod
eſt ſtudioſſimū eorū que cadunt ſub ipſam. ¶ Voluptas autē perficit operationē/ atqꝫ 15
non eodem modo voluptas perficit/ ac ſenſibile/ ⁊ ſenſus: ſi ſunt ſtudioſa. quēadmodū
neqꝫ ſanitas/ medicuſqꝫ ſimiliter cauſe ſūt vt quiſpiā valeat. In vnoquoqꝫ autē ſenſu
voluptatē fieri conſtat. dicimus enim viſiones ac auditiones voluptatem afferre. Cō-
ſtat autē maxime tū/ cum ſenſus eſt preſtabiliſſimus/ ⁊ circa tale operatur. atqꝫ cū ta-
lia ſunt: ipſum ſenſibile ⁊ id quod ſentit erit ſemper voluptas/ ſi eſt quod agat ⁊ quod
patietur. Perficit autē operationē voluptas non vt habitus: ſed vt reſultans quidam
finis/ perinde atqꝫ pulchritudo in his qui vigent etate. ¶ Atqꝫ quouſqꝫ ipſū ſenſibile 16
vel intelligibile ⁊ id quod diſcernit vel contēplatur tale ſit quale eſſe oportet: erit in
operatione voluptas. Nam cum ſunt ſimilia ipſum paſſiuum/ atqꝫ actiuum/ ⁊ inter
ſeſe modum habent eundem: idem ſemper natura fieri ſolet. ¶ Quando igitur nemo 17
continue voluptatem capit aut defatigatur (omnia enim humana nequeunt cōtinue

operari) neq; voluptas igr cõtinue fit. ſeq̃tur eni operationẽ. ¶ Nõnulle autẽ res cũ
noue ſunt delectãt: ſed poſtea nõ ſimiliter / ꝓpter hec ipſa. primo nãq; inuitatur mẽs.
⁊ circa illas operatur intenſe quẽadmodũ operãtur viſu qui inſpiciũt: deinde non fit
18 talis ipſa operatio / ſed neglectior. quapropter ⁊ voluptas extenuaꝛ / ac offuſcaꝛ. ¶ Pu-
tauerit autẽ q̃ſpiã oẽs ideo voluptatẽ appetere / quia viuere etiã oẽs affectãt. Uita ve-
ro quedã eſt operatio. atq; circa ea q̃libet ⁊ ijs operatur: q̃ ⁊ maxime amat vt muſicus
q̃dẽ auditu circa cãtus: cupidus vero diſcẽdi / mẽte circa res cõtẽplãdas. Eodẽ modo
⁊ ſinguli ceterorũ. voluptas aũt ꝑficit opationes: ⁊ ipſũ etiã viuere qđ appetũt. cũ ra-
tiõe igitur ⁊ voluptatẽ affectãt. perficit eni ipſũ viuere vniuſcuiuſq; qđ expetibile eſt.
¶ Querere vero vtrum ob voluptatem viuere expetamus / an voluptatem ob vitam:
miſſum in preſentia faciamus. Cõiuncta enim hec eſſe videntur / ⁊ nõ ſuſcipere ſe-
parationem. nam ⁊ ſine operatione voluptas non fit: ⁊ omnem operationem perficit
ipſa voluptas.

13 ¶ Quarti capitis note. ¶ Laquear / quod ⁊ lacunar: tabulatũ dicitur / ⁊ teſtudo qua camerarũ ſuperiora or-
nãtur / ac tectorũ. ¶ Exacte de motu in auſcultatione phyſica dictũ eſt. ⁊ motus quo pertrãſitur pars linee /
⁊ tota linea: diuerſus eſt. nã hic perfectus ille vero iperfectus. ⁊ nichil ꝓhibet eſſe eiuſdẽ ſpeciei / ⁊ rationis:
vt motus aeris per partẽ aque ⁊ totã aquã ſurſum: nichil etiã alteri⁹ ſpeciei: vt motus aeris per ignem / aerẽ /
⁊ aquam deorſum.
¶ Quartum cap. ſex concluſionibus partitum eſt.
13 Quarti capitis cõmẽtarius ad litterã. ¶ Prima cõcluſio. Voluptas nõ eſt motus. Quidnã ſit / ⁊ quale ſit — *voluptas motus non est.*
voluptas: dilucidius apparebit / ſi ſermonẽ paulo alti⁹ reſũpſerim⁹. ¶ Et primũ nõ eſſe motũ declaratur. Nã
viſio quouis in tẽpore ꝑfecta eſſe videtur. vtpote cui nichil deſit / quod poſtea factũ: ipſius perficiat ſpeciẽ. at
viſioni perſimilis eſt ipſa voluptas. eſt eni quoddã totũ / itegrũq;. neq; vllo in tẽpore voluptatẽ quiſpiã acci-
piet: cuius ſpecies ſi maiore in tẽpore prorogetur / perficiatur. nõ igitur voluptas motus eſt: ſiquidẽ õnis mo- — *voluptas visioni persimilis.*
tus in tẽpore eſt. ¶ Secũdo. motus alicuius finis eſt atq; rei cõplemẽtũ / abſolutionẽq; deſiderantis. vt edifi-
catio tũ primũ perfecta eſt: cũ edificator id quod aut in omni / aut in hoc tẽpore affectabat perfecerit. in par-
tibus eni tẽporis oẽs edificij motiones iperfecte ſũt: ⁊ a tota / ⁊ inter ſe ſe ſpecie diuerſe. aſſituatio eni lapidũ
diuerſa eſt / a colũne erectione: ⁊ he rurſus a tẽpli abſolutione alie. tẽpli autẽ abſolutio perfecta eſt: nã nichil
ad ſuſceptũ opus ei deeſt. ſed fũdamẽtorũ ⁊ allaqueationũ imperfecta eſt: eſt eni vtraq; / pars. differũt etiã
ſpecie. neq; vllo modo fieri poteſt vt quocũq; intẽpore / motus ſpecie perfect⁹ accipiaꝛ: niſi in toto tẽpore. et
vt de edificatione dictũ eſt: ita ⁊ de ãbulatione / ⁊ ceteris motibus ſentiẽdũ eſt. nã ſi latio mot⁹ eſt quo ex hoc
termino ad hũc terminũ ꝓficiſcitur ⁊ ſue differẽtie ſpecies ſunt vt volatio / ambulatio ſaltatio ⁊ ſimilia: di-
uerſe motiones erũt / quib⁹ ex hoc termino identidẽ in hunc terminũ ꝓficiſcitur. ⁊ nõ ſolũ i his res ita ſe ha-
bet / notaturq; diuerſitas: ſed in ipſa ambulatione. nã vndẽ termini nõ ſũt in toto ſtadio atq; in parte / ⁊ in alia /
atq; alia parte. neq; idẽ eſt tranſire hanc lineã ⁊ illã. nõ ſolũ lineã ſed loco cõiunctã pertrãſit: atq; hec / ⁊ illa
diuerſis aſcite ſunt locis. ſed exacte de motu alio in loco dictũ eſt. attamen de ſed habeatur ex ploratũ: non in
omni tẽpore eſſe perfectũ ⁊ multos imperfectos / ⁊ ſpecie differentes eſſe. nã termini ad quos proficiſcuntur
ſpeciei diſcrimen efficiũt. ac voluptatis ſpecies quouis in tempore perfecta eſt. voluptas igitur ⁊ motus di-
uerſa ſunt. eſtq; voluptas de eorũ numero que tota ſunt / atq; perfecta. ¶ Tertio. id idẽ ita patet quia in mo-
mẽto moueri / atq; nõ tẽpore nichil poteſt. at in nõ tẽpore voluptate quiſpiã affici poteſt. voluptas igitur et
motus diuerſa ſunt. quod eni in ipſo nunc eſt: totũ quiddã eſt. Ex his itaq; patet: quo pacto non recte dicere-
mus voluptatem motum eſſe / aut generationem q̃ motus ⁊ generatio non totorum dicuntur / ſed partibili-
um / ac imperfectorum. et vt viſionis puncti / vnitatis non eſt generatio neq; viſio / neq; punctus / aut vnitas
14 motus eſt / aut generatio: ita neq; voluptas. eſt enim totum quoddam. ¶ Secunda concluſio. Perfectiſſime
operationis mentis / perfectiſſima voluptas eſt. Nam omnis ſenſus ad ſenſibile eſt operatio quedam: ⁊ eius
ſenſus qui apprime diſpoſitus / ad ſenſibiliũ pulcherrimũ operatio perfecta eſt imo talis maxime ꝑfecta eſſe
videtur. neq; id referat an ſenſus an animal in quo eſt ſenſus opari dicaꝛ. nã in vnoquoq; genere eius opera-
tio preſtabiliſſima eſt. qđ optime diſpoſitũ eſt ad id qđ eorũ que ipſi ſubijciũtur pricipaliſſimũ eſt. ⁊ hec eni
opatio / nõ ſolũ perfectiſſima ſed ⁊ iucũdiſſima eſt / ⁊ in õni (hoc modo) ſenſu voluptas eſt: ⁊ i mẽte ⁊ mẽtis cõ-
tẽplatione ſimili modo. ⁊ iucũdiſſima ſemper ea eſt: q̃ eſt ꝑfectiſſima. at in mẽte ea perfectiſſima eſt: que eius
eſt quod optime ſe habet / ad ſtudioſiſſimum eorum que menti ſubijciuntur. perfectiſſime igitur operationis
15 mentis / voluptas perfectiſſima eſt. ¶ Tertia concluſio. Voluptas operationem perficit non vt obiectũ / neq; — *voluptas operationem quo perficiat.*
vt forma habituſve inexiſtens: ſed vt ſuperueniens finis atq; complementum. Nam voluptas operationem
non perficit: vt bonum ſenſibile bonum perficit ſenſum. ſed alio atq; alio modo perinde atq; medicus ⁊ ſani-
tas / vt quiſpiam recte valeat diuerſe ſunt cauſe. Uerum dicimus viſiones / ac auditiones voluptatem affer-
re. quod maxime tum conſtat / cum ſenſus preſtantiſſimus eſt: ⁊ circa preſtantiſſimum operatur. cum enim
ſenſus / ⁊ ipſum ſenſibile talia fuerint: ſemper erit voluptas / modo ſit quod agat / ⁊ quod patiatur. per-
ficit igitur voluptas ipſam operationem non vt habitus quidam inexiſtens: ſed vt concomitans qui-
dam finis / complementum / atq; terminus perinde atq; pulchritudo perfectam comitatur etatem / il-
16 liq; ſuperuenit. ¶ Quarta concluſio. Delectatio / ipſaq; voluptas tandiu remorari ſolet: q̃diu ipſa co- — *voluptas quamdiu permaneat.*
gnoſcentis perfecta operatio manet. Nã quandiu ſenſibile aut intelligibile tale ſit quale oportet / ⁊ ſentiẽs
aut cõtẽplãs in operatione: tãdiu erit voluptas. nec ab re q̃dẽ id fuerit. nã quãdiu ſũt ſimilia ipſũ agẽs ac pa-
tiẽs ⁊ inter ſeſe eũdem modũ ſeruãtia: idẽ ſẽper facere nata ſũt. permanet igitur ipſa voluptas: q̃diu ⁊ ipſa
17 perfecta operatio manet. ¶ Quinta concluſio. Nemo continue voluptate perfunditur / aut dolore. Queri — *voluptas / dolor an continui sint.*

enim ſolet cur nemo continue voluptatem capit/ aut continue triſtatur. Reſpōſio in promptu eſt. ¶ Primo. quoniam nulle res humane continue operari queunt. non fit ergo cōtinue voluptas: ſequitur enim voluptas ipſa/ ipſam operationem. ¶ Secundo. quia nōnulle res cum noue ſunt delectant. poſtea vero haudquaꝙ̄ ſimiliter. propter hoc ſcilicet ꝙ ipſa mens primo allicitur/ ⁊ circa illas operatur attentiuſcule perinde atqꝫ operatur qui viſu attente inſpiciūt. poſtea vero non ſimilis/ fit operatio: ſed remiſſior/ negligentior. quapropter ⁊ voluptas ipſa attenuatur/ obſcuratur/ ac offuſcatur. ¶ Sexta concluſio. Omnes voluptatem rationabiliter appetunt. Nam viuere rationabiliter omnes affectāt. vita vero quedā eſt operatio. ⁊ quilibet circa ea et us operatur que ⁊ maxime amat. vt muſicus/ auditu circa concentus operatur: ⁊ diſcēdi cupidus/ mēte operatur circa res contēplandas et eodē modo ceterorū ſinguli. at voluptas: ipſas perficit operationes. perficit igitur ⁊ ipſū viuere: quod ipſi appetūt. cū ratione igitur voluptatē affectāt omnes: ſiquidē ipſa vniuſcuiuſqꝫ viuere perficit/ qḋ expetibile eſt. ſed hoc in loco querere vtrū ob voluptatē viuere expetamus: an voluptatē ob viuere: miſſum impreſentiarū faciamus. coniuncta eni hec ſunt/ neqꝫ ſeparationē abinuicem admittunt. nā ⁊ ſine operatione non fit voluptas: ⁊ omnem operationē ipſa voluptas perficit. 18

voluptas ab omnib. animal. expetitur.

Unde ⁊ ſpecie voluptates differre videtur. Nā ea que ſunt diuerſa **Cap. V.** 19
ſpecie a diuerſis perfici putamus. Sic eni videntur/ ⁊ ea que a natura/ ⁊ ea que ab arte conficiuntur. vt animalia/ arbores/ pictura/ ſtatua/ domus/ vas/ ⁊ ſimilia. ſimiliter igitur ⁊ operationes differentes ſpecie: a differentibꝰ ſpecie perficiuntur. operationes autē mentis ab operationibus ſenſus: ⁊ he rurſus inter ſeſe differunt ſpecie. igitur ⁊ voluptates que ipſas perficiūt. ¶ Hoc autē ⁊ ex eo patebit: quia vnaqueqꝫ voluptas eſt ei ꝓpria operationi/ quā perficit. propria eni voluptas auget operatione. Qui nāqꝫ cū voluptate operantur: ſingula magis diſcernunt/ atqꝫ exactius cōprehendūt. veluti geometre fiūt qui geometrica gaudēt cōtēplatione: magiſqꝫ intelligūt ſingula. Similiter ⁊ qui muſicā amāt/ ⁊ qui ediū extruēdarū delectātur arte/ ceterorū ſinguli oēs in opere ꝑficiūt proprio: hoc ipſo ſe oblectātes. voluptates igitͬ augēt operationes. at ea que augēt: ꝓpria ſūt. q̄ vero diuerſis ſpecie ꝓpria ſunt: ⁊ ipſa diuerſa ſpecie ſūt. ¶ Preterea magis hoc ex eo videbitͬ ita eſſe: quia voluptates que a diuerſis ſūt/ īpedimēto ſūt operationibꝰ. Qui nāqꝫ fiſtulis delectātur/ nequeūt mētē ſermonibꝰ adhibere/ ſi quēpiā audierit modulātē: magis modulādi gaudētes arte. ꝙ̄ operatione p̄ſenti. voluptas igitͬ eaq̄ a modulādi facultate ꝓdit: operationē q̄ eſt circa ſermones corrūpit. hoc idē ⁊ in ceteris euenire vſu videtur: cū circa duo ſimul q̄ſpiā operatur. Operatio nāqꝫ iucūdior alterā excludit. ⁊ ſi multū voluptate p̄cellat/ magis extrudit: atqꝫ adeo vt neqꝫ operetur ꝑ illā. Quocirca cū vehemēter aliqua re gaudemꝰ/ nō multo aliud agimꝰ: ⁊ alia facimꝰ/ cū parū nobis alia placēt. vt ⁊ i ſpectaculis: qui bellaria edūt/ tū id maxime faciūt cū viles ſunt qui cōtēdūt. Cū igitur ꝓpria q̄dā voluptas exactas operatiōes reddat/ ⁊ diuturniores/ ac meliores efficiat/ aliene vero extenuent/ atqꝫ corrumpant: conſtat ipſas inter ſeſe vehementer diſtare. ¶ Aliene nāqꝫ voluptates id fere quod proprij dolores efficiunt. Eteni proprij dolores operationes ipſas corrumpunt. vt ſi huic ſcribere/ illi rationem ſubducere iniucundum eſt/ atqꝫ moleſtum: hic non ſcribit/ ille rationem non ſubducit/ quippe cum dolorem afferat operatio. Circa igitur operationes contrarium a proprijs voluptatibus ⁊ doloribus accidit: atqꝫ voluptates/ doloreſve proprij ſunt/ qui in operatione per ſeipſam fiunt. Alienas vero voluptates dicimus eo ꝙ ſimile quid atqꝫ ipſi dolores efficiunt. corrumpūt enim etſi non ſimiliter/ operationes. ¶ Cum autem operationes probitate differant 20
atqꝫ improbitate/ ⁊ alie quidem ſint expetende/ alie vero fugiende/ ⁊ alie neutre: ſimiliter ſeſe habent ⁊ voluptates. nam vnicuiqꝫ operationi eſt propria quedā voluptas. que igitur ſtudioſe propria eſt/ ea ⁊ proba: que vero praue/ ea eſt iproba. ¶ Etenim ⁊ cupiditates honeſtarū quidem laudabiles ſunt: turpiuꝫ: vero vituperabiles. Magis autē ꝓprie ſunt operationibus voluptates que ſunt in ipſis: ꝙ̄ ipſe cupiditates. he nāqꝫ seiuncte ſunt: ⁊ tēporibus/ ⁊ natura. ille vero propinque ſūt operationibus/ atqꝫ adeo indiſtincte vt contentio ſit: ſi idem ſit operatio ⁊ voluptas. nō tamē ipſa voluptas mētis/ eſſe videtur operatio/ neqꝫ ſenſus. eſt enim abſurdum. ſed quia non ſeparatur: idē quibuſdā videtur. ¶ Ut igitur operationes ſūt diuerſe: ſic ⁊ voluptates. differt autē viſus a tactu puritate: ⁊ auditus/ ac odoratus a guſtu. Similiter igitur ⁊ voluptates differunt. ⁊ ab his item ee que ſunt mentis. ⁊ he rurſus differentiam inter ſeſe ſuſcipiunt. ¶ Uidetur autē vnicuiqꝫ animalium ⁊ propria quedam eſſe voluptas ſicut ⁊ 21
opus. eſt enim ea que comitatur operationem. In ſingulis etiam intuenti id ita eſſe videbitur. alia namqꝫ voluptas eſt equi/ alia canis/ alia hominis. quemadmodum et Heraclitus dicit: aſinum ſtramina magis optare ꝙ̄ aurū. aſinis eni pabulū auro iu-

cundius eſt. Voluptates igitur ee que ſunt diuerſorum ſpecie/ differũt ſpecie: eas ve-
22 ro que ſunt eorumdem/ conſentaneum eſt rationi diuerſas non eſſe. ¶ In hominibus
autem non mediocriter diſcrepant. Eadem enim alios dolore afficiũt: alios delectãt.
⁊ alijs quidem moleſta ſunt/ odioqꝫ habentur: alijs vero iucunda/ ac amabilia ſunt. hoc
et in dulcibus accidit. non enim eadem dulcia febricitanti atqꝫ ſano videtur. neqꝫ ca-
lidum idem infirmo/ atqꝫ optimam habitudinẽ habenti videtur. Similiter ⁊ in alijs
23 accidit. ¶ In omnibus autem talibus id eſſe tale videtur: quod ſtudioſo videtur. ꝙ ſi
hoc recte dicitur/ quemadmoduꝫ ⁊ videtur et eſt/ atqꝫ virtus/ ⁊ bonus hoc ipſo quo ta-
lis eſt/ omnium eſt menſura: erunt ⁊ voluptates profecto que huic videntur/ ⁊ iucũda
quibus gaudet ipſe. Atqꝫ non mirum eſt ſi ea que huic moleſta ſunt: alicui videãtur eſ-
ſe iucunda. multe namqꝫ corruptele deprauationeſqꝫ hominum fiunt. iucunda autem
24 non ſunt: ſed his/ ⁊ ita diſpoſitis. ¶ Eas igitur que ſunt ſine controuerſia turpes: cõ-
ſtat non eſſe dicendum voluptates eſſe/ niſi corruptis. earum vero que probe videtur
eſſe/ qualem aut quam dicendũ eſt hominis eſſe: an ex operationibus conſtat: has eñi
ipſe voluptates ſequũtur. Siue igr̃ vna ſit/ ſiue plures operatiões pfecti viri/ atqꝫ be-
ati: ee voluptates/ que has perficiunt/ proprie dicende ſunt hominis voluptates. cete-
re vero ſecundo/ ⁊ perparum: quemadmodum ⁊ operationes.

19 ¶ Quinti capitis note. ¶ Que ſpecie differentia pficiũt. ſpecie differẽtia eſſe: intelligitur/ ac applicatur ad perfectiones proprias/ non autem communes. ¶ Bellaria/ herbe que ſecundis menſis apponuntur/ ꝙ antiquis bellatoribus (vt volunt) oportune eſſent.

¶ Quintum cap. tribus cõcluſionibus/ ⁊ vno correlario partitum eſt.

19 Quinti capitis cõmentarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Voluptates inter ſe ſpecie differũt. ¶ Primo. quia voluptates ea perficiunt: que inter ſe ſpecie differunt. que autem ſpecie differentia perficiũt: ⁊ ipſa quoqꝫ ſpecie differentia ſunt. vt declarant ea que a natura/ ⁊ que ab arte ſunt: vt animalia/ plãte pictura/ ſtatua/ domus/ vas ⁊ ſimilia. igitur eodẽ/ ſimiliqꝫ modo ſpecie differunt: que operationes inter ſe ſpecie diſſentientes perficiunt. at operationes mẽtis ab operationibus ſenſus/ ⁊ rurſus operationes ſenſuum inter ſe ſpecie differunt. igitur ⁊ voluptates que illas perficiunt. ¶ Secundo. quia vnaqueqꝫ voluptas ei operationi propria eſt quã perficit. nam proprie voluptatis proprium eſt operationem agere: auget enim operationem voluptas. quod hinc cognoſcitur ꝙ qui cum voluptate operantur: ſingula magis diſcernũt/ exactiuſqꝫ comprehendunt omnia. vt geometre fiunt: qui geometrica contemplatione gaudent/ magiſqꝫ intelligunt ſingula. ⁊ muſici: qui muſica amant. ⁊ architecti: qui in architectura/ edium qꝫ extruendarum delectantur arte. ⁊ ceterorum ſinguli omnes in proprio perficiuntur opere: hoc ipſo ſeſe oblectantes. voluptates igitur augent operationes. at que augent operationes: propria ſunt. que autem diuerſis ſpecie propria ſunt: ⁊ ipſa diuerſa ſpecie ſunt. igitur voluptates inter ſe ſpecie differunt. ¶ Tertio. voluptates ſpecie eſſe differentes hinc dilucidius apparebit. quia delectationes que a diuerſis proficiſcuntur operationibus: ſibi viciſſim impedimento ſũt. vt qui fiſtulis delectantur: ſi fiſtularum ſonum exaudiant/ non poſſunt ſermonibus mentem adhibere/ magis modulatione gaudentes/ ꝙ preſenti ſermonis occupatione. voluptas igitur que ex modulandi facultate naſcitur: operationem (que circa ſermonem eſt) impedit/ ac corrumpit. ⁊ hoc idem in ceteris ita vſu euenire cõpertum eſt: quotiens circa duo ſimul quiſpiam occupetur. iucundior enim earum operatio: alteram extrudit. que ſi plurimum voluptatis excellentia precellat: magis extrudit/ ⁊ interdum adeo vt nichil proſus per eam operetur. ¶ Quo fit vt cum aliqua re vehementer gaudemus: non multo aliud agere valeamus. ⁊ alia facimus: cum parum nobis alia placent. vt in ſpectaculis gladiatorum: qui bellaria edũt/ tum id maxime faciunt cum villes ⁊ ingeneroſi ſunt pugiles qui decertant. cum ergo propria quedam voluptas operationes exactas reddat/ ⁊ diuturniores/ melioreſqꝫ efficiat/ aliene autem extenuent/ atqꝫ corrumpant: non eſt obſcurum voluptates ipſas inter ſeſe vehementer diſtare. ¶ Quarto. Aliene voluptates id fere faciunt: quod ⁊ proprij dolores efficiunt. proprij enim dolores operationes ipſas corrumpunt. vt ſi huic ſcribere iniucundum/ moleſtumqꝫ ſit/ illi vero ſupputando/ rationem exigere: neqꝫ hic profecto ſcribit/ neqꝫ ille ſupputando rationem exigit/ quia illis dolorem talis afferat operatio. itaqꝫ fit vt circa operationes proprijs voluptatibus proprijſqꝫ doloribus contrariũ accidat. ſunt enĩ voluptates/ doloreſqꝫ proprij: qui in operatione nõ per operationẽ alterã ſed per illã ipſã fiunt. Cũ itaqꝫ ſimile efficiant aliene voluptates vt ⁊ ipſi dolores proprij: nichil ab re fuerit/ eas ſpecie inter ſe diſtare. quas ⁊ alienas hoc ipſo dicimus: ꝙ ſimile qđ/ atqꝫ ipſi dolores efficiunt. corrũpunt enim operationes: ⁊ ſi non omnino ſimiliter. ¶ Secunda concluſio. Voluptatum quedã ſũt
20 probe: quedam vero turpes/ ac fugiende. ¶ Primo. quia operationes probitate differunt atqꝫ improbitate. ſunt enim operationum quedam expetende/ alie vero fugiende/ ⁊ alie ſunt neutre. ergo ſimiliter ſeſe habent/ ⁊ voluptates. nam vnicuiqꝫ operationi propria quedam eſt ⁊ voluptas. que igitur operationi ſtudioſe propria eſt: ⁊ ea proba eſt. que vero operationi praue/ ⁊ ea quoqꝫ praua turpis/ atqꝫ improba eſt. ¶ Secundo. concupiſcentie honeſtarum operationum probe ſunt/ ⁊ laudabiles: turpium vero praue/ illaudabileſqꝫ. tanto magis igitur voluptatum quedam ſunt probe ⁊ laudabiles: alie vero illaudabiles/ atqꝫ improbe. nam voluptates magis affines/ atqꝫ proprie operationibus quibus aſſunt: ꝙ ipſe cupiditates. quandoquidem cupiditates ab operationibus/ ⁊ temporibus/ ⁊ natura ſeiuncte ſunt: voluptates autem ſemper aſſecle/ operationumqꝫ comites. ⁊ adeo indiuiſe/ indiſiuncteqꝫ videntur: vt contentio ſit/ ſitne idem operatio ac voluptas. nõ tamẽ mentis voluptas ipſa operatio eſſe videtur/ itidẽ neqꝫ voluptas ſenſus ipſa ſenſus operatio. id enim putare abſurdum eſt. ſed quibuſdam ipſa voluptas operationi iccirco idẽ eſſe videtur: quia ab operatione non ſeparetur. manifeſtum igitur eſt quaſdam voluptates probas eſſe: quaſdam vero illaudabiles. ¶ Tertio. quia vt operationes ſunt diuerſe: ita ⁊ voluptates diuerſe apparent. nam vt opera-

tio viſus/ differt ab operatione/ tactus puritate: ſimiliter operationes auditus ac odoratus puritate/ ab ope-
ratione guſtus. ita quoqꝫ voluptas viſus a voluptate tactus. ⁊ voluptas audit⁹ ac odoratus/ a voluptate gu-
ſtus puritate differre videtur. ⁊ voluptates mentis a ſenſuum voluptatibus: ⁊ voluptates mẽtis/ inter ſe ſua
diſcrimina ſortiuntur. fit igitur recte vt voluptatum quedam ſint probe: quedam vero improbe ac illaudabi-
les. ℭ Tertia concluſio. Animantium ſpecie differentium: differentes ⁊ ſpecie ſunt voluptates. ⁊ earundẽ: 21
conſimiles/ ſpecieqꝫ conſentientes. Nam vnicuiqꝫ animalium propria quedam videtur eſſe voluptas: quem-
admodum ⁊ proprium opus. propria enim voluptas ea eſt: que propriam comitatur operationẽ/ quod i ſin-
gulis intueri perfacile videbiẗ. alia nāqꝫ voluptas eſt equi/ alia canis alia hoĩs. ⁊ quẽadmodũ Heraclit⁹ di-
cit: aſinus ſtramina potius optat/ q̃ aurũ. aſinis enim pabulum: q̃ aurũ iucundius eſt. ergo animantium ſpe-
cie differentium: differentes ſpecie erunt ⁊ voluptates. ⁊ eas que ſunt eorundem/ cõſimiliumqꝫ operationũ:
conſentaneum eſt non eſſe ſpecie diuerſas. ℭ Quarta concluſio. In hominibus voluptates non mediocriter 22
diuerſe ſunt: immo longo diſcrepant interuallo. Nam eadem alios dolore afficiunt/ alios autem delectant. et
que alijs moleſta ſunt/ odioqꝫ habentur: alijs iucunda ſunt/ atqꝫ amabilia. quod ⁊ in dulcibus reperitur. non
enim eadem ⁊ ſano/ ⁊ febricitanti dulcia eſſe videntur neqꝫ idem eſſe calidum infirmo/ ⁊ optimam valitudi-
nem habenti: ⁊ ſimiliter in alijs rebus accidere comperitur. varie igitur inter ſeſe hominum voluptates diſ- 23
crepant. ℭ Quinta concluſio. In omnibus hominum voluptatibus: id ſentiendum eſt/ taleqꝫ eſſe quale ſtu-
dioſus iudicat/ ⁊ quale ipſi ſtudioſo videtur. Studioſo certe id cõmittendum eſt/ ſi recte dicitur ꝗ quẽadmo-
dũ ſtudioſo videtur ita eſt: ⁊ virtutem ⁊ bonũ hoc ipſo quo talis eſt omniũ eſſe menſurã. quod profecto recte
dici dubiũ non eſt. igitur ee voluptates ſunt: que ipſi voluptates videntur/ ⁊ illa vere iucunda quibus gaudet
ipſe ſtudioſus. neqꝫ mirari quiſq̃ debet: ſi ea que ſtudioſo moleſta ſunt/ alicui videantur eſſe iucũda. nã mul-
te corruptele deprauationeſqꝫ hominum ſunt. ⁊ proinde ꝗq̃ hec iucunda non ſunt: his tamẽ/ huncqꝫ in mo-
dum deprauatis iucunda videntur. ℭ Correlariũ. Quo fit vt ee voluptates que ſine cõtrouerſia turpes ſũt: 24
minime voluptates dicende ſint/ niſi deprauatis. ſed earum/ que probe ſunt (quam ⁊ qualem dicendum eſt ho-
minis eſſe) ex operationibus conſtat. operationes enim ipſas: ſequuntur voluptates. ſiue igitur perfecti/ bea-
tiqꝫ viri vna ſit operatio ſeu plures: ee voluptates (que eiuſce operationes perficiunt) dicende ſunt proprie/
peculiares/ atqꝫ omnium optime hominis voluptates. cetere vero ſecundo loco ⁊ perparum cenſende ſunt
hominis voluptates: quemadmodum ⁊ operationes.

Cap. VI.

Dictis autem ijs que ad ipſas virtutes ac amicitias/ voluptateſqꝫ perti- 25
nent: de felicitate figura dicere reſtat/ quippe cum finem humanarum
rerũ ipſam eſſe ponamus. Si igitur ea que prius dicta ſunt repetierimus:
orationẽ ſane fecerimus breuiorem. ℭ Diximus itaqꝫ felicitatẽ habitũ nõ 26
eſſe. Ineſſet enĩ dormienti per vitã: plantarũ vita viuenti/ ⁊ in calamitatibus maxi-
mis conſtituto. ꝙ ſi hec non placent/ ſed ponendum eſt/ potius ipſam operationem
eſſe quandam (vt prius dictum eſt) ⁊ operationũ alie ſunt neceſſarie ⁊ ob alia/ alie per
ſeipſas ſũt expetibiles: perſpicuũ eſt felicitatẽ earũ aliquã operationẽ eſſe/ que ſũt per
ſe ⁊ nõ ob aliud expetẽde. felicitas enĩ nulli⁹ ĩdiget rei: ſed eſt ex eſſe ſufficiẽs. ℭ Ope- 27
rationes autẽ ee per ſe ſũt expetibiles/ a quibus nichil preter operationẽ queritur. Ta-
les vero videntur eſſe actus ij qui a virtute proficiſcũtur. honeſta nāqꝫ ſtudioſaqꝫ age-
re/ ex ijs eſt que per ſe expetũtur. ⁊ itẽ ludorũ ij qui ſũt iucũdi. nõ enĩ ob alia ipſos ex-
petũt. dãna nāqꝫ potius ex ipſis q̃ cõmoda ſuſcipiũt ⁊ corpus/ ⁊ patrimoniũ negligẽ-
tes. confugiũt autẽ ad talia oblectamenta ⁊ pleriqꝫ eorũ qui beati eſſe dicũtur. Qua-
propter apud tyrãnos in precio habentur ij qui in talibus oblectamẽtis ſunt dextri. in
ijs enĩ ſeipſos prebent iucundos que illi affectant. indigent autẽ talibus. ℭ Videntur 28
igitur he ad felicitatẽ pertinere: ꝓpterea quod hiſce vacant homines ij qui ſunt in po-
teſtatibus cõſtituti. At nullũ fortaſſe ſignũ tales ſũt homines. nã nec virtus ĩ poteſta-
tibus/ nec intellect⁹ cõſiſtit: a quib⁹ operationes ſtudioſe ꝓficiſcũtur. ℭ Nec ſi illi cum
ſyncerã liberalẽqꝫ voluptatẽ nõ deguſtarit/ ad corporis cõfugiũt voluptates: ꝓpterea
putãdũ eſt has magis expetibiles eſſe. ℭ Et pueri enĩ que apd ſeipſos in ꝑcio ſũt: pre-
ſtabiliſſima eſſe putant. conſentaneũ igitur eſt rationi/ vt pueris ⁊ viris diuerſa ꝑcio-
ſa eſſe videãtur: ſic ⁊ prauis ⁊ ſtudioſis videri. Vt igiẗ ſepe dictũ eſt: ⁊ precioſa ⁊ iucũ-
da ſunt ea/ que ſtudioſo viro talia ſunt. vnicuiqꝫ autẽ ea eſt operatio maxime expetibi-
lis: que ab habitu proprio prodit. ⁊ ſtudioſo igitur ea que proficiſcitur a virtute. felici-
tas ergo nõ in luſione/ ioco ve cõſiſtit. ℭ Itẽ abſurdũ foret humanum finẽ iocũ eſſe: et
negocia multa moleſtiaſve per totã vitã cauſa iucũdi ſuſcipere. Cuncta enĩ fere ꝑter
felicitatẽ: alteri⁹ expetim⁹ gratia. hec enĩ eſt finis. ℭ Studere aũt ⁊ laborare gr̃a ioci
ſtultũ ꝑfecto/ nimiſqꝫ puerile eſſe videtur. iocari vero vt ſtudeas ſecũdũ ſẽtẽtiã Ana-
charſidis: recte ſeſe habere videtur. Ioc⁹ enĩ requieti ſimilis eſt. atqꝫ cũ cõtinue neque-
ant homines laborare: indigent requiete. Non eſt igitur ipſa requies finis: fit enĩ gra-
tia op̃ationis. ℭ At vero vita felix ĩ virtute videẗ cõſiſtere. hec vero vita cũ ſtudio eſt

⁊ in ſerijs: ſed non in ioco conſiſtit. ¶ Atqȝ ea que ſtudioſa ſunt/ ſeria ve ⁊ preſtabilio ra ridiculis/ ⁊ ijs que ioco fiunt. ¶ Et operationem ſemper melioris ⁊ partis/ ⁊ hominis ſtudioſam magis dicimus eſſe: melioris vero preſtabilior eſt/ ⁊ ad felicitatem iam magis attinens. ¶ Frui preterea quiuis/ ⁊ mancipium voluptatibus corporis: non minus ꝙ optimus homo poteſt. at felicitatem nemo mancipio tribuet: niſi et vitam tribuerit ſtudioſam. Felicitas enī non in talibus cōſiſtit modis viuendi: ſed in operationibus que a virtute proficiſcuntur/ vt prius etiam diximus.

¶ Sexti capitis note. ¶ Q: potentatus vt plurimum praui ſint i hoc facit ambitio/ ⁊ dominandi cupiditas/ que indignos ad huiuſmodi honorificos magiſtratus petendos/ cogit eſſe importunos.

¶ Sextum cap. tribus concluſionibus/ ⁊ reſumptione aliquorū precedentium partitum eſt.

25. Sexti capitis cōmentarius ad literam. ¶ Prima concluſio. Poſt exactum ſermonem eorum que ad virtutes/ amicitias/ voluptateſqȝ pertinent: reliquum eſt de felicitate determinationem figura rudiqȝ minerua ſuſcipere. Nam felicitatem humanarum rerum finem eſſe ſtatuimus. ad quod breuiore ſermone complectendū/
26 opereprecium nobis videtur: nonnulla eorum que prius allata ſunt/ reſumere. ¶ Primum. felicitatem habitum non eſſe: nam ineſſet per vitam dormienti/ ſolumqȝ vt planta viuenti/ pariter ⁊ maximis calamitatibus verſato: que minus placere videntur. ¶ Secundum eſt/ felicitatem operationem quandam eſſe ponendam. ¶ Tertium. operationum quaſdam eſſe neceſſarias ⁊ ob alia: alias autem ob ſeipſas eſſe expetendas.
27 ¶ Quartum. felicitatem aliquam earum operationum eſſe: que per ſeipſas/ ⁊ non ob aliud expetende ſunt. nam felicitas nullius rei indiget: ſed eſt ex ſeſe ſufficiens. ¶ Secunda concluſio. Actus qui a virtute proficiſcuntur/ operationes ſunt per ſe expetibiles ⁊ ludi quidam iucundi. ¶ Nam operationes ee per ſe ſunt expetibiles: a quibus nichil queritur preter ipſam operationem. ſed actus qui a virtute proficiſcūtur operationes ſunt: a quibus nichil preter operationem ipſam queritur. honeſta enim/ ſtudioſaqȝ agere/ ex ijs ſunt que per ſe expetuntur. actus igitur qui a virtute proficiſcuntur: operationes ſunt per ſe expetibiles. ⁊ ꝙ quidam ludi itidem per ſe expetantur: patet. nam homines eos non ob alia expetunt. verum damna ex ipſis potius recipiunt/ ꝙ̄ commoda: ⁊ corpus/ ⁊ patrimonium negligentes. Et ad huiuſmodi ludorum delectationes cōfugiunt plurimi eorum: qui vulgo beati cenſentur. quapropter apud tyrannos in precio habentur ij: qui in talibus ludorum oblectaminibus dextri ſunt/ atqȝ comes. nam hi ſeipſos prebent iucundos in ijs que ipſi tyranni ſūmopere affectant. talibus enim viris ipſi tyranni indigent.
28 ¶ Tertia concluſio. In huiuſmodi ludorum vacationibus: minime felicitas collocanda eſt. Hec ludorum operationes propterea ad felicitatem pertinere videntur: ꝙ hiſce intendunt homines qui magnis in poteſtatibus ſunt conſtituti. ſed huiuſmodi homines nullū ſignum debent eſſe. ¶ Primo. quia huiuſmodi viris qui magnis in poteſtatibus ſunt conſtituti: nec virtus/ nec intellectus adeſt: a quibus tamen ſtudioſe operationes proficiſcuntur. non igitur ꝙ in luſionibus ſit felicitas: ſufficiens ſunt argumentum. ¶ Secundo. non iccirco putandum eſt corporeas voluptates magis expetibiles eſſe: propterea ꝙ in poteſtatibus conſtituti (quoniam ipſi ſynceram/ liberalemqȝ voluptatem nūꝙ̄ deguſtarunt) ad corporeas confugiant. igitur neqȝ ludos (quos ipſi ſectantur) pertinere ad felicitatem. ¶ Tertio. pueri que apud ipſos in precio ſunt/ preſtabiliſſima eſſe putant: viri quidem non putant. igitur rationi conſentaneū eſſe videtur/ vt quemadmodum pueris ⁊ viris diuerſa precioſa eſſe videntur: ita quoqȝ ⁊ prauis et ſtudioſis videri. potentatus autem vt plurimum praui verum (vt ſepe numero dictum eſt) ea ⁊ precioſa et iucunda ſunt: que ſtudioſo viro talia ſunt. hec autem ſunt que a virtute proficiſcuntur. nam vnicuiqȝ ea operatio maxime iucunda/ ac expetibilis eſt: que a ꝓprio proficiſcitur habitu. ſtudioſo igitur ea que proficiſcitur a virtute. non igitur felicitas in luſione/ ludorumqȝ vacatione conſiſtit. ¶ Quarto. Abſurdum eſſet/ humanū finem iocum exiſtimare: ⁊ multa negocia laborioſaqȝ per totam vitam/ ipſius ioci gratia ſuſcipere. at omnia in vita (preter felicitatē) alterius gratia felicitatis ſcilicet/ expeti debent. eſt enim felicitas finis. non igitur in ioco collocāda eſt felicitas. ¶ Quinto. Studere ⁊ laborare gratia ioci: ſtultum/ nimiumqȝ puerile eſſe videtur. verum vt Anacharſidis ſententia recte habet/ iocandum eſt vt ſtudeas. non eſt igitur iocus: humanus finis. ¶ Sexto. iocus requiei ſimilis eſt. cum enim continue homines nequeant laborare: indigēt requie/ intermiſſioneqȝ laborum. at requies operationumqȝ ferie: humanus finis non eſt. fit enim operationis gratia. igitur neqȝ iocus. ¶ Septimo. vita felix potius/ in virtute conſiſtere videtur: ꝙ̄ in ioco. nam vita q̄ ſecundū virtutē eſt: in officio atqȝ ſerijs verſatur. ¶ Octauo. quia que ſtudioſa ſunt/ ⁊ ſeria: preſtabiliora ſunt ridiculis/ ⁊ ijs que pro ioco/ iociqȝ gratia fieri ſolent. ¶ Nono. ſemper melioris/ ⁊ partis ⁊ hominis operationem: magis ſtudioſam dicimus. nam melioris preſtabilior eſt/ ⁊ ad felicitatem plus habens momēti. at virtus melioris partis eſt: ꝙ̄ iocus. non eſt igitur iocus: hominis finis. ¶ Decimo. preterea quiuis (etiam vile mancipium) voluptatibus corporis/ ⁊ non minus quidem ꝙ̄ optimus: frui poteſt. at felicitatem mancipio tribuet nemo: niſi ⁊ vitam eidem tribuerit ſtudioſam. non igitur felicitas in talibus viuēdi modis iociſqȝ qui ad voluptates pertinēt corporeas. conſiſtit. ſed vt ſuperius quoqȝ dictum eſt: in ijs operationibus que a virtute proficiſcuntur.

Fel^tas. verum humanorum finis
Fel^tas. non eſt habitus.
Fel^tas. oper.
operationes duplices.
Fel^tas. oper. qualis.
operationes per se expetibiles.
ludi quidam per se expetibiles
In ludorum vacationibus non esse felicitatem.

29 Quod ſi felicitas operatio eſt ꝑ virtutē: cōſentaneū eſt rationi ꝑ eā Cap. VII. eſſe que eſt preſtabiliſſima. hec aūt eiꝰ fuerit/ qđ eſt optimū. Siue igr̄ mēs ſit hoc/ ſiue aliq̄d aliđ/ qđ q̄dē natura dn̄ari videt̄/ ac imperare/ et animaduerſionē habere de honeſtis/ diuiniſqȝ rebus/ aut quia diuinū et ipſum eſt/ aut ꝙ eorū q̄ ſunt in nobis eſt diuiniſſimū: huiꝰ operatio per virtutē propriā ipſa felicitas fuerit beatitudoqȝ perfecta. Dictū eſt autē ipſam eſſe contēplatiuā. Atqȝ conſentaneum hoc et antea dictis et veritati videbitur eſſe. hec enī operatio preſtabiliſſima eſt: quippe cū et mēs ſit eorū que in nobis inſūt preſtabiliſſimū et ea circa q̄ mens verſatur cognoſcibiliū preſtabiliſſima ſint. ¶ Eſt preterea continua maxime. Nam contemplari magis

voluptatem felicitati coniunctam eſſe oportere. at operationum virtutum proculdubio ea iucundiſſima eſt:
voluptas fel^tas coniuncta
que a ſapientia propriaqꝫ contemplatiue partis virtute enaſcitur. videtur enim ſapientia/ipſaqꝫ diuina phi
loſophia mirabiles: cum puritate/tum firmitate voluptates habere. neqꝫ quidem hoc ab re fuerit. quandoqꝫ
de ꝫ diuina interrogantibus magna aſſit volup: as: maior autem ſcientibus/ q̄ ea ſciſcitātibus/ querētibuſqꝫ.
¶ Quinto. quia ipſa ſufficientia maxime in hac contemplatiua felicitate conſiſtit. nam ꝛ ſapiens ꝛ iuſtus/ ꝛ
ceteri: iis indigent que vite neceſſaria ſunt. ſed vbi talia aſſint ſufficienter: iuſtus adhuc eorum idiget ad q̄s/
et cum quibus agat iuſte. ꝛ temperans/ ꝛ fortis/ ꝛ ſinguli reliquorum. verum ſapiens etiam ſi ſolus fuerit/ cō
templari poteſt: ꝛ eo quoqꝫ magis/ quo ꝛ ſapientior eſt. at nihil/ prohibet forte id poſſe melius ſi habeat adiu
tores: nihiloſecius tamen ſufficientiſſimus ipſe eſt. hec igitur contemplatiua felicitas perfectiſſima eſt.
¶ Sexto. quia ipſius ſapientie contemplatio: maxime propter ſeipſam amari vel ſola videtur. nichil enim
ab ipſa preter ipſam contemplationem prouenit. at vero cum agimus aliquid: nobis preter ipſam actionem/
aut plus/ aut minus acquirimus. ¶ Septimo. ipſa felicitas in ocio/ quiete atqꝫ tranquillitate conſiſtere vide
Fel^tas in quiete consistit
tur. Nam negocia ſuſcipimus: vt ferias/ ociumqꝫ habeamus. et bellum gerimus: vt in pacis tranquillitate vi
uamus. virtutum enim agibilium operationes ſunt in ciuilibus/ bellicisqꝫ rebus: ꝛ negocioſe quidem ſunt/ et
prorſus que ſunt bellice. at ille ocij tranquillitatiſqꝫ gratia petuntur. nemo enim expetet bellum gerere belli
Bellum cur geritur
gerendi gratia/ neqꝫ quiſq̄ bellum ob bellum parat. crudelis nimium ille quidam et cruentus atqꝫ ſanguino
lentus penitus eſſe videbitur: ſi faciet amicos hoſtes vt pugne/ cedeſqꝫ fiant. ꝛ ipſius ciuilis operatio itidem
negocioſa eſt. vt que eſt preter ipſam actionem/ adminiſtrationemqꝫ poteſtates ſibi comparans/ atqꝫ hono
res/ aut ſibi ipſi ꝛ ſuis ciuibus felicitatem parens. que quidem ciuilis viri felicitas: diuerſa eſt a felicitate ciui
um/ ꝛ ab ea quam hoc in loco querimus. ſi ergo ciuiles/ ꝛ bellice actiones ceteris actibus qui a virtute profi
ciſcuntur ꝛ pulchritudine/ ꝛ magnitudine precellunt et negocioſe ſunt/ atqꝫ ob aliquem finem/ non autem ob
ſeipſas expetende: tanto magis alie actiones. modo mentis operatio ꝛ ſtudio precellere videtur (nam contē
platiua) ꝛ preter ſeipſam nullum penitus affectat finem/ ꝛ propriam ſibi coniunctam habet voluptatem que
ipſam operationem adauget/ ſufficientiſſima eſt/ non negocioſa/ non turbulenta/ ſed in ocio ꝛ tranquillitatis
ſucceſſu ꝛ a fatigatione vacua quantum hominibus licet/ atqꝫ conceditur/ ꝛ ſummatim quecūqꝫ alia viro bea
to tribuuntur: homini per hanc partis contemplatiue operationem ſecundum virtutem ineſſe videntur.
perfecta igitur hec operatio/ putetur hominis felicitas: dūmodo ſumpta ſit in vite longitudine perfecta. nam
nichil felicitatis mancum imperfectumqꝫ eſt. ¶ Octauo. quia hec ſecundum ſapientiam/ atqꝫ contemplatio
nem vita: hominis ſuperat naturam. non enim hoc ipſo ꝙ homo eſt ita viuet: ſed quo quid in ipſo diuinum eſt.
quantum igitur hoc ab ipſo compoſito differt: tantum ꝛ compoſiti operatio diſtat ab ea que ab alterius virtu
te proficiſcitur. ¶ Nono. mens aliquid diuinum ad ipſum hominem eſt. igitur ꝛ vita que ab hac manat diuina
eſt/ reſpectu rationes habita ipſius humane vite. Neqꝫ oportet quemadmodum ammonent nōnulli humana
nos ſapere cum ſimus homines/ aut mortalia cum ſimus mortales: ſed quoad fieri poteſt immortales nos ip
immortalitas expetenda
ſos facere cunctaqꝫ efficere vt ea vita viuamus/ que ab eo manat ac profluit quod omnium (que nobis inſūt)
preſtabiliſſimum eſt. nam tametſi paruum eſt mole: vi tamen/ ꝛ precio multum omnibus antecellit. ¶ Deci
mo. videtur vnuſquiſqꝫ idipſum preſtabiliſſimū eſſe: ſiquidē vnuſquiſqꝫ precipuū eſt/ ꝛ melius. abſurdū igitur eſſet ſi
vnicuique est quod in eo est precipuum et melius
nō ſuā: ſed alicuius alterius expeteret vitā. maxime igitur partis cōtēplatiue: vita querēda eſt. ¶ Undecimo. id i
ſuper qđ ꝛ antea dictū eſt: huic etiā propoſito accōmodari licet. nā qđ natura vnicuiqꝫ propriū eſt: id optimū
vnicuiqꝫ/ ac iucūdiſſimū eſt. igitur homi ea vita que ab ipſa proficiſcitur mēte: optima/ iucūdiſſimaqꝫ. ſiquidem
homo maxime mēs ipſa. vita igitur ſecundum mentem feliciſſima eſt.

30 Secūdo aūt eſt ea vita q̄ a virtute alia manat. Operationes enī **Cap. VIII.**
que ab hac prodeūt humane ſunt. nā iuſta/ ꝛ fortia/ ꝛ cetera que a virtutibus
pficiſcunt: in nosipſos agimus/ in cōmercijs/ ꝛ neceſſitatibꝫ atqꝫ actibꝫ com
munibus/ ꝛ itē affectibꝫ/ vnicuiqꝫ ſeruātes decorū. hec aūt oīa cōſtat eſſe hūa
na. ¶ Nōnulla aūt ꝛ a corpore puenire vident: ꝛ multū virtus morū cū affectibꝫ vide
tur eſſe cōiūcta. Cōiūcta eſt etiā ꝛ prudētia moris virtuti/ ꝛ hec prudētie: ſi pricipia q̄
dem prudētie a virtutibꝫ ipſis emergāt/ rectū vero moris virtutū a prudentia manat.
cum aūt he ſeſe habeant/ vt a ſe mutuo pēdeāt/ ſintqꝫ cōiūcte affectibus: circa ipſum cō
poſitum fuerint. at cōpoſiti virtutes humane ſunt. quare ꝛ ea vita que ab ipſis profici
ſcitur/ ꝛ felicitas humana eſt. Mentis aūt eſt ſeparata atqꝫ tantū de ipſa ſit dictū. ex
acte nāqꝫ dicere pposito maius eſt. ¶ Videbitur aūt ꝛ externa affluentia perparū aut
minus indigere q̄ morali. opus eſt enim vtriſqꝫ neceſſarijs rebus. Atqꝫ ſit eque: quāq̄
circa corpus ꝛ res tales: ciuilis homo magis elaborat. parua enim differentia fuerit. i
operationibus aūt nō mediocriter differunt. Eteni liberali quidē ad liberalitatis ope
rationes exercēdas: ꝛ iuſto ad retributiones pecunijs opus erit. ¶ Volūtates enī non
ſunt manifeſte. Simulant aūt ꝛ qui non ſunt iuſti/ agere iuſte velle. Forti aūt opus ē
potētia: ſi agit aliquid eorū que a virtute pficiſcunt. ꝛ poteſtate etiā tēperāti. quo nāqꝫ
modo aut hic aut ceterorū quiſq̄ manifeſtus erit? Querit aūt vtrū magis ppriū ſit vir
tutis: vtrū electio/ an ipſi actus? quippe cū in vtriſqꝫ virtꝰ cōſiſtat. atqꝫ cōſtat i vtriſqꝫ
perfectū ipſum cōſiſtere. At actus aūt multis indiget: ꝛ quo maiores pulchrioreſqꝫ ſunt/
eo pluribus indiget. At cōtēplanti nullis huiuſcemodi rebus ad operationē eſt opus.
quin ꝛ ipedimēto fere ſunt ad cōtemplationē. Sed hoc ipſo quo homo eſt/ atqꝫ cū plu
ribus viuit: expetit ea agere que a virtute pficiſcūtur. idigebit igit talibꝰ ad ea agēda

que ad hominem ſpectant. Atq; felicitatem perfectam contemplatiuam quãdam operationem eſſe: hinc quoq; fuerit manifeſtū. deos enim maxime beatos eſſe putamus/ atq; felices. at quoſnam actus tribuere illis oportet: iuſtoſne? An ridiculi videbuntur: ſi cõmutent/ & depoſita reddant/ & hmõi cetera agant? At forteſne: propterea ꝙ formidoloſas res ſuſtinent/ periculaq; ſubeunt honeſtatis ipſius cauſa? An liberales? at cuinã dabunt? Abſurdum eſt inſuper ſi numos etiam habeant/ aut aliquid tale. An temperantes? at quidnam fuerint? An laus ſit importuna ſi prauas dij cupiditates nõ habere dicantur? Ita per omnia diſcurrent/ cuncta que ſunt circa actus: parua quedã & non digna dijs imortalibus ſane vidẽtur. At vero viuere ipſos vniuerſi putãt. quare & operari. Non enim oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. Viuenti igitur ei/ cui actio & multo magis effectio non tribuitur: quidnam aliud preter cõtemplationem reſtat? Quare dei operatio precellens beatitudine/ contemplatiua ſine controuerſia fuerit. & hũanarũ igit̃ opationũ ea homo eſt ſumme felix: que illi maxime eſt cognata. ¶ Signũ eſt huius & aialia cetera felicitatis expertia eſſe: tali penit⁹ operatiõe priuata. Nã dijs quidẽ tota eſt vita beata/ talẽ habẽtibus opationẽ: hoib⁹ aũt/ quo ad ipſos talis operationis q̄dã ineſt ſimilitudo. At aialiũ ceterorũ nullũ proſus eſt felix. quippe cũ nulla ex parte particeps ſit cõtẽplationis. Quouſq; igit̃ cõtẽplatio ſeſe extẽdit/ eouſq; ſeſe extẽdit & felicitas ipſa: & quib⁹ cõtẽplatio magis ieſt/ ijs & felicitas magis ineſt/ nõ per accidẽs quidẽ/ ſed per ipſam vtiq; cõtẽplationẽ. hec enĩ per ſeipſam ẽ precioſa. Quare felicitas cõtemplatio fuerit q̄dã. ¶ Eſt aũt opus huic et proſperitate 31
externa cũ ſit homo. Natura nãq; ipſa nõ eſt ad cõtẽplandũ ſufficiẽs: ſed & corp⁹ ſanũ eſſe oportet/ & alimẽta/ reliquũq; famulatũ adeſſe. ¶ Non tamẽ putandũ eſt multis ac 32
magnis ei opus fore qui futur⁹ eſt felix: ſi fieri nõ poteſt vt ſit beatus ſine bonis externis. Neq; enĩ ſufficiẽtia/ neq; iudiciũ/ neq; act⁹ in exuperatiõe cõſiſtit. ſ; fieri põt vt & nõ pricipes terre ac maris agãt honeſta. etenĩ a mediocribus facultatibus põt quiſpiã agere p virtutẽ. Atq; id clare cernere licet. priuati nãq; nõ minus agere videntur res bonas/ ꝙ qui ſunt i poteſtatib⁹ cõſtituti: imo etiã magis. Satis aũt eſt tot facultates habere. erit enĩ eius vita felix qui per ipſam operatur virtute;. ¶ Solon etiã bene fortaſſe de felicibus ſentit: q̄ quidẽ eos eſſe felices dixit/ qui mediocriter res habuerũt externas/ & pulcherrimas res (vt putabat) egere/ modeſteq; vixere. Fieri enĩ poteſt: vt mediocria poſſidẽtes agãt ea q̄ agere oportet. ¶ Videt̃ aũt & Anaxagoras nõ locupletem/ neq; potentẽ felicẽ ipm exiſtimaſſe: cũ dixit ſe nõ mirari/ ſi abſurdus quide; multitudini videatur. hec enim res ſentiẽs ſolũ externas his iudicare tãtũmodo ſolet. Cõſentanee igit̃ nr̃is ſententijs & ſapientũ opiniões eſſe vidẽtur. at enim habẽt quidẽ et talia quãdã fidem. ¶ Veritas tñ in ijs que in actionẽ veniũt ex operibus iudicatur/ et 33
vita. In his enim p̄cipue certitudo veritatis cõſiſtit. ꝯſiderare enim op; ea que antea dicta ſũt ad opa referẽtes/ et vitã. et ſi conſona ſunt operibus: acceptãda ſunt. ſin vero diſcrepant: verba ſunt tantũ putanda. ¶ At vero qui mẽte operat̃/ et eã colit: diſponit̃ 34
optime. is et amiciſſimus dijs immortalib⁹ eſſe videt̃. Nã ſi dij curã humanarũ rerũ (vt exiſtimatur) aliquam habẽt: rationi ſane ꝯſentaneũ fuerit ipſos eo gaudere quod eſt optimũ/ maximeq; ſibi cognatũ. hoc aũt fuerit ipſa mẽs. et in eos qui maxie hoc amãt atq; honorãt/ beneficia viciſſim cõferre tanꝙ curã ijs que ſibi ſunt cara/ ac diligentiã adhibẽtes: & recte/ beneq; agẽtes. at conſtat hec omnia maxie ſapienti ineſſe. amiciſſimus igitur ſapiens ipſe dijs immortalibus eſt. eundem autem conueniens eſt: & feliciſſimum eſſe. Quare ſapiens hoc quoq; modo maxime fuerit felix.

¶ Octaui capitis note. ¶ Ex hoc loco queſtionem fundant: an actus exterior aliquam perfectione; virtuti 30
morali addat. ¶ Anaxagoras vt libere philoſopharetur: oẽs opes abiecit/ & libere ſuis conceſſit/ & alij cõplu
res ita feciſſe leguntur. ¶ Endymion a poetis fingitur dilectus a luna: & in monte Licie ſopitus: quo liberius 32
dormiẽtis carperet oſcula. ¶ Priuati hoies res preclaras agere videntur: preſertim in ijs que ad contemplãdi vitam pertinent potius ꝙ qui ſunt in poteſtatibus/ magniſq; dignitatibus ꝯſtituti. vt Paulus/ Hierotheus/ Bartholomeus/ & diuus Dionyſius.

¶ Octauum cap. quinq; concluſionibus partitum eſt.

Octaui capitis cõmẽtarius ad litteram. ¶ Prima concluſio. Ea vita q̄ ab actiua/ adminiſtratiuaq; vir- 30
tute manat: ſecundũ ſibi vẽdicat locũ. ¶ Primo. nã operationes que ab hac virtute proficiſcuntur: humane ſunt. nam & iuſta/ & fortia/ & cetera id genus officia: que ab adminiſtratiuis virtutibus proficiſcunt̃. inter nos ipſos agimus in commercijs/ in neceſſitatibus/ in actibus communibus/ item & in affectibus: vnicuiq; decorum ſeruantes. hec autem omnia conſtat eſſe humana. at ea vita que a virtute cõtemplatiua prodit/ atq; creſcitur: monſtrata eſt non humana/ ſed diuina potius. merito igitur vita que a virtute amminiſtratoria procee

dit: ſecundas partes/ ſecundumqꝫ ſibi vendicat locum. ¶ Secundo. in vita que ab actiua virtute/ adminiſtra
tiuaqꝫ moderatur: multa a corpore prouenire videntur. atqꝫ multum virtus ipſa morum: cum affectibus/ cor
poreiſqꝫ perturbationibus videtur eſſe coniuncta. et coniuncta eſt etiam prudentia/ moris virtuti: et viciſſim
virtus moris/ prudentie. nec iniuria quidem. nam principia prudentie a virtutibus ipſis emergunt: rectum
autem virtutum moris/ ab ipſa prudentia manat. cum ergo et prudentia/ et virtutes moris ita ſeſe habeant
vt a ſeſe mutuo pendeant/ ſintqꝫ humanis affectibus aſcite/ atqꝫ coniuncte: circa ipſum compoſitum erunt.
at cõpoſiti virtutes ſunt humane. eſt igit̃ ea vita eaqꝫ felicitas que a prudentia et virtutibus morũ proficiſci=
tur: humana. at mentis felicitas ſeparata eſt. iure igitur actiue virtutis felicitas/ et que humana eſt/ ſecun=
dum ſibi vendicat locum. ſed ꝙ felicitas mentis ſeparata ſit: tantum de ipſa dictum hic ſatis ſit. nam id ex=
acte proſequi: propoſito maius eſt. ¶ Tertio. mentis/ contemplatiuaqꝫ vita: externa affluentia perparum/
aut minus indigere ꝙ actiua/ atqꝫ moralis vita videtur. et ꝗꝗ ita eſt vt actiuus/ ciuiliſqꝫ homo circa corpus
et res tales magis laboret/ eſto tamen vt poſueris et contemplatiuum/ et ciuilem eque externorum affluen=
tia indigere: id parum ad id quod paramus refert/ modiciqꝫ admodum momenti eſt. nam in operationibus
non mediocriter differunt. ſed plurimum. liberali enim ad liberalitatis operationes exercendas: et iuſto ad
retributiones faciendas/ pecunijs opus erit: contemplationibus autem his adminiculationibus nõ opus eſt.
primas igitur partes/ felicitas mentis ſibi aſciſcit: actiua vero ſecundas. ¶ Quarto. vita adminiſtratiue vir
tutis pluribus indiget: ꝗ partis contemplatiue. neqꝫ confert quicꝗ dicatur: vitam actiuam in actibus volun=
tatis conſiſtere/ et proinde non egere exteriore operatione vt neqꝫ contemplator. nam voluntates non ſunt ma
nifeſte: neqꝫ in eis ſolis perficitur adminiſtratiua vita. ſimulant enim et qui non ſunt iuſti: agere iuſte velle. ve
rum forti opus eſt potentia/ et robore: ſi quicꝗ eorum agere debeat/ que a fortitudine proficiſcuntur. et tem
perato itidem opus eſt eorum facultate circa que contingit temperantem/ et intemperantem eſſe. quo modo
enim aut temperatus/ aut aliorum aliquis manifeſtus erit: niſi circa extrinſecum operando probetur? et ideo
queri ſolet vtrum magis virtuti proprium ſit ipſa electio: an actus ipſe/ quaſi in vtriſqꝫ ipſa virtus conſiſtat. et
id conſtat atqꝫ manifeſtum eſt: ipſum perfectum in vtriſqꝫ conſiſtere. ac ad actus ipſos multis indiget admi=
niſtratiua virtus. et quo maiores/ pulchrioreſqꝫ ſunt/ eo et pluribus indiget. contemplanti autem nullis huiuſ=
modi rebus ad ſue ꝯtẽplationis functionẽ opus eſt: verũ poti⁹ ĩpedimẽto fere ſunt ad ꝯtẽplatiõis officiũ. vita
igit̃ cõtemplatrix primum locum ſibi defendit: actiua vero ſecũdũ. Nec ab re euenit vt ea quibus actiuus in
diget: contemplationi fere ſint impedimento. nam in vita actiua homo hoc ipſo ꝙ homo eſt viuit: et quan=
to cum pluribus viuit: tanto magis ea agere expetit que ab humana virtute proficiſcuntur. indigebit igitur
talibus. vt exteris facultatibus: ad ea que ad hominem ſpectant peragenda. ¶ Quinto. hinc licet cognoſce=
re contẽplatiuam felicitatem perfectam admodum eſſe operationem/ et primum ſibi vendicare perfectionis
locum: ꝙ ſupramundanas mentes maxime beatas eſſe putamus/ atqꝫ felices. at ipſis nullas actiones tribui=
mus. quas enim actiones/ adminiſtrationeſqꝫ illis tribuere oporteret: nonne iuſtas? ſed ridicule forte tum ap
parebunt ipſe ſupramundane mentes: ſi commutent/ et depoſita reddant/ et cetera id genus actionum effici=
ant. forteſne? et id quidem abſurdum: quaſi res formidoloſas ſuſtineant/ periculaqꝫ ſubeant ipſius honeſta=
tis gratia. an liberales? ſed cuinam tum dabunt indigenti? et abſurdum inſuper eſt ſi numos habeant/ et locu
los/ aut aliquid ſimile. an temperantes? ſed quo pacto id fuerint? et an indecens/ ac importuna laus eſt: ſi pra=
uas cupiditates beatiſſime mentes non habere dicantur. et ita per omnia diſcurrenti cuncta que ſunt circa a=
ctus: parua quedam/ et non digna mentibus immortalibus ſane videntur. at vero ipſa beatiſſima numina vi=
uere putant vniuerſi. quare et operari. non enim oportet illa (vt Endymiona fabulatur) dormire. ſed quidnã
potius eis tribuemus/ ꝗ contemplari? operanti enim cui actio et multo fortius effectio (que artis eſt opus)
non tribuitur: nihil preter contemplationem tribuendum relinquitur. quare dei longe precellens beatitudine
operatio vita ſine controuerſia contemplatiua ſit. ea igitur operatione inter operationes hũanas: homo ma
xime felix eſt/ que illi diuine felicitati maxime eſt cognata. hec autem eſt contemplatiua. igitur contempla=
tiua felicitas: ſummum ſibi perfectionis locum inter humanas operatiões vẽdicat. ¶ Sexto. eius rei ſignũ
ſunt cetera animalia felicitatis expertia: tali prorſus contemplationis officio priuata. nam ſupermundanis
numinibus tota vita beata eſt: talem habentibus operationem. hominibus autem quoad ipſa talis quedam
ineſt operationis ſimilitudo. at reliquorum animalium nullum prorſus felix eſt: quippe ꝙ nulla ex parte ſit cõ
templationis particeps. quouſqꝫ igitur contemplatio ſeſe extendit: eouſqꝫ ſeſe extendere videtur et felicitas.
et quibus contemplatio magis ineſt: et felicitas magis ineſt non per accidens quidem ſed per eam ipſam con=
templationem. eſt enim contemplatio per ſeipſam precioſa. igitur felicitas: vel maxime contemplatio quedã
31 eſt. ¶ Secunda concluſio. Felici etiam illa diuina/ contemplatiuaqꝫ felicitate: exterarum rerum proſperita=
te opus eſt. Nam huiuſmodi felix homo eſt. homo autem natura ipſa/ non eſt ad cõtẽplandũ ſufficiens: ſed
32 et corpus ſanum eſſe oportet/ et alimenta/ reliquumqꝫ famulatum adeſſe. ¶ Tertia concluſio. Si fieri non põt
vt quis beatus euadat ſine bonis externis: non tamẽ putãdum eſt multis ac magnis ei opus eſſe/ qui futurus
ſit felix. ¶ Primo. quia neqꝫ ſufficientia/ neqꝫ iudicium/ neqꝫ actus in magnis/ exuperãtibuſqꝫ rerum copijs
conſiſtit. verum fieri poteſt: vt qui neqꝫ principes terre/ neqꝫ maris ſunt/ agant honeſta. nam a mediocribus
facultatibus: poteſt quiſpiam ſecundum virtutem agere. quod et clare conſpicere licet: quãdoquidem priuati
homines non minus agere videntur res preclaras/ ꝗ qui in poteſtatibus ſunt conſtituti: imo et magis. ſatis ergo
erit tot facultates habere: que ſcꝫ ad agẽdum ſufficiant. nam eius vita beata erit: qui ſcõm virtutem operabi
tur. que ſi ſufficiunt ad agendũ: tanto magis/ et ad contẽplanduꝫ. nõ igitur multis ac magnis facultatum co=
pijs ei opus erit: qui felix futurus eſt. ¶ Secundo. Solon de felicibus in hoc recte ſenſiſſe videt̃: qui quidem
eos felices eſſe dicebat: qui mediocriter res habuerunt externas/ et qui res pulcherrimas (vt arbitrabat̃) ege
runt modeſteqꝫ vixerunt. fieri enim poteſt vt mediocria poſſidentes: agant ea que agere oportet. ¶ Tertio
videtur idem ſenſiſſe Anaxagoras: neqꝫ locupletem/ neqꝫ potentem felicem ipſum exiſtimaſſe. cum inquit ſe
nõ mirari ſi abſurdus quidem multitudini videretur. nam multitudo ſolum res externas agnoſcens: ab his
dumtaxat iudicium ferre ſolet. videntur itaqꝫ noſtris ſententijs et ſapientum opiniones conſentanee. nec ab
re quidem. nam talia fidem et quandam habent. non igitur magnis externarum rerum copijs: opus eſt felici.
33 ¶ Quarta concluſio. Veritas in ijs que in actionem veniunt: ex operibus iudicatur/ et vita. Nam in opera=
tionibus/ et vita precipue certitudo veritatis conſiſtit. conſiderare ergo vos oportet ea que antea dicta ſunt/

vita activa an in sola voluntate sit posita

Mentes supramundane vitam agentes beate.

virtutes morales an sint in mentibus supramundanis.

endymionis fabula

Felici externarum rerum prosperitate opus est

Felix bonis externis quanto indigeat

Solon.

Anaxagoras.

veritas in actionibus unde

thꝭs legiſlator videt. In pluribus aũt ciuitatibꝰ tales res ſũt neglecte. Et ita vnuſqſqꝫ
viuit vt ſi placet ritu Cyclopũ filios regẽs/atqꝫ vxorẽ. Preſtabiliſſimũ igit eſt dilige
tiã rectãqꝫ curã adhibere cõmunem:idqꝫ ipm facere poſſe. Qð ſi negligit publice:ad
vnũquẽqꝫ attinere videbit filios ſuos atqꝫ amicos ad virtutẽ dirigere/ vel ſaltẽ velle
dirigere. Atqꝫ maxie idipſũ poſſe videbitur ex dictis idoneus ad leges ferendas factꝰ.
Publicas igitur diligentias/atqꝫ curas per leges fieri cõſtat:bonas autem/per ſtudio
ſas. Nec intereſſe quicɋ̃ videt/ſcripte ſint/an nõ ſcripte: vnus an plures ꝑ illas inſti-
tuant/vt ⁊ in muſica/exercitãdiqꝫ facultate/⁊ eruditiõibꝰ ceteris hoc nihil refert. Nã
vt in ciuitatibus leges/ac mores:ſic ⁊ in domibus poſſunt paterni ſermões ac mores/
quinetiã magis ob cognitionẽ beneficiaqꝫ collata. ſunt enĩ ipſi filij iãpridẽ affectione
deuincti:⁊ facile obtẽperãtes natura. Differũt inſuper ⁊ inſtituta priuata a publicis:
perinde atqꝫ in medicina. vniuerſaliter enĩ/febricitãti ꝯfert inedia/⁊ ꝙes. at alicui for-
ſitan non cõducit. Magiſter quoqꝫ ludi non omnibus fortaſſe pugilibus eandem pu-
gnam imponit. Singula autẽ magis exacte fieri videbunt adhibita cura/ diligẽtiaqꝫ
priuata. magis enĩ id adipiſcitur vnuſqſqꝫ:quod cõgruũ eſt. Atqꝫ optime quidẽ in ſin-
gulis curam ac diligentiam adhibuerit ⁊ medicus ⁊ ludi magiſter ⁊ quiuis alius:qui
hoc vniuerſale ſcit/omnibus inqɋ̃ aut talibus hoc eſſe accõmodatũ. Scientie enĩ/cõis
ipſius eſſe dicũtur ⁊ ſũt. Nihil tamẽ forſitan obſtat quin ⁊ is qui ſcientie quidẽ eſt ex-
pers/exacte aũt ea perſpexit experientia que in vnoquoqꝫ accidunt:rectam in vno ali-
quo diligentiã adhibeat/atqꝫ curã. queadmodũ ⁊ quidã optimi ſibiipſis eſſe medici vi
dentur:qui tñ nulli alij poſſunt opem afferre. ¶ Verũ nõ minus forſitan oportere vide
bitur eum ꝙ vult artifex/⁊ cõtemplator euadere:ad vniuerſale pergere/ atqꝫ illud (vt
fieri poteſt) cognoſcere. dictũ eſt enĩ ſcientias circa hoc ipm verſari. Fortaſſe autem et
is qui vult ſua cura/diligẽtiaue meliores facere ſiue multos ſiue paucos: enitat opor-
tet/vt ad ferendas leges aptus euadat:ſi boni legibus fieri poſſumus. Non eſt enĩ cu-
iuſuis quemuis recte diſponere. ſed ſi alicuius eſt:ſciẽtis eſt. vt in medicina fit ⁊ in ce-
teris facultatibus/quarũ eſt aliqua cura/atqꝫ prudentia. ¶ Hec cum ita ſint:cõſidera-
re poſt hoc oportet vñnam/⁊ quomodo quiſpiam legum lator euaſerit. An ab ijs qui rẽ-
publicam gerunt:queadmodum et in facultatibus ceteris fieri ſolet? Nã pars ciuilis
eſſe videtur ipſa ferendarũ legũ facultas:an non ſimiliter in ciuili ⁊ ceteris in faculta
tibus fieri/ſciẽtiſqꝫ videtur. Nam in ceteris quidem idẽ tradere facultates/⁊ ꝑ ipſas
operari videtur. vt medici/atqꝫ pictores. Res autẽ ciuiles docere quidem pollicentur
ipſi ſophiſte:nemo aũt ipſorum agit. ¶ Sed ij qui rempublicam gerũt. qui quidẽ potẽ-
tia quadã id agere/⁊ experiẽtia potius ɋ̃ mẽte vident. Neqꝫ enĩ ſcribere de talibus:
neqꝫ dicere videntur. quod tamen preclarius forſitan eſſet:ɋ̃ iudiciales orationes/vel
deliberatiuas ꝯponere. Neqꝫ filios ſuos/aut amicoꝝ vllos idoneos ad gubernandũ
rempublicam effeciſſe. Erat autẽ cõſentaneũ rationi ſi poſſent. neqꝫ enĩ melius quic-
quam ciuitatibus reliquiſſent:neqꝫ ſibiipſis/aut chariſſimis aliud magis optaſſent ɋ̃
talia poſſe. Non tñ parũ experiẽtia conferre videtur. non enĩ fierent ꝑ ciuilem conſue
tudinem ad gubernãdũ rempublicã aptiores. Quapropter ijs qui de re ciuili cupiunt
ſcire:experientia inſuper opus eſſe videtur. Sophiſtarũ autẽ ij qui facultatẽ hãc profi-
tentur:lõge abeſſe a tradẽda ipſa vident. neqꝫ enĩ quale quid eſt: neqꝫ circa que verſat
omnino ſciunt. Non enim ipſam/⁊ oratoriam facultatem idem/neqꝫ inferiorem pone
rẽt:congregatis ijs legibus que ſunt probate. Fieri enĩ poſſe dicũt: vt optime deligã
tur. proinde quaſi delectio nõ eſſet ſagacitatis:⁊ iudicare recte nõ eſſet maximum. vt
in muſicis. Qui nãqꝫ ſunt in ſingulis experti/recte opera iudicãt:⁊ quibus/ aut quo-
modo perficiuntur/⁊ que ſunt his cõſona cõprehendunt. Inexpertis autem ſatis eſt/
ſi non lateat ipſos bene aut male factũ ſit opus:vt in pictura. Leges aũt operibus ſi-
miles ciuilibus ſũt. Quonam igitur pacto quiſpiam ex his legum fuerit lator:aut eas
que ſunt optime iudicauerit? Neqꝫ enĩ medici videntur ex libris fieri: et tñ dicere co-
nantur nõ ſolũ curationes/ſed etiã egrotãtes curari poſſe/⁊ vt curare oportet/ habitu
vniuſcuiuſqꝫ diſtincto. hec aũt expertis quidẽ vtilia:ijs vero qui ſciẽtia carẽt inutilia eſſe
vident. Et legũ igit forſitã/⁊ rerũ publicarũ ꝯgregatiões:ijs quidẽ ꝙ ꝓſpicere/atqꝫ
diſcernere poſſunt quidnã recte ſeſe habet/vel cõtra/aut ꝙ ꝗbus accõmodãtur/ vtiles

eſſe poſſunt. ſed ij qui ſine habitu talia tractant: recte quidē iudicare nō poſſūt / niſi fortuitu. magis aūt ad ea cōprehendenda fortaſſe fuerint apti. Cū igitur noſtri maiores ea que ad facultatem ferendarum legum pertinent ſine perſcrutatiōe reliquerint: noſipſos illa fortaſſe preſtat cōſiderare. ⁊ omnino de republica ptractare oportet. vt quoad fieri poteſt: ea philoſophia perficiatur / que circa res humanas verſatur. ¶ Primum itaqꝫ ſi quid recte ſit a maioribus dictum / id enitamur recenſere. deinde ex congregatis rebus publicis conſiderare: quenam / ciuitates ⁊ rerum publicarum ſingulas euertunt / atqꝫ conſeruant. et quas ob cauſas alie recte gubernantur: alie contra. His enī perſpectis: magis fortaſſe perceperimus quenam ſit reſpublica optima / et quomodo vnaqueqꝫ diſpoſita: quibuſve legibus vtens / ac moribus bene fuerit conſtituta. Dicamus igitur hinc initio ſumpto.

¶ Noni capitis note. ¶ Magiſter ludi: qui pugiles ad diuerſa exercitiorum genera: vt certaminum / paleſtrarum / ⁊ ludorū formabat. ¶ Verba et ammonitiones / que ex hoc opere magna commoditate aſſumi valebunt: pondus / efficaciamqꝫ ad vitam habere nullus dubitare debet qui hanc Horatij aliquando legerit ſententiam. 35

Horatius. Feruet auaritia / miſeraqꝫ cupidine pectus?
Sunt verba / ⁊ voces quibus hunc lenire dolorem
Poſſis / ⁊ magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula / que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello
Inuidus / iracundus iners / vinoſus amator /
Nemo adeo ferus eſt: qui non miteſcere poſſit /
Si modo culture patientem commodet aurem.

Ergo huic ſtudio libenter veſtram operam impendite / et reddite vos ad meliorem vitam perſuaſibiles. Eſt enim hec diſciplina medica animi totiqꝫ ſalutifera cognita mundo. verum vt cum Heſiodo concludamus.

Heſiodus. Ille quidem dijs eſt gratus cui cognita ſunt hec.
Omniaqꝫ inſpiciens rerum ſe exercet ad vſus.

¶ Hec peroratio: pariter eſt et librorum moralium / et politicorum prelectio.

Vltimi capitis / ⁊ perorationis operis commentarius ad litteram. ¶ Enimuero de felicitate / atqꝫ virtutibus. preterea de amicitia / ac voluptate: ſatis pro mediocritate diſſeruimus. putandum ergo ne eſt noſtrum propoſitum / ſuum iam finem attigiſſe? an potius (quemadmodum dicitur) non eſt hoc in rebus agendis finis / proſpexiſſe ſcilicet virtutes / atqꝫ ſingulas cognouiſſe: ſed agere potius quod et ingenue fatemur. neqꝫ enim de virtute ſcire ſat eſt: ſed enīt totis conaminibus / totiſqꝫ viribus oportet ipſam poſſidere / ipſa vti. vel ſi quo alio modo boni efficiamur: enitendum eſt ſummopere. ſi enim verba ad homines bonos efficiēdos ſufficerēt / multas iure mercedes / magnaſqꝫ ſecundum Theognidis ſententiam afferrent / ⁊ ea multi comparare operepreciū eſſet. vim tamen hanc ſermones habere videntur: liberos iuuenes hortari / ac prouocare: et morem ad optemperandum idoneum (educatione quidem bona iam factum) facere / et ingenuum vereqꝫ honeſtatis amatorem. ſed vulgus ad probitatem incitare / verba non ſufficiunt. non enim ſunt tales vt ob pudorem obtēperent / ſed ob metum: nec tales vt a prauis ob turpitudinis vilitatem abhorreant / ſed ob penam. nam quia perturbationibus viuunt / ſuas perſequuntur voluptates / et ea que illas efficiunt: fugiunt autem oppoſitos dolores. neqꝫ honeſtatis / neqꝫ vere voluptatis prorſus rationem vllam habent: quippe qui eas deguſtauerint nunqꝫ. tales igitur quenam verba retrahere / moderariqꝫ poſſent? fieri enim minime poteſt / aut nō facile quidem fieri: vt ea verbis demutentur extrudanturqꝫ / que conſuetudinibus impreſſa ſunt / temporeqꝫ diuturno retenta. Sed bene nobiſcum agi putandum eſt / ſi omnibus etiam preſentibus per que boni fieri valeamus: virtutem indipiſcamur. fieri enim bonos quidam exiſtimant natura / quidam conſuetudine / quidam vero doctrina. Sed quo modo natura / nam ea ipſa in noſtra poteſtate non eſt: ſed illa per cauſam quandā diuinam / ijs hominibus ineſt / qui vere ſunt fortunati. ⁊ quo pacto item doctrina / ſermones / preceptioneſqꝫ non in omnibus vires habent: ſed opus eſt auditoris animum antea moribus eſſe cultum ad recte gaudendum / horrendumqꝫ mala: tanqꝫ agrum qui ſemina ſit nutriturus. qui enim cum perturbatione viuit: non ea verba audiet / intelligetqꝫ / que dehortantur. is vero qui ita diſpoſitus eſt: qui fieri poteſt vt diſſuadenti obtemperet? omnino autem ipſa perturbatio non verbis / ſed vi cedere videtur. mores ergo precedant aliquo pacto ipſi virtuti familiares oportet: ipſum bonū amantes / abhorrentes autē a turpi. Et difficile profecto eſt / vt ab incūte etate recte quis ad virtutē ſigatur: niſi ſub virtutū legibus ſit educatus. modeſte enī viuere / cōtinenterqꝫ pleriſqꝫ hoīm / ⁊ preſertim iuuenibus nō eſt iucūdū. quapropter operepreciū eſt educationē / atqꝫ officia: a legibus eſſe inſtituta. nō enī moleſtia ingeretur: ſi ſint aſſueta. Neqꝫ quidem ſatis eſt dū ſunt adoleſcētes: rectā educationē / curāqꝫ eſſe adeptos / ſed viros iā factos / opꝫ ipſa agere / ac aſſueſcere. ⁊ in his: tum educationis tum adultorū / ⁊ omnino in vita / legibus eſt opus. nā multitudo ipſa neceſſitati potius qꝫ rationi: ⁊ penis potius qꝫ honeſtati paret. Et iccirco ſunt qui legūlatores oportere cenſent ad virtutē inuitare / ac prouocare honeſtatis gratia. ob id namqꝫ qꝫ ij qui probi ſunt: ob cōſuetudinem precipue morem gerent / obſecūdabūtqꝫ. aduerſus autem rebelles / hebetiores / degenereſqꝫ ingenio: emendationibus / peniſqꝫ decernendū eſt. ⁊ eos qui curari ⁊ emendari nequeunt: extrudere / atqꝫ exterminare oportet. probum autem hominem / ⁊ ad honeſtatis normam viuentem: rationi obtemperaturum eſſe aiunt. improbū vero voluptate defluentem: dolore afficiendum eſſe perinde atqꝫ iumentum. quapropter ⁊ eos ijs doloribus afficiendos eſſe cenſent: qui maxime concupitis voluptatibus aduerſentur. ſi ergo (vt dictum eſt) eum qui futurus ſit bonus: bene educatum / et bonis moribus aſſuetum eſſe oportet / ⁊ ſubinde bonis in exercitijs viuere / et neqꝫ inuitum / neqꝫ volentem res prauas agere / certe vt ita viuatur mente aliqua et recto quodam ordine / vim poteſtatemqꝫ communem habente opus eſt. 35

[Marginal manuscript notes:]
de virtute scire nō sat est.
vulgus verbis ad probitatem non incitat sed metu.
boni qui vine hīes fiant.

Patris igitur preceptio: vires non habet/ neq; neceſſitatem/ neq; vllius omnino viri niſi ſit rex/ aut aliquis talis. lex autem talem vim habet cogentem: que quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia/ atq; mête profect⁹. ⁊ hominum quidam odiſſe ſolent eos qui ſuis aduerſantur appetitionibus/ tametſi recte idipſum faciunt: lex autem eis ipſis non eſt moleſta probitatem iubens. Et in ſola Lacedemoniorum ciuitate cum paucis quibuſdam alijs legiſlator curam adhibuiſſe in educatione/ atq; officijs videtur. In pleriſq; autem ciuitatibus tales res ſunt neglecte: in quibus ita vnuſquiſq; ſuo more viuit vt ſibi placet ritu Cyclopum filios regens/ ac vxorem. Preſtabiliſſimum igitur eſt diligentiam/ curamq; rectam adhibere communẽ: idq; ipſum preſtare poſſe. Quod ſi negligit cura publica: vnicuiq; attinere videbitur ſuos filios/ atq; amicos ad virtutem prouocare/ dirigere/ vel ſaltem dirigere velle. atq; idipſum maxime omnium poterit: ſi ex dictis factus idoneus/ ad legum ferendarum poteſtatem euaſerit. publicas ergo diligentias atq; curas per leges fieri cõſtat: bonas autem per ſtudioſas leges. Nec intereſſe videtur ſcripte ſint/ an non ſcripte: ⁊ an vnus an plures per ipſas inſtituantur. quẽadmodum ⁊ in muſica/ atq; exercitandi facultate/ ceteriſq; eruditionibus: hoc nihil refert. Nam vt in ciuitatibus leges ac mores: ſic ⁊ in domibus valere poſſunt paterni ſermones ac mores. quinetiã ⁊ amplius ob cognitionem ipſam/ beneficiaq; collata. ſunt enim ipſi filij iampridem affectione deuincti/ ⁊ facile obtemperantes natura. Differunt inſuper ⁊ inſtituta priuata/ a publicis: perinde ac precepta in medicina. vniuerſali enim precepto/ febricitanti: confert inedia ⁊ quies. at alicui forſan non conducit. ⁊ magiſter forte ludi nõ omnibus pugilibus eandem imponit pugnam. ſingula ergo magis exacte fieri videbuntur: adhibita cura/ diligentiaq; priuata. magis enim ſic adipiſcitur id vnuſquiſq; quod congruum/ atq; decẽs eſt. ¶ Et optime in ſingulis quidem curam vigilantiamq; adhibuerit: et medicus/ ⁊ ludi magiſter ⁊ quiuis alius/ qui hoc vniuerſale ſcit/ aut omnibus/ aut talibus hoc eſſe accommodatum. Scientie enim: ipſius communis/ vniuerſaliſq; eſſe dicuntur/ ⁊ ſunt. attamen nihil obſtat quin ⁊ is qui ſcientie quidem eſt expers/ exacte quidem proſpexit experientiis que in vnoquoq; accidunt: rectam in vno aliquo diligentiam adhibeat/ artẽq; curam. quẽadmodum quidam optime ſibipſis eſſe medici videntur: qui tamen nulli alij poſſunt opem afferre. nihiloſecius nihil minus forte idoneum eſſe videbitur: ⁊ eum qui vult artifex ac contemplator euadere/ ad vniuerſalis cognitionẽ pergere/ ⁊ quoad fieri poteſt id ipſum illud cognoſcere. pergit enim contemplator. nam dictum iam eſt ſcientias circa ipſum verſari. ita ⁊ ad id enitatur oportet preſertim is qui vult ſua cura/ diligentiaq; alios meliores facere/ ſiue multos ſiue paucos: ⁊ vt ad ferendas leges aptus euadat/ ſiquidem per leges nos boni fieri valem⁹. nam poſſe quemuis bonum facere/ recteq; diſponere non cuiuis eſt: ſed ſi alicuius eſt/ ſcientis eſt/ ⁊ vniuerſale conſiderantis: vt fit ⁊ in medicina/ ⁊ in ceteris facultatibus quarum eſt aliqua cura/ atq; prudẽtia. ¶ Hec vero cum ita ſint operepretium nobis eſſe videtur (poſt ſuſceptam de moribus determinationem) vnde nam/ ⁊ quonam pacto quiſpiam legumlator euadere poſſit: an ab ijs qui rempublicam gerunt/ ac moderantur: quemadmodum ⁊ in ceteris facultatibus contingere ſolet. nam pars ciuilis eſſe videtur ipſa ferendarum legũ facultas. an non ſimiliter in ciuili ⁊ ceteris facultatibus/ ſcientiiſq; fieri videtur? quandoquidem in ceteris idẽ tradere facultates ⁊ per ipſas operari videatur: vt medici/ atq; pictores. res autem ciuiles docere quidẽ pollicentur ipſi ſophiſte: nemo autem ipſorum in actione verſatur. Sed ij qui rempublicam gerunt ad hoc mun⁹ non videntur idonei. nam hi potentia quadam id agere/ ⁊ experientia potius/ q̃ mente videntur. cuius rei hec ſe prebent indicia. nam neq; ſcribere de talibus neq; dicere videntur: quod tamen forte preclarius eſſet/ q̃ iudiciales orationes vel deliberatiuas in contionibus habere. non item videntur ſuos filios aut amicorum vllos: ad reipublice gubernacula feciſſe idoneos. quod tamen rationi conſentaneum erat ſi potuiſſent. neq; enim melius quicq̃ ciuitatibus reliquiſſent/ neq; ſibipſis/ neq; ſibi chariſſimis aliud quicq̃ magis optaſſent: q̃ talia poſſe. non tamen inficias imus experientiam non parum conferre poſſe. non enim alias fierent per ciuilem cõſuetudinem/ ad gubernandam rempublicam aptiores: quapropter ijs qui de re ciuili cognoſcere cupiunt: experientia inſuper opus eſſe videtur. At ſophiſtarum ij qui hanc facultatem profitẽtur: longe abeſſe ab ipſa tradenda videntur. neq; enim quid eſt/ neq; circa que verſatur omnino ipſi norunt. ſi enim cognoſcerent: non ipſam ⁊ oratoriam facultatem idem eſſe/ neq; conditione inferiorem ponerent neq; ipſi putarent faciles eſſe leges/ probatis quidem in vnum congeſtis quibuſdam legibus. id enim fieri poſſe dicunt: vt optime deligant. quaſi delectio non eſſet ſagacitatis opus. ⁊ quaſi iudicare nõ eſſet maximum: vt in muſicis. qui profecto in ſingulis ſunt experti: recte iudicant opera/ ⁊ quibus ⁊ quo modo perficiantur: ⁊ que ſunt his conſona comprehẽdunt. inexpertis autem ſatis eſt ſi non lateat ipſos: bene/ an male factum ſit opus/ vt in pictura. leges autem operibus ciuilibus ſimiles ſunt. quonam igitur pacto quiſpiam ex ſophiſtis legumlator fuerit? aut quonam pacto eas que optime ſunt iudicauerit? non enim videtur/ neq; medici quidem ex libris vidẽtur fieri/ tametſi libri ipſi dicere conentur: non modo curationes/ ſed etiam modum quo egrotantes ſue reſtituantur incolumitati habitu vniuſcuiuſq; diſtincto. hec autem expertis quidem vtilis: ijs vero qui ſcientia carent/ inutilia putentur. ⁊ legum igitur/ ⁊ rerum publicarum forte congregationes: ijs qui proſpicere/ atq; diſcernere norunt quidnam recte ſeſe habet/ aut contra/ conducere poſſunt. ſed qui ſine habitu talia tractant: recte quidem niſi fortuitu iudicare non poſſunt/ q̃uis nihil vetet eos ſuapte natura ad ea comprehendẽda eſſe aptiores. ¶ Cũ itaq; noſtri maiores ea que ad facultatem ferendarum legum pertinent ſine exacta perſcrutatione reliquerit: nos ipſos illa preſtat conſiderare/ ⁊ omnino de republica pertractare conducibile eſſe videtur. vt quoad fieri poteſt ea philoſophia que circa res humanas verſatur: perficiatur. primum ergo ſi quid a maioribus noſtris recte dictũ ſit: id enitemur in medium adducere. deinde de congregationibus rerum publicarum diſſeremus: quenam ciuitates ipſas/ ⁊ rerum publicarum ſingulos ſtatus euertũt/ aut ſaluant. ⁊ quas ob cauſas alie recte gubernentur/ alie vero minime. his enim penſiculatis forſitan perceperimus quenã rerum publicarũ ſit optima: ⁊ quonam pacto vnaqueq; diſpoſita/ ⁊ quibus legibus vtens/ ac moribus/ bene conſtituta fuerit. dicendi igitur auſpicium faciamus hoc ſumpto initio.

[Marginal handwritten notes: Lex quid. — Cura cōis preſtabiliſ — Cura privata. — Inſtituta privata a publicis quid differunt — Legumlator quonam pacto quiſpiam poſſit evadere]

¶ Decimi ⁊ vltimi Ethicorum Ariſtotelis interprete Argyropylo Bizantino: ⁊ Iacobi Stapulenſis adiũcto familiari commentario finis.

Abſolutum in Alma Pariſiorum academia Anno domini virtutum/ ſaluatoriſq; mundi. 1516.

¶ Jacobi Stapulenſis Introductio in Ethicen Ariſtotelis: ad ſtudioſum virū Germanū de Ganay / decanum Bellouacenſem et Conſiliarium Regium.

Actione | humana vita
Cōtemplatione | perficitur.
Ariſtotelis Laus.
Ariſtotelis libri quo ordine legendi.

13 Cur beneficium conferẽs magis eum cui beneficiuz contulit ꝙ contra diligit.
14 An omnia patri ſint exhibenda.
15 Cur potius ea q̃ ad viſẽ ſu ſtentationem.
16 Quãdo pſtanda ſunt.
17 Et vbi.

cui cotulit, q; contra ... et cuiqua magis diligunt.

∴ Deo
ʃ Parentibus. | dignū nemo unq̄ reddere potest.

Ciuilis amicitię ſpecies quot et quę.

Elementa.

Amicitię ciuili similes. Amicitię quę ſpecie differūt. Amicitia maior quę. Amicitia ubi nō ſit. Pater filiū magis amat q̄ ametur, et cur. Paterna amicitia qualis. Pater an mater filios magis diligat. Viri / Uxoris coniunctione qd seruat. Patrē abdicare, filio an liceat. Patri licet filiū abdicare. Beneficiū cōferēs eſt ut artifex. Diuersa diuersis exhibēda. Parētibus a filijs pſtāda quę acceperint.

¶1. Tres: regia/optimatum / ⁊ cenſupotentum. ¶ Tot ſunt ciuilis amicitię ſpecies: quot ſunt ſpecies reipublicę. ¶3. Tres: herilis/paterna/economica. ¶4. Amicitię quę diuerſa opera habent/ ⁊ rationes amandi diuerſas: ſpecie diſſident. ¶5. Amicitia qua amatus plura ac maiora bona ſuſcipit: maior eſt. recipiunt liberi a parētibus et eſſe et vitę ſuſtentationem. ¶6. Ubi non eſt iuſtum: ⁊ vbi qui pręeſt inferiorum bonum non intendit/ ſed ſibi vſurpat: amicitia non eſt. ¶7. Quanto quis magis cognoſcit: magis diligit. et artifex magis opus ſuū diligit q̄ contra ab opere diligatur. ¶8. Quędam vtilis/ quędam delectabilis/ ⁊ quędam honeſta. ¶9. Qui maiore labore bona ſibi conquiſierunt: ⁊ ipſa magis diligunt. ¶10. Proles. ¶ Id viri et vxoris coniunctionē ſaluat: cuius carentia ſocietas ſoluitur. ¶11. Qui ſemper ad benefaciendum manet obligatus: ei abdicare non licet. Abdicare enim eſt aliquem omnino neq; curam eius gerendo: neq; beneficium vllum preſtando: relinquere. ¶12. Cui debetur, abdicare licebit. ¶13. Qui beneficium cōtulit: eſt vt artifex. ¶14. Alia ſunt exhibenda deo/ alia pricipi/ optimatibus/ parentibus/ ęqualibus/ ⁊ inferioribus. ¶15. Quę filij a parentibus ſuſceperunt: vt fieri poteſt et eis eadem pręſtare conſentaneum eſt. Deo atq; parentibus dignum nemo vnq̄ reddere poteſt.

Abdicare quid

Precepta.

Princeps ſubditos amato.	Liberos/ familiā q; curato.	¶ Inferiorum officia.
Et ſubditi pricipē venerātor.	Liberi famſiq; obſequūtor	Superiorib9 bona cupiunto.
Magiſtrat9 ppl'm dirigito.	In thori ſocietate ꝯcors viuito.	Grati/ beniuoliq; ſūto.
Et populus obedito.	¶ Superiorū amicitię iura.	Dociles ſe prebento.
Ciues ciuibus cōcordanto.	Inferioribus benefacito.	Libenter parento.
Humane ſeruos tractato.	Doceto/ pręcipito.	Beate viuere aſſueſcunto.
Et ſerui domino parento.	Et omnino in bonum dirigito.	

Studioſa amicitia. VIII.

Beniuolētia / Beneficētia / Concordia | quid, et cuius amicitię opera.

Amicitię uere proprietates quot et quę.

Que ob virtutē amicitia ſit: dictum eſt. Cuius tria ſunt opera: beniuolentia/ bñficētia/ ꝯcordia. Beniuolentia eſt cū quis alicui, ⁊ illius quidem gratia bonū vult. Beneficētia cū quę bona ſūt/ aut bona putat: alicui/ ⁊ illius q̄dē gratia voluntarie facit. Concordia vero cū quis alicui cōuiuēs eadem eligit/ iiſdem gaudet ⁊ iiſdem quoq; triſtatur. ¶ Uerę amicitię ſex ꝓprietates. eſt per ſe amicitia. maxima amicitia. permanens. perfecta. optima. rara.

Queſtiones amicitie ſtudioſe.

1 Quid.
2 Nōne tria amicitię opa: ſtudioſo ad ſe cōueniunt.
3 Nōne ſtudioſo ad amicū
4 Nūquid prauis ad ſe
5 Quot amicitię interiores actus.
6 Quis eorum potior
7 Circa quem magis.
8 An honorari pſtabilius ſit q̄ amari.
9 Nūq̄d poſtea q̄ amic9 factus eſt prau9: dz ſtudioſus amic9 manere.
10 Nūq̄d iterū ſi amicorū alt' ab ineunte ętate puer maneat: alter vero virtute proficiens vir optimus euadat/ manere debet amicitia.
11 Qualibus amicis opus eſt felici.
12 Nunq̄d vtilibus/ aut delectabilibus.
13 Quare amicorū vera amicitia: bonitatem adauget.
14 Cur maloꝝ prauitas eorum amicitia ediuerſo augetur.
15 Nū amicoꝝ pñtia delectabilis ē: ⁊ vtrū eſt
16 amicis. Et vbi.

Elementa.

Studioſus ſibiipſi bonū vult. Studioſus quo amicū amat. Praui bonū ſibi nolunt et cur. Amicitię interiores actus quot. Amicitię actus potior qui. Amicitia circa quē actu magis verſatur. Amari q; Honorari pſtabilius. Amicitia inter quos manere nō debet. Felici quib amicis opus. Studioſū vtilibus ac delectabi: lib amicis nō indiget et cur.

¶ Elemēta. ¶2. Studioſus ſibiipſi bonū vult/ ⁊ ſuiipſius gratia. ⁊ ſibi quę bona ſunt/ aut bona putat: voluntarie facit. ⁊ ſecum cōuiuens eadem eligit/ iiſdem gaudet/ ⁊ iiſdē quoq; triſtatur. ¶3. Studioſus ſeſe habet ad amicum: perinde atq; ad ſeipſum. eſt eni alter ipſe. ¶4. Praui non ſibi bona volunt. Nam expletionem ſuarum voluptatū volunt. neq; ſibi bona voluntarie faciunt: cumulant eni voluntarie mala malis. et ſecum continue diſſident. ¶5. Tres. Actus beniuolentię/ beneficentię/ ⁊ concordię. quibus ⁊ tres reſpondent exteriores. ¶6. Actus concordię. ¶ Potior eſt amicitię actus: quē amici in quacunq; fortuna conſtituti: magis expetunt. ¶7. Circa actum cōcordię. ¶ Circa potiorem actum: magis verſatur amicitia. ¶8. Amari pręſtabilius eſt. ¶ Quod eſt per ſe: pręſtabilius eſt. ¶9. Amicitia ſtudioſa eſt ſolum inter bonos. ¶10. Inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitię opera exerceri non poſſunt. ¶11. Studioſis. ¶ Opus eſt felici his quibus beneficia conferat/ ⁊ quibuſcū delectabiliter verſetur/ iucundeq; conuiuat. ¶12. Cuius vita ſecundum ſe ſufficiens eſt: vtilium bonoꝝ abundantiam/ et vitam ſcd'm ſe delectabilem habēs: vtilibus amicis ⁊ delectabilib9

Amicus quid.

non eget. Felicitas: hominis opatio eſt ſcdm virtutē ⁊ in vita perfecta. ¶ 13. Studioſi amici cōuiuunt: et beatę vitę alter ab altero plenius aſſumit exēplū. ¶ 14. Mali vo adinuicē, ſecūdū corruptas opatiōes ꝯuiuentes: accipiūt alter ab altero prauitatis cōſuetudinem. ¶ Ad proſperas fortunas: prompte vocato amicum/ad aduerſas tarde. Quando cum ſui pauca pturbatione poſſunt amici multo pręſidio eſſe: maxie vocādi ſūt. Ad amicū infortunijs preſſum: non vocatus accede. Amicū bñ fortunatū (vt ſcdę fortūę ꝯgratuleris ⁊ officiū pſtes) adito. Ad bñficia ſuſcipiēda: ꝙ pſtāda tardior eſto.

Amicos vt teipſum habeto.	Unanimiſqz viuito.	Illos conſulito.
Longa ꝯſuetudine pbato.	Eadem ſentito.	In aduerſis ſuccurrito.
Illis tua ſecreta credito.	Iiſdē gaudeto ac triſtator	In ſecundis gratulator.
Bene optato.	Fortūę pticipes facito.	Bñfacere pmptior eſto.
Benefacito.	Aduerſitates ne cōicato.	Eſto ſuſcipere tardior.

[M]Entis ſunt duę ptes. Una vis eſt contēplatiua/ac ſciēdi: qua ea quę alit vt ſeſe habeāt minime fieri pōt/cōtēplamur. Altera vero, qua ea quę aliter ſe ſe habere poſſūt/perſpicim⁹. et hęc vis actiua/adminiſtratiua/ꝯſultatiua/ ⁊ ſubducēdi ratio nominatur. ¶ Mentis cōtēplatiuę et vis ſciendi: ſciētia/intellect⁹/ ⁊ ſapiētia ſūt habit⁹. Et eſt ſcientia cōcluſionū demōſtratiu⁹ habit⁹. ¶ Scibilis quattuor pprietates. Eſt neceſſariū/etnū/igenitū/icorruptibile ¶ Sciētię pprietates Omnis ſciētia doceri pōt: et ſciētię ſcibile diſci. Sciētia ē ex āteanotis et ex rōcinatiōe. Ratiocinatio ſyllogiſmus: ſub quo et doctrinale enthymema cōprehēdim⁹. Sciētię vniuerſaliū principiorꝫ nō ē niſi inductio: et ſub inductione exemplum comprehendimus. Et ipſa principia, magis ꝙ ſciētię concluſio: nota ſunt.

[I]Ntellect⁹ eſt habit⁹ principiorꝫ. Principia ſūt q̄ cū aliter ſeſe habere nō poſſint: p ſeipſa/ ⁊ nō p alia fidē habet. Principiorū proprietates: eē quę ei ſcibilis ſunt. ¶ Intellectus proprietates. Omnis intellectus eſt itelligibilis, et principium intelligibile. Intellectus non eſt per rōcinationē, Eſt mētis habitus ſcientia perfectior, et ſine quo ſcientia minime haberi poteſt.

[S]Apiētia eſt ſciētia et intellect⁹ eorū q̄ honorabiliſſima ſūt i natura. ¶ Ei⁹ pprietates. Eſt certiſſimorꝫ principiorꝫ/atqz certiſſimorꝫ ſcibiliū. Intellectū cōtinet certiſſimū/et ſciētiā certiſſimā. Eſt mentis itellectualiū virtutū pclariſſima/honorabiliſſima/principaliſſia ac optīa. Eſt ⁊ ſapientia in alia ſignificatiōe, q̄ eſt artis virt⁹, vltima eni artis perfectio: eius virtus noiatur. ſcdꝫ quam ſignificationē Polycletū et ſtatuariū/et ſapientem dicimus.

[V]Is mētis q̄ conſultatiua dicitur: ars et prudentia ſūt habitus Ars vero eſt habit⁹ circa ea q̄ aliter ſeſe habere poſſunt: vera cū rōne factiu⁹. Factio quę et effectio noiatur: eſt i op⁹ extrinſecū tranſiens operatio. ¶ Artis tres ſūt operationes. Prima eſt, quo pacto aliquid faciēdū ſit cōſideratio. Secūda circa extrinſecū opus operatio. Tertia rei factę cōtēplatio. Pria ⁊ tertia actiōes ſūt. Eſt eni actio in ipſo operante immanens operatio. Secūda vero (a qua factiua non ab re dici videtur) effectio. ¶ Factibilis quod et extrinſecum opus eſt: proprietates, Contingens eſt eſſe et non eſſe. extrinſecum eius principium. non eni in eo ſed in faciente eſt. ¶ Artis proprietates. eſt contingentiū. circa opus extrinſecum. ſeruilis. in materia cum fortuna quodā modo cōueniens. Artis contrarium eſt atechnia. ⁊ eſt habitus eorum quę ſeſe aliter habere poſſunt: falſa cum ratione factiuus.

[P]Rudentia eſt omino circa hominis bona et mala vera cū rōne actiu⁹ habit⁹. Quę ſi vnū hoiēz i ſuis agendis dirigit: prudētię nomē retinet/aut monoſtica prudētia dicit. Si domū: rei familiaris prudētia/ ⁊ economica. Si ciuiū multitudinē: ciuilis prudētia ⁊ ciuilis facultas/atqz polytica noiatur. ¶ Tria ei⁹ opa. Recte ꝯſultare. de ijs q̄ recto cōſilio ſūt inuēta: recte iudicare. recta iuēta/iudicataqz pcipere. Prudētię circūſtātię iā dictę ſūt. ¶ Cōſilij pprietates. Nō ē ſine mēte. nō ē finis. pſentis. pteriti. ipoſſibilis. neceſſarij. eſt mediorū i finē et finiti. ē futuri et ꝯtigētis: et eorꝫ q̄ i nrā ſunt poteſtate. ē ⁊ icerti quo pacto eueniat. ¶ Ordo prudētis in cōſultādo. Finem ſupponit. qua ratione, quibuſve medijs finis aſſeq

Prudentia · Rei familiaris prudentia · Ciuilis prudentia · Ciuilis facultas | quę.

Recte consultare · Recte iudicare · Recte precipere | prudentię opera

eſt virtus ꝑpter quod maior laus ⁊ gratiaꝝ actio tribuit. Circa id magis eſt fortitudo: ꝓpt quod magis fortes dicunt. ¶7. Fortitudo nõ eſt circa eoꝝ timorẽ que recta rõne timenda ſunt. Omnino infamia ⁊ mala ſui opinio timenda eſt. Et q̇ timet, probus et verecundus eſt: qui vero nõ timet/ impudens. Que ex noſtro vicio non proueniunt/ ⁊ que in noſtra poteſtate minime locata ſunt: timenda non ſunt. ¶8. Audacia ⁊ timiditas. ¶ Circa timores atqꝫ fiducias ſuperabundantia ⁊ defectus: fortitudini cõtrariantur. ¶9. Timiditati. ¶ Virtus magis contraria eſt vicio ſibi diſſimiliori. ¶10. Magis oppoſitũ bono: deterius eſt. ¶11. Timidus/ ⁊ mollis. ¶ Fugere laborioſa: timidi eſt/ atqꝫ mollis. ¶12. Qui propter finem honeſtum agit: ei profecto finis eſt delectabilis. ¶13. Quanto aliquis ſciens maiore bono priuatur: ſane tanto magis in morte dolebit. ¶14. Quando oportet/ ⁊ honeſtiſſima pericula ſubeundi prebetur occaſio: ⁊ ob maius bonum, vir fortis fortius agit. De vbi conſimiliter dicitur.

Precepta

Fortis eſto · | Parentes tuetor · | Vbiqꝫ medium teneto
Deo pietatem exhibeto · | Nil temerarius attentato ·
Patriam defendito · | Nil timidus aggreditor ·

Temperantia iiii

Temperantia: eſt voluptatũ triſtitiarũqꝫ guſtus ac tactus mediocritas. Que ſi circa cibũ fuerit: abſtinẽtia/ cibiqꝫ honeſtas vocet. circa potũ ſobrietas. circa oſcula amplexus/ ⁊ cetera venerẽ prouocãtia: pudicitia. Circa venerea: caſtitas. circa intacti pudoris ꝓpoſitũ: virginitas. ¶ Intẽperãs eſt: q̇ circa horũ ſenſuum voluptates atqꝫ triſtitias exuperat. Qui circa cibum: manducus/ eluo/ vorax/ gaſtrimargus/ leccatorqꝫ vocetur. Circa potum: bibulus/ ebrioſus/ ac vinolẽtus. Circa venerem prouocantia: impudicus atqꝫ procus. Circa venerea: procax atqꝫ libidinoſus. ¶ Inſenſibilis eſt: qui circa hos ſenſus delectãdo deficit. ¶ Voluptatum anime: quedam ſunt circa honoris eſcientie cupiditatem/ quedam in hominum dictis/ quedam in exterioribus bonis. ¶ Voluptatum gule quedam ſunt cõmunes, quas omnes homines nature ſubueniendi gratia deſiderant. Alie vero proprie, quas nõ omnes deſiderant: que ⁊ naturales dicuntur.

Queſtiones

1	Quid	6	Quid ei contrarium	11	Nonne voluptatum abſentia intemperans triſtetur
2	Quot eius ſpecies	7	Qui magis		
3	Circa que	8	Utrum deterius		
4	Nunqd circa voluptates aie: auditus/ viſus/ odoratus	9	Quales ei⁹ õpatiões	12	Quando temperate agendum eſt
		10	Qui peccant ⁊ quot modis: circa gule cõmunes voluptates	13	Et vbi
5	Circa quod magis				

¶ Elemẽta. ¶2. Quinqꝫ. Abſtinẽtia/ ſobrietas/ pudicitia/ caſtitas/ virginitas. ¶3. Circa voluptates atqꝫ triſtitias guſtus ac tactus. ¶4. Circa quas voluptatum nõ dicuntur hoies temperati: neqꝫ temperantia ipſa eſt. ¶5. Circa delectationes. ¶ Difficili⁹ eſt preſentiũ voluptate nõ allici: ꝙ abſentibus nõ triſtari. Nã preſẽtia fortius mouẽt. ¶6. Intẽperãtia. ¶ Vicium quo magis voluntarium: eo magis vituperabile ac reprehenſione dignum eſt. ¶ Vicium quo magis/ ⁊ plures delinquunt homines: deterius eſt. ¶9. Proprietates officiorum. ¶10. Circa communes gule voluptates multitudine peccant gaſtrimargi: ⁊ vno modo, ſuperfluo ventrem refarcientes. ¶11. Qui rem abſentem deſiderat et ardet: triſtitia non vacat.

Precepta

Sẽſuũ illecebras reprimito · | Eſto pudicus · | Virtuti te natum memento ·
Cibo temperate vtitor · | Eſto caſtus · | Intemperantiam fugito ·
Potu ſobrius eſto · | Candorem ſeruato ·

Liberalitas iiii

Liberalitas eſt circa pecunie dationem/ acceptionẽqꝫ ratione definita mediocritas. Nomine pecunie: q̃ numo comparari ſolent, cõphendimus omnia. ¶ Prodigus eſt q̇ ꝓpria diſſipando exuperat. ¶ Illiberalis qui dãdo deficit: aut accipiẽdo exuperat. ¶ Qui in dando deficit: parcus/ tenax/ ac aridus nominatur. ¶ Qui accipiendo exuperat: ſi ex turpi meretricio/ leno. ſi ex turpi mutui lucro: fenerator. Ex inhoneſto ludi lucro: aleator/ luſor. Ex adulatione: paraſitus/ coſſax. Occulte: fur/ latro/ raptor/ aut aliquid ſimile.

1	Quid	6	Cui magis	11	Nunquid cum dat liberalis: dolet.
2	Quot eius officia	7	Utrum deterius	12	Nunquid facile ditetur
3	Circa que	8	Qui magis liberales	13	Quando liberaliter agit.
4	Circa quod magis	9	Qualis liberalis datio	14	Et vbi
5	Quid ei contrariū	10	Qualis illiberalitas		

Queſtiones.

¶ Elementa. ¶ Duo: dare / et accipere. ¶ 4. Circa pecunie dationem. ¶ Potius virtutis eſt beneficia conferre quam ſuſcipere. ¶ Et honeſta patrare preclarius: quam non admittere turpia. ¶ 7. Illiberalitas. ¶ Vicium quo plures peccant / et ad quod natura propenſiores ſumus: deterius eſt. ¶ 8. Qui ab alijs ſuas diuitias acceperunt. ¶ Qui indigentiam non ſunt experti: quiqꝫ ſua minus amant: liberaliores eſſe conuenit. ¶ 9. Voluntate affectabiles in noſtra poteſtate / voluntarie / delectabiliter / ſcienterqꝫ operata. ¶ 10. Incurabilis. ¶ Vicium cuius cauſa vitari nequit: vix curabile eſt. Senectus et impotentia omnis: auaros facit ¶ 11. Qui ſtudioſis operibus pecunias anteponit: is profecto liberalis non eſt. ¶ 12. Qui non eſt ad capiendum et conſeruandum procliuis / ſed ad erogandum potius: non facile ditabitur. ¶ Breues ſententie.

Elementa.

Precepta.

Liberalis eſto.	Nudos operito.	Lenocinium vitato.
Aliorum miſereſcito.	Hoſpites colligito.	Fenus execrato.
Egenos viſitato.	Mortuos ſepelito.	Aleas fugito.
Sitientes potato.	Parta conſeruato.	Colaces odito.
Famelicos paſcito.	Parcus / ne eſto.	Nihil clam retineto.
Captiuos redimito.		

Magnificentia eſt circa ſumptuum magnitudinem recta ratione ſeruata mediocritas. ¶ Qui exuperat: circa decorum rudis et ſordidus. Qui vero deficit: puſillus et paruificus nuncupatur. ¶ Sex magnifici proprietates. ſimilis eſt ſcienti. honeſtatis cauſa magnos et decentes ſumptus faciens. cum voluptate. ſine parcimonia. potius quo pacto opus pulcherrimum fuerit atqꝫ decens. quam quanti conſtiterit / paucisqꝫ numis fiat: conſiderans. Ab equali ſumptu: mirabile ac magnificum opus faciens.

Magnificentia. Quid. IIII

¶ Queſtiones

1	Quid		paruificentia puſillitateqꝫ deterior	12	An circa decorum rudis et puſillus vituperantur multum
2	Ad quot precipua magnifici opera	8	Quales magnifici		
3	Circa que	9	An pauperes	13	Quando magnifice agit
4	Circa quod magis	10	An non nobiles et glorioſi		
5	Quid ei contrariū			14	Et vbi
6	Utrum deterius	11	Qui ſemel magnificum ſumptum faciunt		
7	Eſt ne liberalitas				

Queſtiones

¶ Elementa. ¶ 2. Ad duo. primum ad dei cultum et heroum: vt templorum extructiones / dedicationesqꝫ et ſacrificia. ſecundum ad rempublicam. ¶ 7. Vicium quod magis vitari queat: deterius eſt. In paruis defectum vitare facilius eſt. In magnis autem non deficere quam in paruis difficilius. ¶ 8. Proprietates. ¶ 9. Ij magnifici non ſunt: qui pro dignitate magnos ſumptus facere nequeunt. ¶ 10. Ijs qui magnos ſumptus pro dignitate magnos ſumptus facere poſſunt: competit eſſe magnificos. ¶ 11. Qui magiſtratus ſubeunt: qui nouas vxores ducunt: magnificos ſumptus vel ſemel facere probantur. ¶ 12. Qui nullis nocent non multum vituperantur. ¶ Breues ſententie.

Elementa.

Precepta.

Sancta loca inſtaurato.	Raro obſonator.	Paruificus nil facito.
Deum templis honorato.	Clarus magnificus eſto.	Luxū / ſorditiemqꝫ vitato

Magnanimitas eſt virtus qua (cum ea magnis honoribus digna ſit) honores aut inhonorationem: fortunam tum proſperam / tum aduerſam moderate ferre poſſumus. ¶ Qui ſe magnis dignum faciendo cum minime dignus ſit / exuperat: ſcilicet atqꝫ ſuperbus dicitur. ¶ Qui vero ſe preclaris actibus et officijs et fortune bonis dignus priuando deficit: puſillanimus. ac piger eſt. ¶ Magnanimitatis proprietates. eſt caducorum bonorum contemptrix. ſola interna / diuinaqꝫ bona reputans. in omni virtute magnum operans. eſt et quoddam virtutum ornamentum. ¶ Queſtiones.

Magnanimitas. Quid. IIII

¶Elementa. ¶2. Paruas iras refringere facile eſt: magnas autem arduum atq3 diffi-cile. ¶3. Duo. facile cōciliabiles: atq3 difficulter. ¶8. Vicius ad quod natura pronio-res ſumus: deterius eſt. ¶9. Clementia circa punitiones eſt. & ſuperiorū ad minores. ¶10. Proprietates. ¶11. Qui nulli moleſtus eſt ſed beniuolus eſſe contendit: delecta-biliter conuiuit. ¶12. Satius eſt paululum ad minoris malicię latus declinare: ꝙ pe-ioris vicij diſcrimini ſe committere. ¶Breues ſententię. — Elementa

Mitis eſto.	Aut ſpeculū conſulito.	recordator.
Iram cohibeto.	Vt oportet iraſcitor.	Quos punis/hoīes memēto.
Et corpus deformat ab	Princeps clemētiā ſeruato.	Malis indulgere nolito:
alijs diſcito.	Tyrannos/crudeles eſſe	Licentia ne peccata creſcūto.

Precepta

Affabilitas eſt circa humanarum congreſſionum voluptates ac triſtitias (cuz ſine dilectione affectu ve ſit) laudata mediocritas. ¶Et qui delectandi ſtudio nec ob aliud quicꝙ exuperat: placidus. qui emolumenti gratia: adulator. Qui vero omnia moleſte ferens deficit: difficilis/ contentioſusq3 dicitur. ¶Affabilis proprietates. Omnibus vt oportet conuiuit. honeſtatis aut vtilitatis gra-tia id agit/conuictori turpe aliquid aut damnum facientī/aut qui ſibiypſi dedecori/ no-cumento ve ſit: dolorem afferre eligit. dolorem afferre vitat: niſi maiora bona pende-ant. ¶Queſtiones. — Affabilitas

1	Quid	6	Cui magis		fert dolorem
2	Quot exupatio-nis modi	7	Vtrum deterius	12	Cur magis ad delectā-dum flectitur
		8	Quo amicitię cōueniat		
3	Circa quę	9	Quo ab ea differat	13	Quādo affabiliter agit
4	Circa qd magis	10	Qualis	14	Et vbi
5	Quid ei ꝯtrariū	11	Nonne interdum af-		

Queſtiones

¶Elementa. ¶2. Duo: ſolo ſtudio placendi, & ob aliud quicꝙ. ¶8. Amicitia in huma-nis cōgreſſionibus verſatur. ¶9. Sine dilectione affectuq3 amicitia nō eſt. ¶10. Pro-prietates. ¶11. Cum delectare/dolorem ve non afferre dedecori aut detrimento ſit: do-lorem afferre putabitur vtilius. ¶Breues ſententię. — Elementa

Affabilis eſto.	Promptior audito.	Quę placēt proſuntq3 dicito.
Salutato libenter.	Quę audias bona ſunto.	Eademq3 facito.
Neminem irrideto.	Nulli detrahito.	Aliorū benefacta narrato.
Incōpoſitos riſ⁹ vitato.	Doctiorem te audito.	Tua ſileto.
Parum loquitor.	Indoctos erudito.	

Precepta

Veritas eſt virtus qua quis qualis ipſe ſit: cū verbis/tum factis palam oſtē-dit. ¶Et qui pręclara et maiora ꝙ inſint mendacio gaudens / gloriam aut lucrum affectans confingit: iactator et arrogans. Et qui quę inſunt aut ne-gat aut minuit: diſſimulator. Et qui parua aut manifeſta diſſimulat: delica-tus/& malicioſus. Qui vero diſſimulatione moderata vtitur: gratioſus vo-catur. — Veritas

1	Quid	7	Vtrum deterius	11	An omne verum
2	Quot arrogātię modi	8	Qualis q̄ nimia diſſi-mulatione vtitur	12	Cur potius ad defe-ctionem flectitur
3.	Circa quę				
4	Circa quod magis	9	Nōne verax aliquādo falſum dicit	13	Qñ expedit veritas,
5	Quid ei contrariū			14	Et vbi.
6	Cui magis	10	An omne		

Queſtiones

¶Elementa. ¶2. Tres: ob mendacium/ob gloriam/ob lucrum. ¶8. Arrogans. ¶Et exuperatio et nimia defectio: ad arrogantiam pertinere videntur. ¶9. Cum nulli no-ceat/at proſit multum/grande ve futurum bonum immineat: falſum dicere nonnunꝙ videbitur expediens. ¶10. Inhoneſta mendacia nunꝙ expediunt. ¶11. Vera illa quę alijs dedecus detrimentum ve ſint allatura: veridicus fugiet. — Elementa

Verax eſto.	Nihil de te confingito.	Non te culpato.
Verba vitę conſonanto	Non te collaudato.	Verum nociturum taceto.
Mendacium fugito.	Non te efferto.	Dictum/factumq3 hone-ſtum eſto.
Alteri⁹ famę ne icūbito	Non diſſimulato.	

Precepta

Iustitia particularis ... virtute obseruare oportet.

Comitas quid. Comps. Urbanus. Festiuus. Scurra. Importunus — qui.

Comitas IIII

COmitas eſt in ioco et dicendo et audiendo que op; laudabilis mediocritas. Comis/ vrbanus/dexter/ feſtiu⁹/ eutrapelus. ¶ Qui in ridiculis exupat: ſcurra/ cachino ⁊ iportun⁹ eſt. ¶ Qui vero neq; facet⁹ ẽq; facit/ neq; aliorum ſalis quicq̃ admittit: ruſticus/ agreſtis/ ⁊ durus nominatur.

Ruſticus. Agreſtis. Durus.

Queſtiones.

1 Quid
2 Quot in ludo ſeruanda
3 Circa quę
4 Circa qđ magis
5 Quid ei contrarium
6 Cui magis
7 Utrum deterius
8 Quo differt comis iocus a ſcurrę/cachinoniſq; ioco
9 Qualis
10 Nũqd audiẽtes dolore afficere intendit
11 Nõne potius oblectare
12 Nunquid omnibus facetijs vtetur.
13 Quãdo comiter agit
14 Et vbi

In ludo quot seruanda. **Elementa.** Comis. Scurra — in quo differunt. Comis qualis. Comitatis finis. Comis intentio. Comis quib. facetijs utetur.

¶ Elemẽta. ¶ 2. Nouẽ. quãtũ/ gratia cuius/ quale/ quis/ quo/ in quo/ quãdo/ vbi/ quõ. ¶ Quod recta ratio iubet: in vnaquaq; virtute obſeruare oportet. ¶ 8. Finem in ioco ioci ve delectatione nõ cõſtituit comis. ¶ Comi turpiũ factorũ ⁊ obſcenitatis verbo; ols licẽtia abeſt. ¶ Quibus op; pſonis/ tẽporiq; ⁊ loco: iocos/ ſaleſq; digne accommodat. ¶ 9. Ludorũ honeſtatẽ ſeruãs: vrbane iocos ſaleſq; pſonis/ tẽpori ⁊ loco accõmodãs. ¶ 10. Id nõ itẽdit comis: qđ comitatis finẽ ipedit. Finis comitatis: recreatio/ relaxatio/ quieſq; quedã eſt. ¶ 11. Id comẽ intẽdere perſpicuũ eſt: ad quod recta ratione iocus ordinatur. ¶ 12. Facetijs quas leges vetant non vtetur eutrapelus.

Precepta.

Dexter/ comiſq; viuito.
Feſſus recreator.
Jocus caſtus eſto.
Eſto commodus.
Perſonis/ loco/ tẽpori accommodato.
Ois obſcenitas abeſto.
Choreas/ aleaſq; fugito.
Turpes facetias vitato.
Hiſtriones/ ſcurras/ cachinones / ſcommataq; damnato.

Iustitia quid. Iusta que. Iniustitia quid. Iustitiarũ legitima que. Diuine. Naturales. Humane — leges. Aequitas quid. Iniustus qui. Iniquus qui. Distributiua. Comutatiua — equitas. Comertia spontanea que. Comertia clandestina que. Comertia uiolẽta que. Medietas. Coparatio rationũ Geometrica. Continua. Disiuncta — rationũ coparatio. Proportiones equales. Comparatio rationũ arithmetica. Differẽtia quid.

Juſtitia V

IUſtitia eſt virt⁹ qua hoies iuſtorũ ſũt operatiui: ⁊ qua iuſta volũt/ ac faciũt. Juſta ſũt ad alterũ facta officia. Habit⁹ vero quo q̇s res vult iniuſtas/ iniuriaſq; agit: iniuſtitia eſt. ¶ Juſtitia; hec legitia eſt q̃ ea/ q̃ leges mãdãt hoies volũt ac faciũt. leges aũt hę diuinę ſũt/ illę naturales: poſtremo vero hũanę. ⁊ hec iuſtitia tota dr̃. Hec vero equitas. qua q̇s neq; pl⁹ neq; min⁹ aut accipit aut tribuit: ſ; vt vnuſq̇ſq; dign⁹ ſit ac mereaꝛ. ⁊ hec iuſtitia/ q̃ pars eſt/ noiaꝛ. Quapropter et iniuſtus eſt q̇ legũ trãſgreſſor/ ea vult atq; agit q̃ contra leges exiſtunt. Et iniqu⁹ qui plus minuſ ve accipit aut tribuit q̃ oporteat ac dignũ ſit. ¶ Equitatũ quedã eſt cõmunium diſtributiua: qua ex cõibus bonis vnicuiq; vt dign⁹ ſit ac mereaꝛ/ diſtribuitur. Jlla vero cõmerciorũ cõmutatiua q̃ eſt eorũ q̃ ab vno in alterum cõmutanꝛ: equitas. Cõmerciorũ quedã ſponte faciũt hoies que vtraq; partiũ volẽte fiunt. Et ſunt venditio/ emptio/ mutuatio/ vadimoniũ/ locatio/ depoſitio/ mercede cõductio. quedam vero ſunt quę inuitis fiunt: quę non vtraq; partiũ volẽte fiunt. Et hec aut clandeſtina ſũt q̃ altero neſciẽte cõmittũtur. ⁊ ſunt furtũ/ adulteriũ/ veneficiũ/ lenociniũ/ ſeruorũ ſeductio/ cedes cũ dolo/ falſũ teſtimoniũ. aut violenta ſunt cũ alteri violẽtia irrogaꝛ. ⁊ ſunt verberatio/ vincula/ mors/ rapinę/ mẽbrorũ captio/ conuiciũ/ contumelia. Medietas ẽ rationum comparatio/ hec geometrica illa vero arithmetica. Cõparatio rationũ geometrica eſt duarũ adinuicẽ rationũ proportionumq; equalitas. Quę quidẽ proportiones ſi terminorũ aliquo cõmunicãt: cõtinua. ſin vero nullo: comparatio rationũ diſiũcta vocatur. Proportiones quę eiuſdẽ ſunt denominationis: equales dicimus. Comparatio rationum arithmetica eſt cum differentię proportionum ſunt equales. ¶ Differentia eſt id quo maius ſuperat minus.

Queſtiones.

1 Quid
2 Quot equitatũ ſpecies
3 An duorum viciorum ſit medietas
4 Circa q̃ iuſtitia legitima
5 Nõne vtutũ pclariſſima
6 Circa q̃ cõiu; diſtributiua
7 Circa q̃ commutatiua
8 Eſt ne cõium diſtributiua ſecũdũ aliquã rationũ comparationem
9 Nõne ſcd̃; geometricã
10 Nõne ɔmerciorũ ɔmutatiua ſcd̃m rationũ cõparationẽ arithmeticã attendenda eſt.
11 Eſt ne cõmutabiliũ vna cõmunis mẽſura
12 Quę vera
13 Per quales iiurias dicitur quis iniuſtus
14 Nõne iuris actio inter iuſtitię extrema mediat
15 An q̃ iiuriã patiꝛ: iccirco dicẽdus ſit iniuſtus
16 Quando iuſte agit
17 Et vbi

quia nō voluntariū

Aequitatis ſpecies quot et que

Elementa

¶2. Due: cōmuniū diſtributiua, ⁊ cōmerciorū cōmutatiua ¶3. Juſtitia eſt inter iniuſtum facere, ⁊ iniuriam pati. Iniuriā autem pati non malum ſed pena eſt. non enī voluntariū neqꝫ vituperabile eſt. ¶4. Circa ea que rite leges ſtatuūt ⁊ vetant. ¶5. Preclarior virtus ad ſe ⁊ ad alterū eſt, ea que ad ſe ſolum/ et ad cōmune bonū ⁊ vite ſufficientiam: ꝙ que ad particulare. ¶6. Circa diſtributiones bonorū ⁊ malorū. ¶7. Circa cōmutationes bonorū. ¶8. Ubi diſtributio ad diſtributionem vt perſona ad perſonam (hoc eſt vbi premium ad premium aut pena ad penam, ſicut meritū ad meritū aut delictum ad delictum) aliqua rationū comparatio eſt. ¶9. Juſtitia cōmunium diſtributiua: fit ſecundum equalitatem duarum adinuicem propoſitionum. ¶10. Comparatio rationum arithmetica tunc eſt: quando eſt propoſitionum / differētiarū equalitas. In iuſtitia cōmerciorū cōmutatiua attenditur equalitas: ſecundum differentiarū ꝓportionū equalitatem. ¶11. Omnia numo mēſuramus. ¶12. Indigentia humana. ¶ Ea eſt vera cōmutabiliū menſura: ſecundum cuius exigentiam homines cōmutant ⁊ qua exiſtente fit cōmutatio. qua vero nō exiſtente: nō fit. Si enim homines nullo egerent: neqꝫ inter eos vlla quidem rerum cōmutatio fieret. ¶13. Per operationes iniuſtitie habitum ſequentes. Nā iniuſtitia habitus eſt qua quis res vult iniuſtas/ iniuriaſqꝫ agit. 14. Juſtitie actio eſt īter plus ⁊ minus. ¶15. Qui iniuriam patitur non iccirco res vult iniuſtas/ iniuriaſqꝫ agit.

Iuſtitia quorū vitiorū medium / *Iniuriā pati nō malū ſed pena* / *Iuſtitia legitima circa que* / *Virtus preclarior que* / *Diſtributiua* / *Cōmutatiua* | *circa que* / *Rationū cōparatio quādo fit* / *In iuſtitia cōmutatiua qd attenditur* / *Mēſura cōmutabiliū* / *Iniuſtus ⁊ qles iniurias dr* / *Iniuſtitia quid* / *Iuſtitie actio*

Precepta

Iniuſtitiam colito.
Legibus obſequitor.
Deū naturāqꝫ pręponito.
Deum timeto.
Deū ſuper cuncta diligito.
Ipſum propiciato.
Proximos amato.
Parentes honorato.
Benefactor eſto.
Cōmunius bonū ꝓferto.
Equitatem ſeruato.
Iniuſtum ne imitator.
Exleges fugito.
Stateram non tranſilito.

Iuſtū ciuile *quid*

Iuſtū ciuile eſt quod ī equaliū vita cōſtitutū eſt: vt eorū q̄ ad liberorū equoqꝫ iure viuentiū hominū vitā pertinent/ ſufficientia ſit. Equales ſunt quorum nullꝰ aut natura aut ciuiliṫ alteri ſubditꝰ eſt. Herile iuſtū eſt qđ domini eſt ad ſeruum. Paternū vero: quod patris eſt ad filiū. Quod vero viri eſt ad vxorē: economicū/ ⁊ rei familiaris iuſtum dicitur. Juſtorū ciuilium quoddā eſt naturale: quod vbiqꝫ vim habet eandem. Aliud vero legitimum/ quod a principio quidē an aliter fiat nichil refert: cū vero poſitum fuerit/ refert. Juſtum ciuile igitur eſt, quod natura/ aut inſtituto eſt. Itidem ⁊ iniuſtū. Jus eſt, que ſpōte fit, iniurie emendatio. Cū vero quiſpiā ſua ſponte quemꝗ indigne ledit/ preter eius qui leditur voluntatem: iniuriam facere dicitur. Qui vero talis iniuria preter eius voluntatem facta eſt: is iniuriā patitur. ¶ Eſt preterea equitas ⁊ bonitas virtus: quia quis recte legē ea ꝗ parte qua ob vniuerſale deficit/ emendat. qui autem emendat/ equus ⁊ bonus dicitur.

Aequales qui / *Herile* / *Paternū* / *Oeconomicū* | *iuſtū* / *Naturale* / *Legitimū* | *iuſtū ciuile* / *Ius quid* / *Facere* / *Pati* | *iniuriā, qui dicantur* / *Aequitas* / *Bonitas* | *quid*

Queſtiones

Aequus / *Bonus* | *qui*

1 Quid
2 Quot modis circa hominum cōmunicationem infertur nocumentum.
3 Circa que.
4 An herile iuſtum/ paternū/ aut economicum: ciuile ſit.
5 Quod eorum ipſi ſimilius.
6 Nonne aliquādo fiat iuſtum aut iniuſtum abſqꝫ iure aut iniuria.
7 An quecunqꝫ patimur ſcientes: ſint voluntaria.
8 An quecunqꝫ facimus ignorantes ſint venia digna.
9 Qualis.
10 An facile ſit iuſtum/ aut iniuſtum eſſe.
11 An facile: iuſta ab iniuſtis ſecernere
12 An iuſti eſt iniuriam facere.
13 Utrum quis iniuriam ſua ſponte patiatur.
14 An in alicuius ſit poteſtate: vt quiſpiam iniuriam patiatur.
15 An lex vt dirigatur: aliquando aliquo egeat.
16 Quando iuſte agendum eſt.
17 Et vbi.

Nocumentū hominib. quot et quib. modis infertur.

¶2. Tribꝰ modis. Primū ignorantia/ ⁊ nō ſpōte: ſpōte quidē ⁊ ſine electione/ poſtremo vero cū ſpōte tū electione infertur nocumētū. ¶3. Juſtū ciuile circa bona ⁊ mala equaliū: ne plus minuſve fiat. Herile cōſimiliter circa bona ⁊ mala domini ad ſeruū. Paternū patris ad filiū. et economicū viri ad vxorem. ¶4. Diffinitiones. ¶5. Economicum. ¶ Juſtum in quo minor eſt inequalitas ⁊ maior ad equalitatē vite acceſſus: ciuili iuſto ſimilius eſt. ¶6. Interdum coacti iuſtum faciunt homines: ⁊ interdū nō

Elementa

Ciuile / *Herile* / *Paternū* / *Oeconomicū* | *iuſtum circa que verſatur*

Oeconomicum iuſtū ciuili ſimilius.

Iuſtū coactum abſqꝫ iure fit

ſponte aliquid iniuſtum. ¶7. Multa patimur ſcientes a natura: vt ſeneſcimus/ ⁊ morimur. ¶8. Qui affectione ignorantes peccant/ ⁊ ſuę ignorantię conſcij: non ſunt venia digni. ¶9. Voluntarie/ ſcienter/ ac delectabiliter cuiq́ quod ſuum eſt tribuens. ¶10. Non eſt facile attingere mediũ ⁊ vnamquãq́ prudentię circunſtantiã alteri tribuendo quod ſuum eſt obſeruare. Non eſt facile ex iniuſtitię habitu iniuſta cõmittere. ¶11. Itidem neq́ facile eſt leges/ conſulta/ decreta/ ⁊ cętera id genus recte inſtituendę vitę pręcepta/ cognoſcere. ¶12. Iniuriã facere eſt ſponte quẽpiam lędere pręter voluntatem eius qui lęditur. ¶13. Iniuriam pati eſt aliquem iniuriam pręter eius volũtatem ſuſtinere. ¶14. Non eſt in poteſtate alterius, vt quis inuite iniuriam ferat. ¶15. Quod nonnũq́ deficit/ ⁊ non ſemper obſeruari honeſtum eſt: interdum quo dirigatur egere neceſſe eſt.

Precepta

Cuiq́ ſuum tribuito.	Mandata exequitor.	Precepta tenento.
Parem patitor.	Dominum diligito.	Vir vxorem diligito.
Seditionem vitato.	Pater liberos alito.	Vxorem virum obſeruato.
Superioribus obedito.	Ipſos erudito.	Vterq́ fidem ſeruanto.
Domini pręſunto.	Virtutibus formato.	Integramq́ vitę ſocietatem.
Familiam curato.	Liberi libenter parento.	Sine rixa/ ſine q̃rela viuũto.
Quod iuſtũ eſt mandato.	Parẽtib⁹ audiũto.	Vir aq̃rito. parta cõſeruato.
Seruus obedito.	Amanto. honoranto.	Mulier caſta. fida/ temperanſq́ eſto.
Videns/ audiens/ tacitus. Spontaneus/ ipiger/ fid⁹.	Magiſtros venerantor.	Sedula domũ curato.

Amicitia VIII

Amicitia eſt mutua aliquorum beniuolentia cum eos non lateat: ⁊ alicuius quidem boni gratia. Quę ſi cõmodi gratia fuerit: amicitia vtilis dicitur. Si vero voluptatis gratia. amicitia delectabilis eſt. ⁊ hę duę amicitię per accidens/ ⁊ non verę amicitię dicuntur. Eſt enim amicitia per accidens. cum quis non ſuipſius ſed alterius gratia/ amatur. Si vero virtutis gratia fuerit: amicitia ſtudioſa dicitur. ⁊ per ſe ⁊ vera amicitia. Eſt enim amicitia per ſe qua quis ſuipſius ⁊ boni gratia qđ intra ſe eſt, amatur. Eſt ⁊ amicitia in excellentia conſtituta quę eſt aut ſuperioris ad inferiorem aut inferioris ad ſuperiorem. ¶Tres ſunt reipublicę ſpecies: ⁊ quę in ipſis ſunt amicitię polyticę dicuntur; ⁊ tres earum oppoſitę trãſgreſſiones/ labeſq́. Prima eſt regia. ⁊ eſt principatus vnius, non ſuum propriũ, ſed regni cõmune bonũ intendentis. ⁊ qui in ea pręeſt: rex dicitur. Tyrannis eſt principatus vnius, ſuum quidẽ propriũ et non regni; ſubditorumq́ bonum intendentis. Et eſt regno oppoſita tranſgreſſio. ⁊ qui pręeſt tyrannus appellatur, Secunda optimorum poteſtas: ⁊ eſt cũ per ſtudioſos ⁊ optimos ciuitas gubernatur: quę ⁊ ariſtocratia nominatur. Qui in ea pręſunt: optimates ⁊ magiſtratus dicuntur. Et ei opponitur paucorum poteſtas. quę ⁊ oligartia dicitur. ⁊ eſt cum per paucos/ prauoſq́ nõ ſecundũ dignitatem bona diſtribuentes: ciuitas gubernatur. Tertia eſt cenſu poteſtas cum per multos mediocres ⁊ diuitum ⁊ pauperum cõmune bonum intendentes: ciuitas moderatur. ⁊ hęc timocratia dicitur. Cui popularis poteſtas ⁊ democratia opponitur; quę eſt cũ per multos mediocres ciuitatẽ gubernãtes/ ſolũ plebeorũ bonũ intẽditur. Amabile, eſt bonũ: aut quod tale appareat. Amabile ſimpliciter: bonũ eſt ſimpliciter. Amabile alicui: eſt cum tale ſit aut non/ alicui appareat bonum.

Queſtiones vtiles amicitie

1 Quid.	6 Vtrũ eã loca tollãt.	13 Per quid conſeruatur
2 Nonne ſecundũ eã contingit multos. habere amicos.	7 An principium eius beniuolentia ſit.	14 Nonne accuſationes et querelę in ea fiunt.
3 Cuius ętatis viri eam maxime querunt.	8 An in ea plurimis opus ſit amicis.	15 Quando indiget homo vtilibus amicis.
4 Cuius conditionis hominibus.	9 Qualis.	16 Et vbi.
	10 Anne cito ſolubilis.	17 Quõ retributio faciẽda eſt
	11 An perfecta.	18 Nonne ſecundum recipientis eſtimationem.
5 Nonne per accidens	12 In quo conſiſtit.	

Et eędem queſtiones de amicitia delectabili ⁊ ſtudioſa formari poſſunt.

Elementa

¶Elementa. ¶1. A pluribus vtilitatem recipere contingit: ⁊ pluribus vtilem eſſe.

¶3. Senes. ¶Qui nature deficientis indigentiã ſubleuante egẽt: maxime vtilitatis amicos querunt. ¶4. Inter cuiuſcunq̃ conditionis homines poſſunt vtilia commutari. ¶5. Diffinitio. ¶6. Aliqua loca commodum tollunt. ¶7. Pricipium vtilis amicitie eſt vtilitas. Et beniuolentia/ bonum aliquod amico/ ⁊ eius gratia volumus. ¶8. Is amicis quibus in amicitia bene ſatiſfieri non poteſt: opus non eſt. ¶9. Per accidens/ imperfecta / non vera. ¶10. Cuius amicitie cauſa non permanet: ⁊ ipſa cito ſolubilis eſt. ¶12. In equalitate. ¶Sine equalitate in amicitijs accuſationes ac querele fiunt. ¶13. Per condignam retributionem ſeruatur vtilitatis equalitas. ¶14. Accuſationes et querele fiunt: vbi plerumq̃ non fit condigna retributio. ¶15. Quando eſt in neceſſitate conſtitutus. ¶Maxime indiget homo vtilibus amicis: quãdo vtilitas indigentiam leuat. Et ita de vbi. ¶17. Compenſando vtilitatis equalitatem. Equalitas enim omnem amicitiam ſaluat. ¶18. Retributio facienda eſt ſecundum extimationem eius qui quantum perceperit beneficij: melius nouit.

Elementa Delectabilis

¶Elementa pro amicitia delectabili. ¶2. A pluribus delectationem recipere/ ⁊ pluribus delectabilem eſſe contingit. ¶3. Iuuenes cito labentis eui damnuz non experti: etatem habent laſciuiuſculam. ¶4. Cuiuſcunq̃ conditionis viri poſſunt ſibi mutuo delectabiles eſſe. ¶6. Preſentia rerum et non abſentia oblectamẽ/ delectationẽq̃ affert. ¶7. Principiuz delectabilis amicitie: voluptas eſt. ¶8. Plurimis placere: difficile eſt. ¶9. Ut in precedenti. ¶10. Cuius cauſa non permanet: ea amicitia cito ſolubilis eſt. ¶11.12.13.14. Eadem cum precedentibus. ¶15. Quando in anxietate ac faſtidio fuerit conſtitutus. ¶Maxime eget homo delectabilibus amicis: quando maxime delectatio iuuat. ¶16.17. Ut precedentia.

Elementa Studioſe

¶Elementa pro ſtudioſa amicitia. ¶2. Difficile eſt multos longa cõſuetudine probatos: propter honeſtatem vehementer amare. Rari reperiũtur ſtudioſi. ¶3. Adulte etatis. ¶Eius etatis eam viri querunt: qui macti virtute eſſe poſſunt. ¶4. Solis bonis. ¶Amicitia que mutua eſt propter virtutem conſuetudo: non niſi ſtudioſis conuenire poteſt. ¶5. Nõ. ¶Diffinitio. ¶6. Non omnino. ¶Loca probitatis mutuã beniuolentiam non tollunt, neq̃ virtutem impediunt. ¶7. Amicitie ſtudioſe beniuolentia principium eſt. ¶Eius amicitie qua amico propter ipſum / bonum volumus: beniuolentia principium eſt. ¶8. Nõ. ¶In ea amicitia vbi non contingit multos habere amicos: minime opus eſt plurimis amicis. ¶9. Per ſe / perfecta / veraq̃ amicitia. ¶Amicitia quã quis ob per ſe perfectum et verum bonuz amatur: per ſe/ perfecta/ veraq̃ amicitia. ¶10. Nõ. ¶Amicitia cuius cauſa permanet: nõ facile ſoluitur. ¶12. In equalitate bonitatiſq̃ aſſimilatione. ¶In eo conſiſtit amicitia ſtudioſa: quo non exiſtente ſoluitur. ¶13. Per bonitatis aſſimilationem. ¶14. Non. ¶In ea amicitia qua amicus propter ſe diligitur/ et a quo nihil expetitur: nõ fiunt querele. ¶15. Semper. ¶Semper homini ſtudioſo opus eſt ijs quibuſcum delectabiliter viuat/ ⁊ quibus beneficia conferat. ¶16. Ubiq̃ conſimiliter. ¶17. Secundum electionem. ¶Studioſi eſt ſecundum electionem operari. ¶18. Amicus ſtudioſus in ijs que retributionis extimationem habent: id quod honeſtũ eſt facit. Honeſtum autem: recipienti retributionis faciende optionem relinquere.

Precepta.

Commodus eſto.	Utilitatẽ fugacẽ cogitato.	Uerã amicitiã querito.
Parem gratiam referto.	Momẽtaneam voluptatẽ:	Iuuentam colito.
Beneficijs vincere ſtudeto.	tales ſuos amicos ꝯiectato.	Et ei⁹ amicos obſeruato.

Amicitia in excellentia. VIII Queſtiones.

Quid amicitia que in excellentia/ ⁊ quid ciuilis: iam diximus.

1 Quid
2 Quot ciuilis amicitie ſpecies.
3 Quot ipſis ſimiles.
4 Nõne amicitie ſupioris ad inferiorẽ et contra ſpecie differunt.
5 Utra paterna amicitia an regia maior ſit
6 An in tyrãnide ſit amicitia
7 Patris ne ad filiũ an fil ꝯ maior ſit amicitia.
8 Qualis.
9 An pater an ne mat potius filios amat.
10 Quid viri ⁊ vxoris ꝯiunctionẽ ꝯſeruat.
11 An liz filio abdicare pꝛẽz
12 An patri licet abdicare filium.
13 Cur beneficium conferẽs magis eum cui beneficiuz contulit ꝙ contra diligit.
14 An omnia patri ſint exhibenda.
15 Cur potius eã ꝙ ad vite ſuſtentationem.
16 Quãdo pſtanda ſunt.
17 Et vbi.

Elementa. ¶2. Tres: regia/ optimatum / ⁊ cenſupotentum. ¶ Tot ſunt ciuilis amicitię ſpecies: quot ſunt ſpecies reipublicę. ¶3. Tres: herilis/ paterna/ economica. ¶4. Amicitię quę diuerſa opera habent/ ⁊ rationes amandi diuerſas: ſpecie diſſident. ¶5. Amicitia qua amatus plura ac maiora bona ſuſcipit: maior eſt. recipiunt liberi a parētibus et eſſe et vitę ſuſtentationem. ¶6. Ubi non eſt iuſtum: ⁊ vbi qui pręeſt inferiorum bonum non intendit/ ſed ſibi vſurpat: amicitia non eſt. ¶7. Quanto quis magis cognoſcit: magis diligit. et artifex magis opus ſuū diligit ꝙ contra ab opere diligatur. ¶8. Quędam vtilis/ quędam delectabilis/ ⁊ quędam honeſta. ¶9. Qui maiore labore bona ſibi conquiſierunt: ⁊ ipſa magis diligunt. ¶10. Proles. ¶ Id viri et vxoris coniunctionē ſuluat: cuius carentia ſocietas ſoluitur. ¶11. Qui ſemper ad benefaciendum manet obligatus: ei abdicare non licet. Abdicare enim eſt aliquem omnino neq̧ curam eius gerendo: neq̧ beneficium vllum preſtando: relinquere. ¶12. Cui debetur, abdicare licebit. ¶13. Qui beneficium cōtulit: eſt vt artifex. ¶14. Alia ſunt exhibenda deo/ alia pricipi/ optimatibus/ parentibus/ equalibus/ ⁊ inferioribus. ¶15. Quę filij a parentibus ſuſceperunt: vt fieri poteſt et eis eadem pręſtare conſentaneum eſt. Deo atq̧ parentibus dignum nemo vnꝙ reddere poteſt.

Precepta.

Princeps ſubditos amato.	Liberos/ familiāq̧ curato.	¶ Inferiorum officia.
Et ſubditi pricipē venerātor.	Liberi familiaq̧ obſequūtor	Superioribꝰ bona cupiunto.
Magiſtratꝰ ppl'm dirigito.	In thoro ſocietate ꝯcors viuito.	Grati/ beniuoliq̧ ſūto.
Et populus obedito.	¶ Superiorū amicitię iura.	Dociles ſe prebento.
Ciues ciuibus cōcordanto.	Inferioribus benefacito.	Libenter parento.
Humane ſeruos tractato.	Doceto/ pręcipito.	Beate viuere aſſueſcunto.
Et ſerui domino parento.	Et omnino in bonum dirigito.	

Studioſa amicitia. VIII

Quę ob virtutē amicitia ſit: dictum eſt. Cuius tria ſunt opera: beniuolentia/ bñficētia/ ꝯcordia. Beniuolentia eſt cū quis alicui, ⁊ illius quidem gratia bonū vult. Beneficētia cūque bona ſūt/ aut bona putat: alicui/ ⁊ illius qdē gratia voluntarie facit. Concordia vero cū quis alicui cōuiuēs eadem eligit/ iiſdem gaudet/ ⁊ iiſdem quoq̧ triſtatur. ¶ Verę amicitię ſex ꝓprietates. eſt per ſe amicitia. maxima amicitia. permanens. perfecta. optima. rara.

Queſtiones amicitie ſtudioſe.

1. Quid.
2. Nōne tria amicitię opa: ſtudioſo ad ſe cōueniunt.
3. Nōne ſtudioſo ad amicū
4. Nūquid prauis ad ſe
5. Quot amicitię interiores actus.
6. Quis eorum potior
7. Circa quem magis.
8. An honorari ꝑſtabilius ſit ꝙ amari.
9. Nūqd poſtea ꝙ amicꝰ factus eſt prauꝰ: dz ſtudioſus amicꝰ manere.
10. Nūqd itē ſi amicorū alt' ab ineunte ętate puer maneat: alter vero virtute proficiens vir optimus euadat/ manere debet amicitia.
11. Qualibus amicis opus eſt felici.
12. Nunqd vtilibus/ aut delectabilibus.
13. Quare amicorū vera amicitia: bonitatem adauget.
14. Cur malorū prauitas eorum amicitia ediuerſo augetur.
15. Qñ amicorū pñtia delectabilis ē: ⁊ vtēdū eſt amicis.
16. Et vbi.

Elementa. ¶ Elemēta. ¶2. Studioſus ſibiipſi bonū vult/ ⁊ ſuiipſius gratia. ⁊ ſibi quę bona ſunt/ aut bona putat: voluntarie facit. ⁊ ſecum cōuiuens eadem eligit/ iiſdē gaudet/ ⁊ iiſdē quoq̧ triſtatur. ¶3. Studioſus ſeſe habet ad amicum: perinde atq̧ ad ſeipſum. eſt enī alter ipſe. ¶4. Praui non ſibi bona volunt. Nam expletionem ſuarum voluptatū volunt. neq̧ ſibi bona voluntarie faciunt: cumulant enī voluntarie mala malis. et ſecum continue diſſident. ¶5. Tres. Actus beniuolentię/ beneficentię/ ⁊ concordię. quibus ⁊ tres reſpondent exteriores. ¶6. Actus concordię. ¶ Potior eſt amicitię actus: quē amici in quacunq̧ fortuna conſtituti: magis expetunt. ¶7. Circa actum cōcordię. ¶ Circa potiorem actum: magis verſatur amicitia. ¶8. Amari pręſtabilius eſt. ¶ Quod eſt per ſe: pręſtabilius eſt. ¶9. Amicitia ſtudioſa eſt ſolum inter bonos. ¶10. Inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitię opera exerceri non poſſunt. ¶11. Studioſis. ¶ Opus eſt felici his quibus beneficia conferat/ ⁊ quibuſcū delectabiliter verſetur/ iucundeq̧ conuiuat. ¶12. Cuius vita ſecundum ſe ſufficiens eſt: vtilium bonorū abundantiam/ et vitam ſcđm ſe delectabilem habēs: vtilibus amicis ⁊ delectabilibꝰ

non eget. Felicitas: hominis opatio eſt ſcd̃m virtutē & in vita perfecta. ¶13. Studioſi amici cōuiuunt: et beatę vitę alter ab altero plenius aſſumit exēplū. ¶14. Mali vo adinuicē, ſecūdū corruptas opatiōes ꝯuiuentes: accipiūt alter ab altero prauitatis cōſuetudinem. ¶Ad proſperas fortunas: prompte vocato amicum/ad aduerſas tarde. Quando cum ſui pauca pturbatione poſſunt amici multo pręſidio eſſe: maxie vocādi ſūt. Ad amicū infortunys preſſum: non vocatus accede. Amicū bñ fortunatū (vt ſcđę fortūę ꝯgratuleris & officiū pſtes) adito. Ad bñficia ſuſcipiēda: ꝙ pſtāda tardior eſto.

Amicos vt teipſm habeto.	Unanimiſqꝫ viuito.	Illos conſulito.
Longa ꝯſuetudine pbato.	Eadem ſentito.	In aduerſis ſuccurrito.
Illis tua ſecreta credito.	Iiſdē gaudeto ac triſtato:	In ſecundis gratulator.
Bene optato.	Fortūę pticipes facito.	Bñfacere pmptior eſto.
Benefacito.	Aduerſitates ne cōicato.	Eſto ſuſcipere tardior.

Mentis ſunt duę ptes. Una vis eſt contēplatiua/ac ſciēdi: qua ea quę aliť vt ſeſe habeāt minime fieri pōt/cōtēplamur. Altera vero, qua ea quę aliter ſeſe habere poſſūt/perſpicim⁹. et hęc vis actiua/adminiſtratiua/ ꝯſultatiua/ & ſubducēdi ratio nominatur. ¶Mentis cōtēplatiuę et vis ſciendi: ſciētia/intellect⁹/& ſapiētia ſūt habit⁹. Et eſt ſcientia cōcluſionū demōſtratiu⁹ habit⁹. ¶Scibilis quattuor pprietates. Eſt neceſſariū/etnū/īgenitū/icorruptibile ¶Sciētię pprietates. Omnis ſciētia doceri pōt: et ſciētię ſcibile diſci. Sciētia ē ex ātea notis et ex rōcinatiōe. Ratiocinatio ſyllogiſmus: ſub quo et doctrinale enthymema cōprehēdim⁹. Sciētię vniuerſaliū principiorꝫ nō ē niſi inductio: et ſub inductione exemplum comprehendimus. Et ipſa principia, magis ꝙ ſciētię concluſio: nota ſunt.

Intellect⁹ eſt habit⁹ principiorꝫ. Principia ſūt q̄ cū aliter ſeſe habere nō poſſint: p ſeipſa/& nō p alia fidē habēt. Principiorū proprietates: eē quę et ſcibilis ſunt. ¶ Intellectus proprietates. Omnis intellectus eſt itelligibilis, et principium intelligibile. Intellectus non eſt per rōcinationē, Eſt mētis habitus ſcientia perfectior et ſine quo ſcientia minime haberi poteſt.

Sapiētia eſt ſciētia et intellect⁹ eorū q̄ honorabiliſſima ſūt ī natura. ¶ Ei⁹ pprietates. Eſt certiſſimorꝫ principiorꝫ/atqꝫ certiſſimorꝫ ſcibiliū. Intellectū cōtinet certiſſimū/et ſciētiā certiſſimā. Eſt mentis itellectualiū virtutū pclariſſima/honorabiliſſima/principaliſſia ac optia. Eſt & ſapientia in alia ſignificatiōe, q̄ eſt artis virt⁹, vltima enī artis perfectio: eius virtus noīatur. ſcđꝫ quam ſignificationē Polycletū et ſtatuariū/et ſapientem dicimus.

Vis mētis q̄ conſultatiua dicitur: ars et prudentia ſūt habitus Ars vero eſt habit⁹ circa ea q̄ aliter ſeſe habere poſſunt: vera cū rōne factiu⁹. Factio quę et effectio nōiatur: eſt ī op⁹ extrinſecū tranſiens operatio. ¶ Artis ſe tres ſūt operationes. Prima eſt, quo pacto aliquid faciēdū ſit cōſideratio. Secūda circa extrinſecū opus operatio. Tertia rei factę cōtēplatio. Pria & tertia actiōes ſūt. Eſt enī actio in ipſo operante immanens operatio. Secūda vero (a qua factiua non ab re dici videtur) effectio. ¶ Factibilis quod et extrinſecum opus eſt: proprietates, Contingens eſt eſſe/et non eſſe. extrinſecum eius principium. non enī in eo ſed in faciente eſt. ¶ Artis proprietates. eſt contingentiū. circa opus extrinſecum. ſeruilis. in materia cum fortuna quodā modo cōueniens. Artis contrarium eſt atechnia. & eſt habitus eorum quę ſeſe aliter habere poſſunt: falſa cum ratione factiuus.

Prudentia eſt omino circa hominis bona et mala vera cū rōne actiu⁹ habit⁹. Quę ſi vnū hōiem ī ſuis agendis dirigit: prudētię nomē retinet/aut monoſtica prudētia dicit̃. Si domū: rei familiaris prudētia/& economica. Si ciuiū multitudinē: ciuilis prudētia & ciuilis facultas/atqꝫ polytica noīatur. ¶ Tria ei⁹ opa. Recte ꝯſultare. de hꝭ q̄ recto cōſilio ſūt inuēta: recte iudicare. recta inuēta/iudicataqꝫ pcipere. Prudētię circūſtātię iā dictę ſūt. ¶ Cōſilij pprietates. Nō ē ſine mēte. nō ē finis. pſentis. pteriti. ipoſſibilis. neceſſarij. eſt mediorū ī finē et finiti. ē futuri et ꝯtigētis: et eorꝫ q̄ ī nřa ſunt poteſtate. ē & icerti quo pacto eueniat. ¶ Ordo prudētis in cōſultādo. Finem ſupponit. qua ratione, quibuſve medijs finis aſſeq

¶7. Ferus morbo/principijs leſione aut cõplexione: neq3 intellectũ neq3 rationem habet qua feralem beſtialemq3 impetum cohibeat atq3 frenet. eſt tamen feritas quid vicio humano horribilius. ¶8. Laudabiliſſima et honorabiliſſima. ¶ Optima virtus laudabiliſſima et honorabiliſſima eſt. ¶9. Heroica virtus moralis: appetitũ rationalẽ perficit. intellectualis autẽ: intellectum. ¶10. Optimã virtutum attingere difficile: pariter et in extremum malũ incidere. ¶11. Semper optima virtute opus eſt: maxime tamen cum feritates veniunt reprimendę.

Cõtinentia eſt cũ q̃s rationi parẽs/vehemẽtes guſt⁹ ac tact⁹ delectatiões ad turpe trahẽtes ſupat. Qui vero triſtitijs reſiſtẽs nõ vicit̃: pſeuerãs eſt. At q̃ ob paſſionẽ nõ ob electionẽ, voluptatũ guſt⁹ aut tact⁹ ſeq̃t abũdãtias: icõtinẽs. Qui ſi ob cõſultatiõis defectũ vicũtur: temerarij. Si vero deliberatione ꝓhabita ob ꝑturbationẽ nõ ꝑſiſtũt/tãdẽ victi: debiles/infirmiq3 dicũt̃. Qui autẽ a leuibus triſtitijs ſupantur: molles ſũt. ꝙ ſi ad laboriẽ fugiẽdũ id fiat: delicati.

1 Quid.	9 Quo differt cõtinẽtia a temperantia.	16 An incontinens ſimpliciter malus ſit
2 Quot icõtinẽtiũ modi.	10 Quo incontinens ab intemperato.	17 Nũne cõtinẽs opinioni verę: per ſe immanet.
3 Qui deteriores.	11 An bellue ↄtinẽtes ſit.	18 Utrũ icõtinẽs: ex cõſilio rectę rationis agat.
4 Circa quę.	12 Nonne itemperãs deterior incontinente	19 Quis facili⁹ ſanat̃ incõtinens natura/conſuetudine/aut intẽperans.
5 An circa delectabilia contra naturã: ſit ſimpliciter incõtinentia.	13 Nõne icõtinẽtia tact⁹: icõtinẽtia irę turpior.	20 An omnis qui a fortibus delectationib⁹ aut doloribus vicit̃: icõtinẽs ſit.
6 Nõne cõtinẽtia ꝙ perſeuerantia potior.	14 An ↄtigit eũdẽ icõtinẽtẽ eſſe et prudẽtem.	21 Qñ et vbi cõtinere op3.
7 Nõne mollis incontinẽte deterior.	15 Qualis ad ludum propenſior.	
8 Nõne cõtinẽtia laudabilis mediocritas eſt.		

P Oſt hec dicendũ eſt alio ſumpto principio/ꝙ circa mores fugiẽdorũ tres 1
ſunt ſpecies: viciũ/incontinẽtia/ imanitas. horum vero duobus cõtraria
manifeſta ſunt. nã aliud virtutẽ/aliud continentiã vocamus. Aduerſus
autẽ imanitatẽ maxime quis congrue opponat/eã virtutẽ que ſupra nos
eſt: heroicã quãdã ⁊ diuinã. vt Homerus de Hectore facit Priamũ dicẽ
tẽ/eximia illũ bonitate preſtare/ neq̃ʒ videri mortalis hominis filiũ eſſe ſed dei. Itaq̃ʒ
ſi ex hominib⁹ fiunt dij ꝑ excellentiã virtutis/ vt aiunt: talis quidem vtiq̃ʒ erit is ha-

bitꝰ/q̇ īmanitati opponit̄.nā vt beſtiarū nō eſt neqꝫ viciū neqꝫ virtꝰ:ſic etiā nec dei.
ſꝫ hec q̇dē p̄cioſior eſt ꝙ̄ virtus:illa vero aliud quoddā genus iprobitatis.cum autem
raro cōtingat virū quēpiā eſſe diuinū. vt Lacones dicere cōſueuerūt cū valde aliquē Lacones.
admirātur:diuinus eſt (inquiunt) vir. ſic immanem quēpiā inter hoīes raro aiunt exi
ſtere:ac maxīe inter barbaros. Fit aūt quādoqꝫ ꝓpt̄ morbos ⁊ orbitates. Et q̇ alios
hoīes malignitate excedūt:eos hac īſani appellatione notamus.ſed de hmōi diſpo=
2 ſitione poſtea mentio erit facienda. ¶De vicio aūt dictum eſt prius. De incōtinētia
vero ⁊ mollicie atqꝫ luxuria dicēdum eſt/ac ſimul de cōtinentia et cōſtantia. nō eni
ſic accipiendū eſt quaſi vtraqꝫ ipſarū ſit idē habitus qui virtus ⁊ viciū:nec etiā quaſi
3 ſint aliud genus. ¶Oportet vero vt i alijs:ita et hic poſitis ijs q̄ apparēt ac dubitatio
nibus primo factis oſtendere maxime q̇dē omnia q̄ probabilia ſunt circa hmōi affectꝰ
4 aut certe plurima ipſorū atqꝫ precipua.ſi eni ſoluātur difficilia ⁊ relinquātur ea q̄ pro=
babilia vidētur:ſufficiēter erit oſtenſū. ¶Uidebit̄ ergo cōtinētia ⁊ cōſtantia ꝓboꝝ ⁊
laudabiliū eſſe/in cōtinētia vero ⁊ mollicies iꝓboꝝ et vituperabiliū.idē qꝫ eſt cōti
nēs ⁊ cōſtans in ratione:et incōtinēs ⁊ is q̇ rōnē omittit.et icōtinēs q̇dē ſciēs q̄ praua
ſūt:facit propter cupiditatē.cōtinēs vero ſciēs ꝙ cupiditates praue ſūt:eas nō ſeq̇tur
ꝓpter rōem. Et tēperatū quidē cōtinētē ⁊ cōſtātē:ac talē oīno alij tēperatū/alij non.
⁊ intēperatum incōtinentem:⁊ incontinētē intēperatū promiſcue vocamus.interdū
vero alios eſſe dicimus/et interdū aūt fieri nō poſſe vt prudens ſit incōtinens.inter=
dū vero quoſdam prudentes ⁊ ſolertes:incōtinentes eſſe.inſuper incōtinentes dicū=
tur ⁊ ire ⁊ honoris ⁊ lucri. Ea igitur que dicūtur:iſta ſūt. Cap. ij.

5 QUeret aūt aliquis quomodo fieri poſſit vt quiſꝙ̄ ſane mentis incōtinēs ſit.
dicūt quidā fieri non poſſe in ſciente.nā difficile eſt (vt Socrates putabat) ſi Socrates.
ſcientia aſſit:aliud quicꝙ̄ ꝑualere/ac veluti manicipiū in ſeruitutē trahere.
Socrates enim cōtra incontinētiā oīno pugnabat quaſi illa nō eſſet. Nemi
nē eni intelligentē facere cōtra id qđ optimū ſit:ſed eos q̇ faciūt/ꝑ ignorātiā facere. At
hec ratio manifeſte diſſentit ab ijs que apparent. ⁊ oportunū eſt de affectu inquirere ſi
ꝑ ignorantiā:quis modus ignorantie fiat. Q enim non putat q̇ incontinentia vtitur
prius ꝙ̄ in perturbatione conſtitutus ſit:manifeſtū eſt.ſed ſunt quidā qui partim aſſē=
tiūt Socrati ⁊ parti non aſſentiūt.nā nichil eſſe potentius ꝙ̄ ſcientia cōfitētur. ⁊ pro=
pterea dicunt incontinentē nō ſciētiā habentē ſed opinionē:ſuperari a voluptatibus.
ꝙ ſi opinio eſt/ac non ſientia neqꝫ firma exiſtimatio q̄ repugnat/ſed remiſſa vt in am=
bigentibus:venia danda eſt ſi nō ꝑſiſtit in illis cōtra vehemētes cupiditates. at pra=
6 uitati non eſt venia/neqꝫ alij cuiꝙ̄ vituperabiū. ¶Prudentia igit̄ reſiſtēte:hec enim
quiddam validiſſimū eſt.ceterū abſurdū:quia vnus ⁊ idē erit ſimul prudens ⁊ incon=
tinens.ſed diceret̄ nō eſſe prudentis ſponte agere illa q̄ ſunt praua. ⁊ inſuper oſtenſū
7 eſt prius prudētē in agendo verſari.nā extremoꝝ eſt ⁊ alias habens virtutes. ¶Pre=
terea ſi in habendo cupiditates vehementes ⁊ improbas/cōtinens eſt:nō erit tēperatꝰ
continens/neqꝫ cōtinēs tēperatꝰ.non enim eſt temperati vehemētes habere neqꝫ im
probas.at id quidē oportet.nā ſi ſūt bone cupiditates:prauus eſt is habitꝰ qui nos ab
8 earum proſecutione repellit.itaqꝫ cōtinentia non omnis/ſtudioſa.ꝙ ſi imbecilles et
non praue:nichil egregiū. ſin praue ⁊ ībecilles:nichil magnū. ¶Preterea ſi in omni
opinione ꝑſiſtere facit:continentia praua eſt/ vtputa ſi eſſet in falſa. ⁊ ſi ab omni opi=
nione dimouere facit incontinentia:erit quedam incontinētia laudabilis. vt Neopto Neoptolemꝰ.
lemus ille apud Sophoclem laudatur:ꝙ non ꝑmaneat in ijs que ſuaſerat Ulixes pro= Sophocles. Ulixes
pter moleſtiā mentiēdi.idē ⁊ eſt in captionibꝰ ſophiſtarū.illi enim cū videri velit ſu=
pra modū acuti ac mirabilia quedā improbare:eorum ſyllogiſmꝰ inſolubilis fit.liga=
tur eni mens cū acq̇eſcere nolit cōcluſioni nō placenti:nec procedere vltra valeat/qm̄
quēadmodum ſoluat nō habet.cōtingit vero aliqua ratione iprudentiam cū inconti=
nentia eſſe virtutem.propter incontinētiam eni cōtraria faciet eorū que cenſebat.cen
9 ſebat autē bona eſſe mala nec agere illa oportere:itaqꝫ bona ⁊ nō mala aget. ¶Inſup
q̇ voluptates ex eo ſequit̄ ⁊ eligit ꝙ ꝑſuaſus eſt:potior videbit̄ eſſe ꝙ̄ is qui nulla du=
ctus ratione ſed per incōtinentiam facit.eſt enim ille ſanabilior/quoniam d iſſuaderi
poteſt.at incontinens prouerbio ſubiacet quo dicitur:ſi aqua fauces exſiccat / quidnā
potare oportet?nam ſi ſuaſus ageret:diſſuaſus vtiqꝫ ceſſaret.nunc vero ſuaſus:alia

nichilominus agit. ¶ Preterea ſi circa oīa cōtinentia et incontinentia: quis eſt ſimpli 10
citer incontinens? nullus eni habet cōtinentias omnes/ſed dicimus eſſe quoſdā ſim-
pliciter. Dubitationes igiť tales quedā cōtingūt. harū alique ſoluēde ſūt/alique re-
linquēde. nā ſolutio dubitationis: inuentio eſt. Cap. iiij.

Primū igiť cōſiderādū eſt vtrū ſcientes vel non/⁊ quomodo ſciētes. deinde 11
circa q̄lia continētē ⁊ incōtinētē ponere debemus. dico vtrū circa oēs volu
ptates ⁊ dolores/an circa aliq̄s determinatas. ⁊ vtrū idē ſit cōtinēs ⁊ con-
ſtās: an alius. eodēq; modo de ceteris que ꝑtinēt ad hāc queſtionē. Princi-
piū ꝫ cōſiderationis eſt: vtrū cōtinēs ⁊ incōtinēs ſint in eo quod circa que/ vel ī eo qḋ
qualiter habētes differētiam. dico autē vtrū circa hoc ſit īcōtinēs ſolū vel nō/ſꝫ ex am
bobus. deide ſi circa oīa eſt incōtinētia et cōtinētia vel nō. nō enim circa oīa eſt ſimpli
citer incōtinēs: ſed circa que intemperās. Neq; ex eo quia ſimpliciter ad hoc ſe habet.
nam idem eſſet qḋ intemperātia. ſed quia certo modo ſe habet: ille quidem ducitur ele
ctione/putās ſemꝑ oportere ſeq̄ preſētem voluptatē: hic aūt nō putat quidē oportere/
attn̄ ſequiť. ¶ Utrū vero illa (qua trāſgrediētes incōtinēter agunt) opinio vera ſit an 12
ſciētia: nichil refert ad preſens. quidā enim ex ijs qui opinātur: nō dubitāt ſed putāt
ſe ꝓ certo ſcire. in eo igitur ꝙ remiſſe credunt qui opinantur/ ⁊ ob hoc magis agunt
Heraclitus contra id quod cenſebāt agēdum: nichil differt ſciētia ab opinione. nā quidā (vt He-
raclitus oſtēdit) nō minus opinioni credūt ꝙ alij ſcientie. Sed cum dupliciter dicať
ſcire/nam ⁊ qui habet ſcientiam ⁊ non vtitur: habens ⁊ nō cōſiderans agat que non
oportet. vel ſi habens ⁊ conſiderans ⁊ qui vtitur. differentia erit ſi habeat quidem nō
autē ſpeculetur/qui ſpeculatur que non oportet agere ab eo qui habet ſed non ſpecula
tur. hoc enim pergraue erit ſed non niſi conſideret. Preterea cum duo ſint propoſitio
nū modi quibus vti oportet: nichil prohibet eū qui ambas habeat/agere ꝑter ſcientiā
vtendo vniuerſali ſed non particulari. nā agibilia ſingularia ſunt. differt etiā vniuer
ſale. nā aliud in ſe eſt/aliud in re. ceu cūctis hominibus ſicca prodeſſe/⁊ hunc hominē
vel hoc tale eſſe ſiccū. ſed ſi hoc tale/aut nō habet aut non operatur: per hos modos tā-
tum differt quātum vix dici poteſt. vt videatur nichil abſurdū ꝙ iſto modo ſciat/alio
autem modo abſurdum. contingit etiam alio modo ꝙ ſupradictū eſt habere ſciētiam.
nam in habendo ſed non vtendo varium cernimus habitum/⁊ vt habeat ceu dormiē
tem et ebrium. Atqui ita diſponuntur: qui in perturbationibus ſunt. Ire nāq; ⁊ cu-
pidines venereorū ac huiuſmodi quedam: corpꝰ quoq; diſtrahūt manifeſte. nōnullos
etiam in furorem adigunt. patet igitur ꝙ dicendum eſt incontinentes/illis ſimiliter
ſe habere. dicere autem verba: ſciētie nullum eſt ſignum. nam ⁊ in huiuſmodi pertur-
Empedocles. bationibus conſtituti: demonſtrationes ⁊ verſus Empedoclis proferūt. ⁊ qui primo
addiſcūt: verbū complectūtur quidem/ſed nōdum intelligunt. opus eſt eni vt cogna-
ta natura fiat. ad hoc autem: temporis ſpacium exigitur. quāobrem exiſtimandum eſt
dicere incōtinentes quēadmodū eos qui in ſcena recitāt. inſuper ⁊ iſto modo quis na
turaliter inſpiciat cauſam. alia enim eſt vniuerſalis ſcientia: alia ſingularium rerum
quibus ſenſus iā dominatur. cum autem ex illis fit vna: neceſſe eſt vt cōcluſiōi hic qui
dem aſſentiatur animus/⁊ in his que factum requirunt ſtatim/agat. ceu ſi omne dul-
ce guſtare oportet. hoc autem dulce tanq̄ vnum aliquid de ſingularibus. neceſſarium
eſt eum qui poteſt nec prohibetur ſimul ⁊ hoc agere. Quando igitur vniuerſalis adeſt
guſtare prohibens: ſed hoc omne dulce: operatur. Si vero concupiſcētia: alia quidem
dictat fugiēdum eſſe/ſed cōcupiſcentia ducit. poteſt enim quodlibet membrum moue
re. Itaq; contingit ratione quodā modo ⁊ opinione incōtinentem eſſe: nō contrarie
per ſeipſum ſed per accidens. concupiſcētia enim contraria eſt rationi: ſed non opina-
tio. ¶ Ac propterea beſtie nō ſunt incōtinētes quoniam vniuerſalis apprehēſionē nō 13
habēt/ſꝫ ſingulariū phantaſiam ac memoriam. ¶ Quomodo autem ſoluatur ignoran 14
tia ac rurſus incōtinēs fiat ſciens: eadem ratio eſt vt in ebrio ⁊ dormiente. nec propria
eſt huius perturbationis: q̄ quidē ratio a naturalibus diſcenda eſt. ¶ Cum vero vlti- 15
ma propoſitio iudicium ſit ſenſitiui/⁊ dn̄a rerum agēdarum exiſtat: hāc vel nō habet
in perturbatione conſtitutus/vel ita habet vt ſe habere neſciat. ſed ita dicit vt vinolē-
ti dicunt Empedoclis carmina. ⁊ ob hoc etiam quia nec vniuerſale extremus termi-
Socrates. nus nec ita ſciētificū videtur vt vniuerſale ⁊ apparet id quod tractauit Socrates eu-

nire. Non enī pſente illa que pprie videtur ſciētia/ ſit pturbatio: nec illa trahitur
ſuperaturq́ʒ a perturbatione/ ſed ſenſitiua. De ſciēte igitur ⁊ non ſciente et quēadmo
dū contingat ſcientē incōtinenter agere: hec dicta ſufficiāt. Cap. IIII.

16 Utrū vero quis ſimpliciter ſit incōtinēs vel oēs in aliquo: ⁊ ſi ita circa q̄lia
deiceps erit dicēdū. circa voluptates igif ⁊ dolores verſari cōtinētes ⁊ cō=
ſtātes ac incōtinētes ac molles manifeſtū eſt. ſed eorū que voluptatē effici=
unt: quedā ſunt neceſſaria/ quedā per ſe expetēda: verūtamē exceſſuʒ haben
tia. neceſſaria dico/ q̄ ad corpus ptinēt: qualia circa alimēta/ ⁊ venereorū indigentiā
et alia hmōi ad corpus ſpectātia circa que tēperantiā poſuim⁹ ⁊ intēperantiā. nō ne=
ceſſaria vero: ſed expetēda dico. ceu victoriā/ honores/ diuitias/ ⁊ hmōi talia bonorū
et delectabiliū. qui igif in ijs vltra rectā rationē q̄ in ipſis eſt excedūt: eos nō dicim⁹
incōtinētes ſimplr/ ſed adiūgimus pecuniarū incōtinētes/ et lucri/ ⁊ honoris/ et ire.
ſimplr aūt nō q̄ſi alios quoſdā ⁊ pſimilitudinē dictos: quēadmodū homo qui Olym=
pia vicerit. nā illi cōmunis ratio parū differebat a propria: ſed tamē alia erat. ſignū
huius eſt: ꝙ incōtinētia vituperaf nō vt delictū ſolū/ ſed vt viciū quoddā vel ſimplr
vel ſcd̄m aliquā partē. Horū aūt nullus/ ſed qui circa corporis voluptates in quibus
poſuim⁹ tēperāteʒ ⁊ intēperāteʒ excedit/ voluptates amplectēdo ⁊ dolores fugiēdo
famis ⁊ ſitis/ caloris/ ⁊ frigoris/ et oim que ſunt in guſtu aut tactu/ nō p electionem
ſed preter electionē/ et intellectū: incōtinēs dicitur. nō ſcd̄m aliquā additionē vt de
ira diximus: ſed ſimpliciter. Signū vero. etenī intēperātes dicunf circa iſtas: ſed nō
circa aliquā illarū. ⁊ propterea in eodeʒ collocamus incōtinenteʒ ac intēperātē: ⁊ cō
17 tinētē ⁊ tēperātem. ¶ Sed nō illorū quēq̄ꝫ: ꝙ circa eaſdē quodā modo voluptates do
loreſq́ʒ eſſent. at hi ſunt circa eadē: ſed nō eodē modo. ſed hi quidem eligūt: hi vero
nō eligunt. Quocirca magis vtiq́ʒ diceremus intemperāteʒ quicūq́ʒ vel non cōcupi=
ſcens/ vel parū excedendo pſequif voluptates ⁊ fugit mediocres dolores: q̄ hūc qui
ppter vehementes cupiditates id agit. nā quid ille faceret ſi adeſſet cupiditas iuue=
18 nilis: ⁊ circa neceſſariorū indigentiā/ vehemēs dolor? ¶ Cū vero cupiditatū ac volu
ptatū alie ſint genere honeſtorū ⁊ ſtudioſoꝛ. nā efficiētium voluntatē quedā natura
ſunt expetēda/ alia cōtraria horū/ alia media vt primo diſtinxim⁹: ceu pecunia lucrū/
victoria/ honor: ⁊ in cūctis talibus atq́ʒ medijs nō vituperātur hoies ꝙ afficiāf ad il=
la: ꝙ cupiāt/ ꝙ amēt/ ſed ꝙ ita vt modū excedāt. quapropter quicūq́ʒ pter rationē in=
cōtinenter agūt vel pſequūtur q̄cunq́ʒ eorū que natura honeſta ſunt ⁊ bona: nō lau=
dantur. veluti ſi circa honores magis q̄ oporteat ſtudent / aut circa filios ⁊ paren=
tes. nā hec ſūt in bonis ⁊ laudātur qui illis ſtudent: ſʒ tamē eſt in illis exceſſus quī=
dā vt Niobe certet cuʒ dijs vel vt Satyrus qui philopater df. circa patrē enī nimis
inſanire videbatur. prauitas quidē igitur nulla eſt circa iſta. ppterea quia vt dixim⁹
vnūquodq́ʒ eorū per ſe expetēdum eſt. ſed exceſſus ipſorū improbi ſunt atq́ʒ vitādi. ſi=
militer nec incōtinentia. nā incōtinentia nō ſolum fugiendorū eſt/ verū etiā vitupe=
19 rabiliū. ¶ Sed p ſimilitudinē pturbationis addētes: incōtinētiā de vnoquoq́ʒ dici=
mus. veluti malū medicū/ malū hiſtrionē: quē ſimpliciter nō vocarem⁹ malū. vt igif
nec hic ex eo q̄ viciū nō eſt aliquod eorū ſed ppter proportionē ſimilē: ſic videlicet et
ibi accipiendū eſt ſolū incontinentiā ⁊ cōtinentiā eſſe illā que eſt circa eadē circa que
temperantia et intēperantia. de ira vero per ſimilitudinē dicimus. Itaq́ʒ cū dicimus
incontinentē: adiungimus ire/ ac etiā lucri et honoris. Cap. V

20 Uoniā vero aliqua ſunt natura efficiētia voluptatē/ ⁊ horū alia ſimpliciter
alia ſecundū genera et animaliū ⁊ hominū/ alia vero nō ſūt ſed parti ppter
morbos/ partim ppter mores fiūt/ partim ppter flagitioſas naturas. Circa
iſtorū ſingula ſimiles cernunf habitus. loquor aūt de imanibus: ceu de mu
liere quā ferūt pgnātiū viſcera reſcindere pueroſq́ʒ comedere. vel q̄d dicif de q̄buſdā
efferatis gētib⁹ circa Pōtū: alios crudis delectari/ alios humanis carnib⁹/ alios tra=
dere natos adinuicē vt in cōuiuijs comedāf/ vel q̄d de Phalari dr. hi nāq́ʒ ſunt ima=
nes alij ppter morbos ⁊ inſaniā/ vt ille q̄ matrē imolauit/ comeditq́ʒ ⁊ q̄ ꝯſerui epar.
hi ex morbo vel cōſuetudine: veluti pilorū euulſiones ⁊ vnguiū eſus. ac pterea carbo
num ⁊ terre et inſup coitus maſculorū. nā alijs natura/ alijs vero ex cōſuetudine acci
dūt vt a pueritia ꝯſuetis. quib⁹ igitur natura cauſa eſt: eos nemo diceret incōtinētes

vt etiã nec mulieres ꝙ non venerẽ agant ſed patiãtur. eodẽ modo ⁊ qui inſane ſe ha
bent propter cõſuetudinẽ. habere igiṫ quodlibet horũ: extra terminos eſt vicij/ queãd-
modũ et imanitas. habentẽ vero cõtinere ſe vel incõtinere nõ eſt ſimplicis incõtinẽ
tie: ſed eius q̃ eſt per ſimilitudinẽ. vt ⁊ is qui circa irã/ eodẽ modo ſe habet: incõtinẽs
nõ eſt dicẽdus. ¶ Ois eni ſupexceſſiua prauitas/ ⁊ amẽtia et timiditas/ ⁊ intẽperan- 21
tia/ ⁊ crudelitas: aut imanitas eſt/ aut morbi. nã qui talis nature exiſtit/ vt cũcta pti-
timeſcat etiã ſi ſorex perſtrepuerit: timidus eſt timore quodã immani. quidã vero mu
ſcipulã timebat ꝑpter morbũ. ⁊ dementiũ q̃ natura ſine ratiõe ſũt ⁊ ſolũ ſenſu viuẽ-
tes: immanes ſunt. vt quedã longe barbare nationes. alij ꝑpter morbos: veluti men
te capti ⁊ inſani ex morbo. ſed fieri poteſt vt quis interdũ aliq̃ iſtorũ habeat ſolum/ at
nõ ſuperetur. veluti ſi Phalaris cõcupiſcat puerũ comedere ac ſe abſtineat/ vel aduer
ſus irrationalẽ coitus libidinẽ. fieri ⁊ poteſt vt nõ habeat ſolũ: verũ etiam ſuperetur.
vt igiṫ prauitas alia ſimpliciter diciṫ/ alia ſcdm additionẽ veluti immanis aut inſa-
na: ſic ⁊ incõtinẽtia eſt alia immanis/ alia inſana. ſimpliciter autez illa ſolum/ que eſt
ſcdm humanã incõtinentiã. Eſſe igiṫ incõtinentiã ⁊ cõtinentiã circa illa ſolũ circa
que eſt tẽperãtia ⁊ intẽperantia/ ⁊ ꝙ circa alia eſt alia ſpecies incõtinentie/ dicta per
ſimilitudinẽ et non ſimpliciter: manifeſtũ eſt. Cap. VI.

Quod autẽ ſit minus turpis intẽperãtia ire q̃ intẽperãtia libidinis: oſtẽde- 22
mus. videṫ ira quidem aliquid rationis audire/ obaudire tamẽ. queadmo-
dũ miniſtri qui veloces ſunt/ prius q̃ totũ id quod eis diciṫ audiãt/ excur-
runt ac poſtea in agendo errãt. Et queãdmodũ canes anteq̃ cõſiderent an
amicus ſit ſi modo ſtrepuerit/ latrãt. ſic ira propter calorẽ ⁊ velocitatẽ nature audiẽs
quidẽ: ſed nõ preceptũ exaudiẽs properat ad vltionẽ. ratio eni ſeu phantaſia iniuriã
ſeu cõtumeliã oſtẽdit. ira vero tanq̃ ratione cõcludens ꝙ huic tali repugnandũ ſit:
ſtatim inſurgit. At libido (ſi ſolum dixerit cogitatio vel ſenſus/ voluptatẽ eff.ci) pro-
perat ad fruitionẽ. quãobrem ira quidẽ ſequitur rationẽ quodãmodo: libido vero nõ.
turpior igitur. nã ire incõtinens a ratione quodã modo vinciṫ/ ille a concupiſcẽtia ⁊
non a ratione. Preterea naturalibus deſiderijs magis eſt venia ſi ſequatur. Nã ⁊ ta
libus concupiſcẽtijs quot omnib⁹ cõmunes ſunt/ ⁊ inquantũ cõmunes. at ira et in-
dignatio naturalius quiddã eſt q̃ libidines que exceſſiue ſunt ⁊ non neceſſarie. velu
ti qui ſe excuſabat ꝙ patrẽ verberaſſet. nã ⁊ ipſe (inquit) patrẽ verberauit ſuũ/ ⁊ ille
rurſus ſuũ/ ⁊ qui puerũ oſtendens inquit: et hic cũ vir erit/ me. nã id nobis gẽtile eſt.
et qui trahebaṫ a filio: ſiſtere ꝑcepit ante ianuã. nã ⁊ patrẽ ſuũ eo vſq3 a ſe tractum
fuiſſe. Preterea magis iniuſti ſunt qui occulte inſidiãtur. Iracũdus vero nõ inſidiaṫ
neq3 ira: ſed palam eſt. libido vero contra vt de venere aiunt doloſam Cyprigenam
et baltheum lori. Et Homerus. fraus que abſtulit mentem q̃uis multum ſapienti. ꝙ
ſi iniuſtior ⁊ turpior incontinẽtia hec/ q̃ illa que eſt circa irã. et ſimpliciter incontinẽ
tia ⁊ viciũ quodã modo. Adhuc nemo luxuriat dolens/ ſed qui per irã facit: dolens
facit. qui vero luxuriat/ cum voluptate. Si igitur illa quib⁹ magis iraſci iuſtum eſt.
magis iniuſta ſunt: et incontinẽtia que propter libidinem fit. non enim eſt in ira in-
iuria. ꝙ igitur turpior eſt incontinentia circa libidinem q̃ circa iram/ et ꝙ eſt incon-
tinentia ⁊ continẽtia circa concupiſcentias ⁊ voluptates corporis: patet. ¶ Earum 23
vero ipſarum differentie ſunt omittẽde. nam (vt ab initio diximus) alie humane ſũt
ac naturales ⁊ genere ⁊ magnitudine/ alie immanes inſtar beſtiarum/ alie ex morbo
et orbitatibus. Earum circa primas ſolum intemperãtia eſt ac tẽperantia: atq3 ideo
beſtias neq3 temperatas neq3 intemperatas dicimus niſi per ſimilitudinem ⁊ ſi quo
omnino aliud ab alio differt genus animalium ⁊ ſynomoria et in comedendo om-
nia. non enim habent electionem neq3 rationis diſcurſum. ſed diſceſſerunt a natu-
ra ceu inſani homines. ¶ Eſt enim immanitas minus malum q̃ vicium ſed terribi- 24
lius. non enim corruptum eſt idquod optimũ vt in homine/ ſed pretermiſſum/ ⁊ non
habet. Quare perinde eſt acſi quis inanimatum compararet cum animato vtrum pe-
ius. minus improba enim ſemper prauitas eſt non habentis principium/ mens ve-
ro principium eſt. perinde eſt igitur vt comparare iniuſtitiã ad hominem iniuſtum.
eſt enim vt vtrumq3 peius. milies enim plura mala faceret malus homo q̃ beſtia
mala. Cap. VII.

25 C Irca voluptates aūt ⁊ dolores qui ex tactu guſtuqꝫ ꝓueniūt cupiditateſqꝫ
et fugas in quibꝰ tēperantiā ⁊ intēperantiā verſari determinauimꝰ: eſt ira
ſeſe hr̄e vt ſuperet ab ijs q̄ pleriqꝫ ſuperāt / eſt etiā ſupare illa a quibꝰ pleri-
qꝫ ſuperātur. Et horū circa voluptates quidē alter incontinēs alt̄ ↄtinēs di-
citur: circa dolores vero hic mollis / hic conſtās. Inter hos aūt: plurimorū ſunt habi-
26 tus etſi declināt ad deteriores. ¶ Sed cū voluptatū alie ſint neceſſarie / alie nō neceſ-
ſarie ⁊ vſqꝫ ad aliq̄d: exceſſus vero nō / neqꝫ defectus. ſimiliter ſe habet circa volupta
tes ⁊ dolores. qui eni exceſſus voluptatū perſequit̄ aut per exceſſū / aut ꝑ electionē et
ꝓpter ipſas ⁊ non ꝓpter aliud exinde prouenīēs: intēperans eſt. neceſſe eſt enim hūc:
nō eſſe talē / vt peniteat. Itaqꝫ inſanabilis eſt. alius in defectu / huic opponit̄. medius
27 vero / eſt tēperans. ¶ Similiter qui fugit dolores corporis nō quia ſuperetur / ſed per
electionē. ſed eoꝝ qui nō eligūt: quidā ducūtur ꝓpter voluptatē / quidā ꝓpter dolo-
ris fugā qui ex cupiditate prouenit. quāobrē differūt inter ſe. oēs eni dicerēt eſſe de-
teriorē / ſi nō concupiſcēs aut per iram faciat aliquid turpe / ꝙ ſi cōcupiſcēs vehemen-
ter: ⁊ ſi nō ꝑ irā ꝑcuſſerit / ꝙ ſi iratus. Nā quid hic ageret / ſi etiā eſſet in ꝑturbatiōe
cōſtitutus: quocirca intēperās peior eſt ꝙ incōtinēs. Supradictoꝝ ergo: altera mol-
28 liciei ſpecies eſt / alter intēperans. ¶ Opponitur aūt incōtinēti quidē continēs / mol-
li vero ↄſtās. nā conſtātia in reſiſtēdo eſt: continētia vero in ſuperādo. Eſt aūt aliud
29 reſiſtere ꝙ ſuperare / quēadmodū non vinci ꝙ vincere. ¶ Quocirca potior continētia
30 eſt ꝙ conſtātia. ¶ Qui aūt deficit in ijs aduerſus q̄ pleriqꝫ reſiſtūt ⁊ valēt: hic mol-
lis ⁊ delicatus eſt. nā delicie mollicies quedā ſunt. qui eni trahit togā ne laborem
31 ſubeat tollēdi / ⁊ imitās egrotātē: nō putat ſe miſerū eſſe cū ſit miſero ſimilis. ¶ Eo-
dem modo ſe habet circa ↄtinentiā ⁊ incōtinentiā. Nō eni ſi quis vehemētibꝰ exceſ-
ſiuiſqꝫ voluptatibꝰ aut doloribꝰ ſuperat̄ / mirandū eſt. ſed venia dāda eſt / ſi contrani-
tēs ceu Theodecti Philotectes a ſerpēte ꝑcuſſus / vel Carcini i Alope Cercyon: ⁊ ceu Theodoctus
ij qui riſum tenere conati / accumulatū emittūt / vt accidit xenophanto. Sed ſi quis Philotectes
ijs quibꝰ pleriqꝫ reſiſtere valēt ſuccūbit / nō ꝓpter naturā generis vel ꝓpter morbū: Carcinus Alope
ceu Scytharū regibꝰ mollicies ineſt ꝓpter genus / qꝺ tanꝙ effeminatū a virilitate ſe- Cercyon
32 ceſſit. ¶ Iocoſus quoqꝫ intēperatus eſſe videt̄. eſt eni mollis. nā iocus relaxatio eſt: Xenophātus
33 ſiquidē ceſſatio. excedentiū aūt in ea / iocꝰ eſt. ¶ Incōtinētie hoc q̄dē temeritas: hoc Scythe
aūt infirmitas eſt. nā alij quidē ↄſultātes / non ꝑſiſtūt in ijs q̄ ſtatuerāt ꝓpter animi
perturbationē. Alij ob idipſū q: nō cōſultāt / trahunt̄ a ꝑturbatione. Quidā vero ceu
preti tillati nō titillātur / ſic ꝑ̄ſentiētes ⁊ ꝓuidētes ac ſeipſos / rationēqꝫ excitantes nō
34 vicūt̄ ab effectu: neqꝫ ſi voluptuariū ſit neqꝫ ſi moleſtū. ¶ Maxie ꝟo acuti ⁊ melāco-
lici ob temeritatē incōtinēter agūt. Illi quidē ꝓpter velocitatē / hi vero ꝓpter vehe-
mentiā non expectant rationē: ex eo q: phātaſie ſequaces ſunt Cap. VIII.

35 E St aūt intēperās (vt dictū eſt) qualē poſtea nō peniteat. nā in electione ꝑſi- Numero 26
ſtit. incōtinentē vero omnē penitet. quapropter nō (vt dubitauimꝰ) ita ſe Numero 9
habet: ſed hic quidē ſanabilis eſt / ille aūt inſanabilis. Aſſimilat̄ aūt vicium
hydropiſi ⁊ ptiſi / incōtinētia vero epilepticis. illa eni cōtinua / hec nō cōti-
nua improbitas eſt. ⁊ oīno aliud genus eſt incōtinētie ꝙ vicij. nā viciū quidē latet:
36 incōtinētia vero nō latet. ¶ Sed hoꝝ ipſorum meliores ſunt qui a ratione abſunt: ꝙ
qui rationē habēt quidē / ſed in illa nō ꝑmanēt. a minore eni ꝑturbatione ſuperant̄ et
non incōſulte vt alij. Similis eſt eni incontinēs ijs qui facile inebriant̄ ⁊ a modico
37 vino ac pauciore ꝙ pleriqꝫ. ¶ Qꝫ igit̄ incōtinētia nō eſt viciū / patet: ſed aliquatenus
fortaſſe. nā hec quidē abſqꝫ electiōe eſt / illud vero cū electiōe. In rebꝰ tn̄ ſimilia ſūt
ceu Demodoci illud in Mileſios dictū. Mileſij quidē inſipiētes non ſunt / faciūt tn̄
38 qualia inſipiētes. ⁊ incōtinētes iniuſti nō ſūt: iniuriant̄ tamē. ¶ Cū vero hic quidē
talis ſit vt nō ꝑſuaſus ſequat̄ corporis voluptates excedētes ꝑter rōnē rectā / hic autē
ꝑſuaſus qm̄ talis vt ipſas ꝑſequat̄: ille quidē facile remouebit̄ / hic aūt nō. nā virtus
principiū ↄſeruat / viciū corrūpit. In rebus aūt agēdis principiū eſt cuiꝰ gratia: vt in
mathematicis ſuppoſitiōes. neqꝫ illic igit̄ rō edoctiua eſt principioꝝ neqꝫ hic ſed vir-
tus: aut ex cōſuetudine / aut ex natura recte ſentire faciēs circa principiū. Tēperans
igitur quidē talis eſt / intēperās vero huic ↄtrarius. eſt vero quiſpiā qui ꝓpter animi
perturbationē diſcedit a recta ratione: quē vt nō faciat ſcd̄m rectā rationē perturba-

tio vincit.ſed eſſe talē vt ei perſuadeat perſequi impudēter oportere huiuſmodi volu
ptates:nō peruincit.hic eſt eni incōtinens/melior quidē ꝙ intemperās/nec penitus
malus.ſeruatur enim principiū quod optimū eſt.alius vero huic cōtrarius conſtans
nec diſcedens propter perturbationē.patet igitur ex hoc:ꝙ hic ſtudioſus habitus eſt/
ille autem prauus. Cap.IX.

Erum ergo continēs eſt qui in qualicūqz ratione et qualicūqz electiōe per= 39
ſiſtit vel qui in recta/⁊ incontinēs qui in qualicūqz electione ⁊ in qualicūqz
ratione non ꝑmanet/vel in falſa ratione ⁊ electione non recta vt prius que=
ſiuimus.vel per accidēs in qualicūqz:ſcd̄m ſe aūt ipſū vera in ratione ⁊ re=
cta electione hic perſiſtit.ille nō ꝑſiſtit.ſi enim quis hoc ꝓpter hoc expetit ⁊ ſequitur:
per ſeipſum hoc ſequitur ⁊ expetit.per accidēs vero prius.ſimpliciter autē dicimus
quod per ſeipſum.itaqz eſt in qualicūqz ſententia hic quidē permanet/ille dimouetur/
ſed ſimpliciter in vera.¶Sūt autē quidam qui perſtant in ſententia/ſunt vero quos 40
vocant dure ceruicis homines vt quibus difficulter ſuaderi aut diſſuaderi quicꝙ po
teſt.hi aliquid ſimile habēt continēti:ceu prodigus liberali/⁊ temerarius forti.ſūt ⁊
alia multa huiuſmodi.continēs enim ꝓpter libidinē ⁊ cupiditatē non mutat ſenten
tiam:cū in aliјs quidem ſi accidāt facilis ſit/ac perſuaderi ſibi patiatur.hi autē non a
ratione:cū cupiditatē aſſumant/⁊ ducātur cōplures a voluptatibus.Sunt autē ij du
re ceruicis/qui ſui capitis ſunt:⁊ qui indocti et agreſtes.illi etiam qui ſunt ſui capi=
tis propter voluptatē ⁊ dolorē.nam gaudent cū peruincunt nec e ſētentia dimouē=
tur/⁊ dolent ſi eorū ſentētia irritetur inſtar publicorū decretorū.quare magis hi qui=
dem incōtinenti ſimiles ſunt ꝙ continēti.¶Sed ſunt quidem qui in ſententia non 41
perſiſtunt/non tamen propter incontinētiam.vt Neoptolomeus ille apud Sopho=
clem ꝙꝙ propter voluptatē non perſiſtebat:at honeſtū.nam vera loqui pulchrū illi
videbatur:ab Ulixe vero perſuaſus fuerat mentiri.nō enim omnis qui propter vo=
luptatē aliquid facit:intēperans eſt aut prauus/aut incontinēs/ſed qui propter turpē
voluptatē.¶Cumqz ſit aliquis huiuſmodi vt minus ꝙ oportet voluptatibꝰ corpo= 42
ris gaudeat/nec in ratione perſiſtat:huius ⁊ incontinētis medius eſt continēs.nam
incontinēs non perſiſtit in ratione propter aliquid plus/hic autē propter aliquid mi=
nus:continēs vero perſiſtit nec ob alterutrū diſcedit.¶Neceſſe eſt autē ſi quidē con= 43
tinentia eſt ſtudioſa:vtroſqz cōtrarios habitus eſſe prauos/quēadmodū apparet.ve=
rum quia alter in paucis ⁊ raro conſpicitur:videtur incōtinētie ſolū continētia eſſe
contraria quēadmodū intemperātie tēperantia.¶Cum vero multa dicātur per ſi= 44
militudinē/⁊ continētia temperati per ſimilitudinē conſecuta eſt.nam cōtinens eſt
talis vt nichil preter rationē agat ob corporeas voluptates/⁊ tēperatus.ſed hic qui=
dem habens/hic autem nō habēs prauas voluptates.Et hic quidē talis vt nō dele=
ctetur preter rationē/hic autē talis vt delectetur quidē ſed non ducatur.ſimiles etiā
ſunt incōtinens ⁊ intemperās/vtriqz enim corporis voluptates ſequuntur.ſed alter
putans oportere/alter vero non putans. Cap.X.

Ec fieri poteſt vt vnus ⁊ idem ſimul ſit prudēs ⁊ incontinēs.nāſimul pru 45
dētem ⁊ ſtudioſū eſſe oſtenſū eſt.Preterea nō quia ſciat ſolū/ſed quia acti=
uus ſit:prudentē eſſe.ſed incontinens nō eſt actiuus.eniuero aſtutū nichil
vetat incōtinentē eſſe.¶Ex quo fit vt nonnūꝙ prudētes quidā incōtinen= 46
tes eſſe videantur quoniā aſtutia (vt ſuperioribus libris diximus) ratione quidē pro=
pinqua eſt prudentie:ſed differt ab ea ſcd̄m electionē.neqz porro vt ſciēs ac proſpiciēs:
ſed vt dormiens/ac vinolentus/⁊ volēs quidē.nam quodā modo ſciens ⁊ quod facit
et cuius gratia.¶Malus aūt non.nā electio quidem bona eſt.itaqz ſemimalꝰ et nō 47
iniuſtus.non eni inſidiator.nā ꝑ ſorū hic quidē non perſiſtit in ijs que conſultādo ſta
tuerat/hic aūt melācolicus omnino nō conſultat.Uideturqz incōtinens ſimilis ci=
uitati que omnia oportune decernat ac leges habeat bonas/ſed illis non vtatur.vt
Anaxandrides obiecit inquiens.ciuitas volebat cui nulla legū cura eſt.malus autē:
ciuitati que legibus vtitur/ſed malis.¶Eſt autem incōtinentia ⁊ continentia circa 48
id quod excedit multitudinis habitū.hic enim magis perſiſtit/ille autē minus ꝙ ple
riqz valeāt.¶Sanabilior eſt incōtinentia illa qua melācolici incōtinenter agūt/ꝙ 49
illorū qui conſultant quidē/ſed non permanēt.⁊ qui cōſuetudine incōtinentes ſunt

Neoptolomeꝰ

Anaxādrides

ꝗ̄ quí natura.facilius enim eſt conſuetudinẽ ꝗ̄ naturã mutare.nã ob idipſũ cõſuetu-
dinẽ mutare difficile eſt:ꝙ nature aſſimilat̃.vt Euenus inquit.Aio inueteratũ vſum Euenus
ꝑmanere amice/atq; eũ tãdẽ hoib⁹ naturã eſſe.Quid igit̃ cõtinentia ſit ꝛ quid incõ-
tinentia et conſtantia ꝛ mollicies/et quemadmodũ hi habitus adinuicem ſe habent:
dictum eſt. Cap.XI.

50 DE voluptate autẽ ꝛ dolore eius eſt videre/qui circa ciuilẽ philoſophat̃.hic
enĩ faber atq; magiſter eſt/eius finis ad quẽ perſpiciẽtes:vnũquodq; vel bo
nũ vel malũ ſimpliciter dicimus.inſuper neceſſariũ eſt de illis videre.nam
virtutẽ moralẽ ꝛ viciũ circa dolores ꝛ voluptates poſuim⁹.et felicitatẽ om-
51 nes fere aiũt cũ voluptate eſſe.itaq; beatũ noiauerũt a gaudendo. ¶Quibuſdã ergo
videtur nulla quidẽ voluptas eſſe bonũ nec ꝑ ſeipſã nec per accidẽs.nõ enim idẽ eſſe
bonũ quod voluptas.alijs quedã videtur quidẽ:ſed plurime eſſe praue.eſt ꝛ horũ ter
52 tiũ.etſi omnes ſint bonũ:tamẽ nõ recipi vt voluptas ſit ſummũ bonũ. ¶¶Q; omni
no quidẽ nõ ſit bonũ:quia omnis voluptas effectio eſt in naturã ſenſibilis. nulla ve-
ro effectio cognata eſt finibus/ceu nulla edificatio edibus. Preterea tẽperãs fugit vo
luptates:ꝛ prudẽs vacuitatẽ doloris ſequitur/nõ autẽ voluptates. Preterea volupta
tes impediũt prudẽtiã:ꝛ ꝗ̄to maiores ſunt/tanto magis/quod in venereis patet.ne-
mo enĩ dũ in illis eſt:mente ꝓſpicere quicꝗ̄ poteſt.Inſuper voluptatis nulla eſt ars.
omne autẽ bonũ:artis eſt opus. Preterea pueri ꝛ beſtie ſequũtur voluptates. ꝙ vero
nõ omnes ſint ſtudioſe:quia ſunt turpes quedã ꝛ infames/ꝛ quia detrimẽta afferũt.
morbos enĩ nõnulle ipſarũ/gignũt.ꝙ autẽ nõ ſit ſummũ bonũ voluptas:quia nõ fi-
nis eſt ſed effectio/hec ſunt fere que dicuntur. Cap.XII.

53 QUod autẽ nõ contingit propter hoc non eſſe bonũ neq; optimũ:ex his pa-
tet.primũ igitur cũ bonũ dupliciter dicatur aliđ ſimpliciter/aliud alicui:ꝛ
nature et habitus conſequũtur. quare ꝛ motus ꝛ effectiones ſequũtur. Et
que praue videntur:quedã ſimpliciter praue/alicui autẽ non/ſed expetende
ſunt huic.quedã vero nec huic quidẽ ſed quandoq; ꝛ ad paruũ tẽpus/ſed
nõ expetende.alique autem voluptates nõ ſunt quidẽ ſed videntur:q̃cũq; cũ dolore/
ꝛ medicine gratia/ceu egrotantiũ voluptates. Preterea cũ boni hoc quidẽ ſit actus/
hoc autẽ habitus:ſecũdũ accidẽs que cõſtituũt in naturalẽ habitũ voluptuaria ſũt.eſt
autẽ actus in cõcupiſcẽtijs nature ꝛ habitus ſubdolẽtis.ꝗ̄ꝗ̄ etiã ſine dolore et cõcu-
piſcẽtia ſint voluptates:veluti que in cõtemplãdo fiũt nullo defectu naturã vrgẽte:
ſignũ huius eſt ꝙ nõ eiſdẽ rebus delectatur natura dũ replet̃/et dũ in ſtatu eſt. Sed
dũ in ſtatu eſt ſimpliciter iucũdis/at dũ repletur etiã aduerſis.nã et acribus et ama-
ris gaudẽt:quorũ nichil neq; natura neq; ſimpliciter iucũdũ eſt.itaq; neq; volupta-
tes.vt enim iucũda adinuicẽ cõſtituta ſũt:ſic etiã voluptates que ab illis proueniũt.
54 ¶Preterea nõ eſt neceſſe aliud quiddã melius eſſe ꝗ̄ voluptas vt quidã aiũt finẽ ꝗ̄
effectionẽ.nõ enim effectiones ſũt neq; cũ effectione omnes/ſed operationes et finis
nec illis que fiunt conueniunt.ſed illis que vtuntur.neq; finis omnium aliud quid-
dam:ſed eorum que ducunt imperfectionem nature.quapropter non recte dicitur ſen-
ſibilem effectionem eſſe voluptatem:ſed magis dicendum eſt operationẽ habitus ſe-
cundũ naturã/et pro ſenſibili ſine impedimẽto.videtur aũt effectio quedã eſſe/ꝙ pri-
55 cipaliter bonũ:quia operationẽ effectionẽ eſſe exiſtimãt.eſt autẽ aliud. ¶Eſſe autem
prauas voluptates ex eo quia morbos gignũt voluptuaria quedã:idẽ ꝛ quia ſalubria
quedã praua ad lucrũ.hec igitur vtraq; praua:ſed nõ praua ſecundũ hoc.nã ꝛ cõtem
56 platio interdũ obeſt ad ſanitatẽ. ¶Impedit vero neq; prudẽtiã neq; habitũ vllũ vo-
luptas ab vtraq; proueniẽs ſed aliene.nã voluptates que in cõtemplatione ꝛ diſcipli
na: magis faciũt cõtemplari atq; addiſcere. Q; autẽ non ſit opus voluptas alicuius
artis/rationabiliter cõtingit:neq; enim alterius operationis cuiuſꝗ̄ eſt ars ſed poten
tie.licet vnguentaria ars et coquinaria:voluptatis eſſe videatur.fugere autem tem-
peratũ voluptates/ ꝛ ſequi prudentẽ vacuitatem doloris ac pueros ꝛ beſtias ſequi:
eodem modo omnia ſoluũtur.cũ enim dictũ ſit quomodo bone ſimpliciter/ꝛ quomo-
do nõ bone:omnes voluptates tales ꝛ pueri ꝛ beſtie ſequũtur.ꝛ harũ vacuitatem do
loris prudẽs:que cũ cõcupiſcentia ſunt ꝛ dolore/ꝛ que ſunt corporis.tales enim ſunt
he. Etenim harũ exceſſus:ſecũdũ quas intẽperãs intemperat⁹.itaq; temperans fu-

giſt has. nam ſunt ⁊ temperantis alique voluptates. Cap.XIII.

A Equi malũ eẽ dolorẽ ac fugiendũ cõfeſſũ eſt. hũc q̃dẽ eni ſimpliciter malũ/
hunc vero qua impedimentũ affert. fugiendo aũt cõtra. qua enim fugiẽdũ 57
eſt quid ⁊ malũ: eſt bonũ. nã ſolutio illa Speuſippi nõ conuenit vt maius
minori et equali cõtrariũ. nõ enim diceret idẽ quod malũ quiddã: eſſe volu
ptatẽ. ¶ Nichil vero ꝓhibet voluptatẽ quandã eſſe optimã/ ꝙuis ſint alique praue: 58
vt eſt ſcientia aliqua quibuſdã prauis exiſtẽtibus. ¶ Forſã vero ⁊ neceſſariũ eſt: ſi 59
quidẽ cuiuſlibet habitus operationes ſunt nõ impedite ſiue omniũ operatio eſt feli=
citas ſiue alicuius eorũ/ ſi ſit nõ impedita: eſſe ſumme eligẽdã. id eſt autẽ voluptas.
itaq; eſſet vtiq; voluptas omniũ optimũ. licet praue ſint multe voluptates ſi cõtin=
gat ſimpliciter ac proterea õnes beatã vitã putant eſſe iucundã et implicãt volupta=
tẽ felicitati rationabiliter. nulla enim operatio ſi impediatur: ꝑfecta eſt. felicitas au=
tẽ eſt ꝑfectorũ. quapropter indiget felix bonis corporis ⁊ externis atq; fortune vt nõ
impediatur. qui autẽ in rota ⁊ calamitatibus magnis cõſtitutũ dicũt eſſe beatũ ſi bo
nus ſit: vt volẽtes vel inuiti nichil dicũt. quia vero fortuna indiget: videtur quibuſ=
dã idẽ eſſe proſperitas ⁊ felicitas/ quod nõ eſt. nã ⁊ hec excedens impedimẽtũ affert.
⁊ forſã nõ amplius proſperitas nominãda eſt. nã eius terminus eſt ad felicitatem. Q
autẽ ⁊ homines et beſtie voluptatẽ ſequũtur: id ſignũ eſt voluptatẽ eſſe optimũ. fa=
ma vero nõ omnino vana eſt quã populi multi decãtãt. ſed cũ nõ idem neq; natura
neq; habitus optimus neq; ſit neq; appareat: neq; etiã voluptatẽ eandẽ õnes ſequũ
tur. tamẽ ſequũtur omnes voluptatẽ: forte autẽ ⁊ ꝑſequũtur/ non quã putãt nec quã
dicerẽt/ ſed eãdẽ. cũcta enim habent aliquid diuinũ natura. ſed acceperunt nominis
hereditatẽ corporee voluptates: ꝓpter frequẽtiã vſus/ ⁊ quia omnibus cõmunes ſũt.
cũ igitur ſole cognoſcũtur iſte: ⁊ ſolas eſſe putãt. ¶ Patet autẽ ꝙ niſi voluptas bonũ 60
ſit ⁊ operatio: beata vita iucũda nõ erit. nã cuius gratia opus eſſet illius: ſiquidẽ nõ
bonum. ſed ⁊ cum moleſtia agi vita poteſt. neq; malũ enim neq; bonũ dolor/ ſi qui=
dem nec voluptas. Itaq; cur fugeret: neq; ſane dulcior vita ſtudioſi: niſi eius opera
tiones.

Cap.XIIII.

D E voluptatibus autẽ corporis conſiderãdũ eſt dicẽtibus: ꝙ quedã volupta= 61
tes vehemẽter ãplectẽde ſunt. vt puta ille que ſunt honeſte: ſed nõ corporee
⁊ circa quas intẽperãs. cur igitur dolores his cõtrarij/ ſũt mali: nã malo bo
nũ cõtrariũ eſt. ¶ Vel ita bone que ſunt neceſſarie: quia ⁊ nõ malũ eſt bo= 62
nũ vel vſq; ad aliquid. bone: habituũ eni ⁊ motuũ quorũcũq; nõ eſt melioris exceſſus
neq; voluptatis. quorũq; autẽ eſt: ⁊ voluptatis eſt. ſed corporaliũ bonorũ eſt exceſſus
⁊ malus eſt qui ſequit exceſſũ/ ſ; nõ voluptates neceſſarias. cũcti eni quodã modo gau
dẽt epulis ⁊ vino/ ⁊ venereis: ſed nõ vt debent. ¶ Cõtra in dolore. nõ eni exceſſũ fu 63
git ſ; oĩno. nõ eni eſt exceſſui cõtrarius dolor: ſ; ꝑſequẽti exceſſũ. ¶ Quoniã vero nõ 64
ſolũ verũ dicere oportet: ſed etiam cauſã falſi. nam id ad fidẽ faciendã pertinet. nã
quãdo ratio cõſpicitur ꝓpter quã videbatur verum quod nõ eſt verum: facit vt vero
magis credatur. itaq; dicendũ eſt quare videtur corporis voluptates magis expete=
re. ¶ Primum ergo quia dolorem pellũt: ⁊ per exceſſũ doloris quaſi medicinã quã= 65
dã/ voluptatem exceſſiuã ſequũtur/ ac penitus corporalem. vehemẽtes autẽ fiũt me=
dele. quapropter eas ſequuntur quia aduerſari videntur. nec ſtudioſum videtur quid
voluptas propter hec duo vt dictũ eſt: quoniã quidẽ alie praue nature ſũt actus aut ex
genitura queadmodũ beſtiarum/ aut ex cõſuetudine vt prauorũ hominũ. alie mede= 66
le quia indigentis: ⁊ habere melius ꝙ ſit. ¶ Alie accidunt eis que perficiuntur: per
accidens igitur ſtudioſe. ſequuntur etiam illas: quia magnã vim habẽt quando pro=
pter alias letari non poſſunt. itaq; ſibiipſis fames aliquas machinantur. quando igi
tur ſine nocumento: irreprehẽſibiliter. quando autẽ cum nocumento: praue. non eni
habẽt alias quibus gaudeãt. neutrũ vero multis doloroſum eſt ꝓpter naturam. ſem=
per eni laborat animal vt naturales teſtantur ſermones: ⁊ videre ⁊ audire doloroſũ
eſſe dictitãtes. ſed cõſueti ſumus vt aiunt. ſimiliter autẽ in iuuẽta quidẽ propter in=
cremẽtũ ceu vinolẽti diſponuntur/ ⁊ iucũda res eſt iuuẽta. melãcolici vero natura ſẽ
per egent medicina. nam corpus quidẽ abroditur/ ⁊ in hoc eſt cõtinue propter cõple=
xionẽ: ac ſẽper in vehemẽti appetitu cõſtituũt. pellit autẽ voluptas dolorẽ ⁊ que con=

67 traria eſt ⁊ q̄ cōtingēs/modo ſit vehemēs. ⁊ ob hoc intēperati/ ⁊ mali fiūt. ¶ Que ve
ro ſine dolore ſūt: nō habent exceſſū. ſūt autē he ex ijs q̄ natura iucūda ſūt: ⁊ nō ꝑ ac=
cidēs. dico autē per accidēs illa q̄ medētur. quia enī cōtingit mederi patiēte ſano agē
te aliq̄d: ob hoc iucundū eſſe videtur. natura autē iucūda/ q̄ faciūt operationē talis na
68 ture. ¶ Nullū autē iucūdū ſemꝑ idē eſt: quia nō ſimplex eſt natura noſtra/ ſed ieſt q̄d
aliud ſecūdū qd̄ corruptiua. itaq; ſi q̄d aliud agat hoc alteri nature aduerſatur. cū ve=
ro equat neq; moleſtū videtur eſſe id qd̄ ſit/ neq; iucūdū. nā ſi alicuiꝰ natura ſimplex
ſit: ſēꝑ idē actꝰ iucūdiſſimꝰ erit. quāobrē deꝰ ſēꝑ vna atq; ſimplici gaudet voluptate.
nō enī motꝰ dūtaxat eſt oꝑatio: ſ; et imobilitatis/ ⁊ voluptas magis i q̄ete eſt ꝙ̄ i mo
tu. Uariatio autē res ōniū dulciſſima ſcd̄m poetā ꝓpter neq̄tiā quādā. vt enī nequā
homo facile variat: ſic ⁊ natura varietatis indigēs: nō enī ſiplex neq; equabilis. De
cōtinētia igitur ⁊ incōtinētia/ ac de voluptate ⁊ dolore dictū eſt: ⁊ q̄d ſit vnūquodq;
ipſorū/ ⁊ quomodo alia ipſorū bona ſūt/ alia mala. reliquū eſt vt de amicitia dicamꝰ.

¶ Octauus Ethicorū Leonardo Aretino interprete. Cap. I.

1 Poſt hec cōſequēs erit de amicitia tractare. Eſt enī virtus q̄dā/ vel cū
virtute. Res inſuꝑ ſūme neceſſaria i vita. ſine amicis enī nullus eli=
geret viuere: licet cūcta poſſideret alia bona. nā ⁊ locupletes ⁊ in di=
gnitate ac ſūma potētia cōſtituti: plurimū amicis indigere vidētur.
Quid enī ꝓdeſſet talis ꝓſperitas: ſi beneficij cōferēdi auferaꝛ facul=
tas: qd̄ maxie fit cōmēdaturq; i amicos. vel quō cuſtodirētur bona/
ſeruarēturq; ſine amicis: cū quāto plura illi ſint: tāto magis pericu=
lo ſubiacēt. In pauptate q; ac ceteris calamitatibꝰ vnicū putāt i amicos eē refugiū/
⁊ iuuenibꝰ ad cōpeſcēdos errores/ et ſenibus ad curā ⁊ obſeruationē auxiliūq; illarū
rerū que illis deſūt ꝓpter ibecillitatē: florētibus autē ad res ꝑclaras: duo ſimul eun
tes. nā ⁊ cognoſcēdo ⁊ in agēdo potētiores erūt. naturaq; ineſſe videtur ad id quod
genitū eſt ei quod genuit: ⁊ ad id qd̄ genuit ei quod genitū eſt. nec id in hominibus
ſolū/ verūetiā in auibus ac pleriſq; animātibus ⁊ eiuſdē generis inter ſe/ at maxime
hominibꝰ. ex quo fit vt eos hoīes q̄ erga ceteros beniuoli ſūt: laudibꝰ efferamꝰ. intue
ri etiā licet in erroribꝰ ōnē hominē amicū ⁊ familiarē homini eſſe. videꝛ ciuitates q;
amicitia cōtinere: ⁊ legūlatores magis circa illā ſtudēt ꝙ̄ circa iuſtitiā. cōcordia enī
ſimile q̄ddā amicitie videꝛ eſſe. huic aūt maxie legūlatores itēdūt/ diſcordiā vero vt
rē inimicā expellūt. ⁊ amici ſi ſint: nichil opꝰ eſt iuſtitia. at ſi ſint iuſti: nichilominus
eis opꝰ eſt amicitia. ⁊ iuſtorū maxie amicabilitas eē videꝛ. Nec ſolū res neceſſaria eſt
amicitia: verūetiā honeſta. nā eos q̄ afficiūtur erga amicos laudamꝰ: ⁊ copiā amico=
rū vnā aliquā honeſtarū rerū dicimꝰ. ſūt etiā q̄ putēt eoſdē eē viros bonos ⁊ amicos.
2 ¶ S; accidūt circa illā dubitatiōes nō pauce. nā alij poſuerūt eā ſimilitudinē quan=
dā/ ⁊ amicos ſimiles. itaq; aiūt ſileꝫ ad ſileꝫ/ ⁊ cornicē ad cornicē/ ⁊ talia q̄dā. alij cō
tra oēs huiuſmodi iter ſe cōnexos eē aiūt. atq; de his altiꝰ/ maturiuſq; ꝑquirūt. Eu= Euripides
ripides q̄dem īquiens imbre terrā arefactā/ amare formoſū celū: imbre graueſcēs plu
ere i terrā. ⁊ Heraclitꝰ viciſſitudiuariā cōmoditatē/ ⁊ ex diuerſis pulcherrimā cōue= Heraclitus Empedocles
niētiā/ ⁊ oīa ꝑ litē fieri. Aduerſꝰ hos ⁊ alij multi/ ⁊ Empedocles. nā ſle: ſle appetere.
Hec igiꝛ naturalia omittamꝰ: nō enī ſūt ꝓpria ꝑſentis cōſiderationis. q̄ vero ad ho=
mines ⁊ mores ptinēt: ea diſcutiamꝰ. ceu vtrū i ōnibꝰ ſit amicitia/ vel i malis homi=
nibꝰ locū nō habet. ⁊ vtrū amicitie ſit ſpecies vna vel plures. q̄ enī vnā ſpeciē eē pu
tāt ex eo quia recipit magis et minꝰ: nō ſufficiēti argumēto ducūtur. nā et illa q̄ alia
ſunt ſpecie: magis et minꝰ recipiūt. de q̄bus ſuperius dictum eſt. Cap. II.

Patebit id autē ſi amabile reſpiciaꝛ. nō oē enī videbiꝛ amari/ ſ; qd̄ amabile ē.
hoc aūt eē bonū aut iucūdū/ aut vtile. videꝛ vtiq; eē vtile id: ꝑ qd̄ efficiꝛ bo=
nū aliqd̄ voluptas. q̄re amabile vtiq; erit bonū et iucūdū vt finis. ¶ Utrū
4 igiꝛ bonū amāt: an id qd̄ ipſis ſit bonū: diſcordāt enī q̄nq; iſta. eodē modo
circa iucūdū. Uideꝛ aūt q̄ſq; ſibi bonū amare/ et eē ſimpliciter quidē amabile bonū.
cuiq; aūt: qd̄ cuiq; eſt. amat vero q̄ſq; nō quod bonū eſt ſibi: ſed qd̄ videꝛ bonū/ neq;
5 quicꝙ̄ id refert. Erit enī amabile apparens. ¶ Cūq; tria ſint illa ꝑ que amant: in na
tura quidem inanimatorū non dicitur amicitia. non enī hec in illis reciprocus amo=
ri/ neq; volūtas illorū boni. nā ridiculū fortaſſis eſt vino bonū velle/ ſed ſaluū eſſe cu

pit: vt habeat ipſe. ac oportere aiunt amico bona velle illius gratia. ¶ Et qui ita vo- 6
lunt bona/eos beniuolos appellant: ⁊ ſi non idē ab illo rependatur. beniuolentiā eni
in rependentibus amicitiā eſſe. vel adiungendū eſt nō latentē. multi eni beniuoli ſūt
erga illos quos nunq̄ viderunt/q̄ eos bonos viros putāt eſſe ⁊ vtiles. atqꝫ hoc idē
fortaſſe aliquis illorum vice verſa facit. amicos vero quomodo quis vocet latentes:
quemadmodum ſeinuicem habeant? opus eſt igitur vt intelligant/vtqꝫ beniuolen-
tia ſit mutua/nec latens ipſos propter vnum aliquod predictorum. Cap. III.

DIfferunt autem hec ſpecie inter ſe: ⁊ amores ergo/et amicitie. ſūt autem il- 7
larum ſpecies tres: cum totidem ſint amabilia. in ſingulis enim mutua eſt
dilectio non latens. qui vero mutuo ſe amant bona ſibiinuicem cupiunt hac
qua amant. ¶ Qui igitur propter vtilitatem ſe diligunt: non ſeipſos dili- 8
gunt ſed qua ex ipſis aliquod prouenit bonum: eodem modo qui propter voluptatē.
non enim quia tales quidem ſunt/facetos amant: ſed quia ſibi iucunditatem afferūt.
⁊ qui ergo propter vtilitatem amāt: bonum querunt ſui. ⁊ qui propter voluptatem:
iucunditate ſui mouentur. non qua is eſt qui amatur: ſed qua vtilis aut iucundus. ſūt
itaqꝫ huiuſmodi amicitie ſecundum accidens. non eni qua talis eſt amatus hac ama
tur: ſed qua afferunt hi quidem bonum aliquod/hi autem voluptatem. ¶ Itaqꝫ tales 9
amicitie facile diſſoluuntur non in eodem permanentibus. nam ſi non amplius iucū
di aut vtiles ſint: amare deſiſtunt. vtilitas vero non permanet/ſed alia alias eſt. ceſſā
te igitur eo propter quod amici erāt: ceſſat ⁊ amicitia vtpote illis innixa. ¶ Videtur 10
autem huiuſmodi amicitia maxime fieri in ſenibus. non enim voluptatem hi ſequū-
tur ſed commoditatem. iuuenes quoqꝫ ⁊ vigentes quicunqꝫ / vtilitati ſue ſtudēt. nec
ſane hi multum inuicem verſantur ⁊ interdum iucundi non ſunt. itaqꝫ nec eorum cō
uerſatione indigent/ex quibus non prouenit vtilitas. Eatenus eni iucundi ſunt: qua-
tenus ſpem aliquam habeant boni. in his ⁊ hoſpitalitiam collocarunt. ¶ Adoleſcen- 11
tium vero amicitie voluntatis cauſa inſtitute eſſe videntur. nam amant ſecundum af
fectus/⁊ maxime id ſequūtur quod voluptatem in preſentia afferat. verum id ſimul
cum etate mutatur. ex quo fit vt cito fiant amici citoqꝫ deſiſtant. nam ſimul cum vo-
luptate amicitia mutatur. at voluptatis celeris eſt mutatio/⁊ ad amores proni ſunt
iuuenes. nam amatoria per affectum ⁊ voluptatem plurimum fit. itaqꝫ amant ⁊ cito
deſiſtunt/ſepe eadem die propoſitum mutantes. Delectantur autem hi conuerſatio-
ne ⁊ vſu. nam per hunc modum amicitia fruuntur. ¶ Perfecta vero eſt amicitia 12
bonorum virorum ⁊ inter ſe virtute ſimilium. hi namqꝫ ſibi bona ſimiliter mutuo
volūt qua ſunt boni. ſunt autem boni per ſeipſos. qui vero amāt amicos/illorum cau
ſa: hi ſunt maxime amici. per ſeipſos enim ſic ſe habent/⁊ non per accidens. ¶ Per- 13
manet igitur talis amicitia q̄diu ſunt boni. virtus autem res permanens eſt. et eſt
vterqꝫ ſimpliciter bonus ⁊ amico. nam boni ſimpliciter boni ſunt ⁊ inuicem vtiles/
eodem modo ⁊ iucundi. boni eni iucundi ſimpliciter ⁊ inuicem. vnicuiqꝫ enim vo-
luptati ſunt proprie res ⁊ tales. bonorum autē tales vel ſimiles. talis vero amicitia
merito durabilis eſt. nam complectitur omnia que in amico eſſe oportet. omnis eni
amicitia propter bonum eſt aut ſimpliciter aut amanti/⁊ ſecūdum ſimilitudinē quā-
dā. huic autē omnia ſupradicta inſunt ꝑ ſeipſos: nā huic ſimilia ⁊ reliqua. ¶ Quodqꝫ 14
ſimpliciter bonum: id iucūdū ſimpliciter eſt. maxime vero hec ſunt amabilia. ⁊ ama-
re ⁊ amicitia in his maxime eſt atqꝫ optima. ¶ Sunt autem he amicitie merito rare. 15
nam ⁊ qui tales ſint/pauci admodum reperiuntur: preterea cōſuetudine indiget ⁊ tē
pore. nam iuxta prouerbium: prius ſal illud de quo dicitur/comedēdū eſt q̄ ſe cogno-
ſcere poſſint. nec ante recipiendū eſt eos eſſe amicos: q̄ alter alteri dignus amicitia/
fiduſqꝫ appareat. qui enim propere amicitias inſtituunt: amici quidem eſſe volūt/ſed
non ſunt/niſi digni ſint amari ⁊ id cognoſcant. voluntas eni amicitie celeriter fit: ſꝫ
non amicitia. hec igitur ⁊ tempore ⁊ reliquis perfecta eſt: et fit per hec omnia ⁊ ſimi-
lia vtriqꝫ ab vtroqꝫ quod oportet amicis exiſtere. Cap. IIII.

QVe vero gr̄a voluptatis eſt amicitia: ſimilitudinē hu9 habet. nā boni inuicē 16
iucūdi ſūt eodē mō ⁊ q̄ ꝓpť vtilitatē: nā tales mutuo boni ſūt. maxie aūt in
his amicitia ꝑmanet cū eq̄litas ſeruať: queādmodū voluptas ⁊ nō ſolū ſic/
ſꝫ ab eodē ceu facetis/⁊ nō vt amatori ⁊ amato. nō ei hi eiſdē reb9 delectanť:

ſed ille quidem aſpectu gaudet amati/hic autem obſequio amatoris. deſinente vero
etatis flore et amicitia frequenter deſinit. nam huic aſpectus non amplius iucun-
dus eſt/illi autem non preſtatur obſequium. ſunt autem qui permanent ſi ex conſue
tudine mores comprobarunt ⁊ ſimiles ſunt. qui vero non voluptatem ſed vtilitatē
in amoribus commutant: hi ⁊ minus ſunt amici ⁊ permanent. qui autē propter vti-
litatem ſunt amici: ſimul cū vtilitate mutantur. non eni amicos ſed vtilitatē ama-
17 bant. ¶ Propter voluptatē igitur ⁊ vtilitatē malos contingit eſſe amicos inter ſe/
et bonos malis: ⁊ neutrū cuicūqꝫ. propter ſeipſos autē conſtat ſolos bonos. nā mali
18 quidē non gaudent ſeipſis: niſi aliquod exinde proueniat cōmodū. ¶ Solaqꝫ bono-
rū amicitia ſine querela eſt. non eni facile eſt quicꝙ credere aduerſus eū quē multo
tēpore cōprobauit/perſuaſitqꝫ animo nunꝙ iniuriatum iri/ ⁊ quecunqꝫ alia in vera
amicitia requiruntur. at in alijs nichil vetat talia fieri. nam cum homines etiam il-
los vocent amicos/qui propter vtilitatem quemadmodum ciuitates (videntur eni
ciuitates/ſocietates inſtituere vtilitatis gratia) ⁊ qui propter voluptatem ſe mutuo
diligūt quēadmodum pueri: oportet fortaſſe ⁊ nos huiuſmodi homines vocare ami-
19 cos. ¶ Species igitur amicitie plures ſunt. ſed prima atqꝫ precipua eſt bonorum vi-
rorum qua ſunt boni: relique vero per ſimilitudinem. qua enim bonum aliquod aut
ſimile: ea amici. nam quod voluptatem efficit: id eſt bonum quoddam ijs qui volu-
ptatem amant. non autem multum coniunguntur he: nec fiunt ydem amici propter
vtilitatē ac voluptatem. nō eni multū combinantur ea que ſunt ſecundum accidēs.
in has ſpecies amicitia diuiſa: inter malos erit/propter voluptatē vel propter cōmo
ditatē in hoc ſimiles exiſtentes/iter bonos autē ꝓpter ſeipſos. nā qua ſūt boni. ⁊ bo
ni quidē amici ſimpliciter: mali vero ſecūdū accidēs ⁊ ꝑ ſimilitudinē. Cap. V.
20 VT autē in virtutib⁹ alij ſecūdū habitū/alij ſecūdū actū boni dicūtur/ſic et
in amicitia alij in vſu cōmuni delectantur ⁊ beneficia conferunt/alij dor-
mientes ⁊ locis diſiuncti non agunt quidē: ſed ſeſe habent vt amice agere.
loca enim non diſſoluunt amicitiā ſimpliciter: ſed actionē. ꝙ ſi diuturni-
or ſit abſentia: obliuionē amicitie inducere videtur. vnde id natū eſt dictū: multas
1 amicitias ſilentiū dirimit. ¶ Nō videtur autē neqꝫ ſenes/neqꝫ difficiles/⁊ queru-
li ad amicitiā apti: quoniā parū in illis eſt. voluptatis. nemo autē poteſt illius fami
liaritate vti: qui moleſtiā afferat/neqꝫ illius qui nō ſit iucūdus. maxime autē vide-
22 tur natura moleſtiā fugere/⁊ id aſciſcere quod efficiat voluptatē. ¶ Qui autem ſeſe
mutuo recipiūt/nec tamē ſimul viuūt: ij beniuolis magis ſimiles ſunt ꝙ amicis. ni
chil eni tā eſt amicorū: ꝙ ſimul viuere. nā vtilitatē quidē egeni expetūt. at ſimul vi-
uere etiā beati. his eni minime cōuenit ſolis viuere. cōuerſari autē ſimul nō eſt: niſi
23 ſint iucūdi ⁊ tales qui eiſdē reb⁹ delectētur/quod ſodalitia habere videtur. ¶ Ma-
xime quidē eſt amicitia bonorū virorū vt iā ſepius dictū eſt. videtur autē amabile ⁊
expetibile: ſimpliciter bonū ⁊ iucundū. cuiqꝫ autē: quod ſibi eſt tale. bonus autē bo-
24 no propter hec vtraqꝫ ſimilis eſt. ¶ Amatio q̇dē affectui: amicitia vero habitui. nā
amatio nō minus ad res inanimatas eſt/in amore vero reſpōdetur cū electione. ele
ctio autē ab habitu eſt. ⁊ bona volūt ijs quos amāt illorū gratia/nō ſecūdū affectū:
ſꝫ ſecūdū habitū. ⁊ amātes amicū: id amāt quod ſibi eſt bonū. nā ſi bonus eſt amic⁹:
bonū eſt qua eſt amic⁹ vterqꝫ igit̃ amat ſibi bonū: ⁊ par reddit voluptati ⁊ iucūdi-
tati. dicit̃ eni equalitas amicitia. maxīe vero illi que eſt/bonorū hec exiſtūt. Cap. VI.
25 IN difficilibus autē ⁊ ſenib⁹ tāto minus fit amicitia: ꝙto difficiliores ſūt
⁊ min⁹ vſu ceterorū gaudēt. hec eni maxime videtur amicitiā cōtinere et
facere. quapropter iuuenes quidē cito amicitias cōtrahūt/at nō ſenes. nō
eni fiūt amici ijs q̇bus nō delectāt. ſimiliter nec ij qui ſūt difficiles/ſed ta-
les beniuoli q̇dē ſūt iter ſe. nā appetūt cōmoditates: ⁊ prōpti ſūt ad vtilitatē/amici
vero nō multū ſūt/quia nō familiaritate neqꝫ mutua cōuerſatione gaudēt: qđ maxi
26 me videtur amicitiā facere. ¶ Pluribus vero eſſe amicū ſecūdum perfectā amicitiā
nō datur/quemadmodū nec amare plures. ⁊ ſimul exceſſus quidē videtur/hoc autē
ad vnū fit. multos vero vni vehemēter placere nō facile eſt/ forte etiam nec bonum
eſſe. videtur ⁊ experimento accipere ⁊ conſuetudine fieri/quod ſumme difficile eſt.
27 ¶ Propter vtilitatem vero et voluptatem multis placere quis poteſt. multi enim

tales ⁊ breuis obſequium temporis. ¶ Horũ vero magis videtur amicitia que pro- 28
uenit ex voluptate: quando eadem ambobus fiunt ꝙ ſcilicet mutuo delectẽtur atqꝫ
eiſdem rebus. quales ſunt iuuenum amicitie. magis enim his ingenuitas eſt. Que
vero propter vtilitatem: negociatorum. Beati vero non indigent vtilitate ſed iucũ-
ditate. Volunt enim habere aliquos quorum vſu delectentur/ moleſtiam vero par-
uo ſuſtinent tempore. cõtinuo autem nemo ne bonum quidem tolleraret/ ſi ſibi mo-
leſtum eſſet. itaqꝫ amicos querunt iucundos. Oportet autem ⁊ bonos huiuſmodi
eſſe etiam ipſis. nam ſic illis aſſunt cuncta que adeſſe debent amicis. ¶ Sed in di- 29
gnitate conſtituti homines: bifariam videntur amicitijs vti. quidam enim illis vti-
les ſunt: quidam vero iucundi. vtrumqꝫ vero vt idem ſint perraro contingit. nam
neqꝫ iucundos per virtutem querunt nec vtiles ad honeſtatem: ſed iucundos qui-
dem ad voluptatem expetunt/ aſtutos vero ad negocia explicãda. hec autem raro fi-
unt in eodem. nam ſimul iucundum ⁊ vtilem diximus eſſe ſtudioſum. ſed ſuperex-
cellenti non fit talis amicus: niſi virtute ſupereminea t/ aliter vero nõ adequat pro-
portionem is qui inferior eſt/ nec frequenter conſueuerunt tales exiſtere. ¶ Sunt igi- 30
tur he amicitie (de quibus diximus) in paritate. Eadem enim fiunt ambobus/ et
inuicem volunt/ vel alterum pro altero commutant ceu voluptatem pro vtilitate.
ꝙ vero minus he ſunt amicitie ⁊ permanẽt: dictum eſt prius. Videtur autem pro-
pter ſimilitudinem ⁊ diſſimilitudinem eiuſdem: eſſe ac non eſſe amicitie. nam per
ſimilitudinẽ eius videntur amicitie que eſt ſecundum virtutem. nam ea quidẽ vo-
luptatem continet/ iſta vero vtilitatem. hec autem exiſtunt et illi. verum ſtabilitate
⁊ ſecuritate ꝙ he cito intereũt/ alijſqꝫ permultis differunt: non videntur amicitie
propter illius diſſimilitudinem. Cap. VII.

EST et alia ſpecies amicitie ſecundum maioritatem velut patri ad filium/ ⁊ 31
ſeniori ad iuniorem/ viroqꝫ ad vxorem/ ⁊ gubernatori omni ad eũ qui gu-
bernatur. ſed differunt he inter ſe. nam neqꝫ eadem eſt patri ad filium ⁊
filio ad patrem/ neqꝫ viro ad vxorem et vxori ad virum. Alia enim cuiqꝫ
iſtorum virtus et opus/ alia etiam propter que amant. alie ergo dilectiones ⁊ ami-
citie. Eadem igitur non fiunt vtriqꝫ ab altero/ nec certe queritur. ¶ Sed quotiens 32
filij parentibus illa tribuũt que oportet ⁊ parentes filijs: firma ⁊ equabilis eſt ami-
citia. ¶ Correſpondentem vero in omnibus que ſecũdum maioritatem ſunt amici- 33
tie: dilectionem eſſe oportet. veluti meliorem magis diligi ꝙ̃ diligere/ et vtiliorem
et aliorum quemqꝫ ſimiliter. Quando enim ſecundum dignitatem diligitur: tunc
fit quodam modo equalitas. quod porro amicitie videtur eſſe. ¶ Non ſimiliter equa- 34
le in amicitia et in iuſtitia ſe habere videtur. nam in iuſtis quidem primum eſt illud
equale quod eſt dignitate/ ſecundum vero illud quod eſt quantitate. in amicitia ve-
ro id quod eſt quantitate/ primo eſt loco: quod vero dignitate/ ſecũdo. patet autem:
ſi plurima diſtantia fiat virtutis/ aut vicij/ aut diuitiarum aut alterius rei. non enĩ
amplius ſunt amici/ nec dignum id putant. manifeſtiſſimum eſt in dijs id: quoniam
hi plurimum omnibus bonis excellunt. patet etiam in regibus. non enim illos/ di-
gnantur amicitia qui valde ſunt humiliores. neqꝫ optimus ⁊ ſapientiſſimus/ eos
qui nullius ſunt precij. ¶ In his ergo nullus prefixus eſt terminus quouſqꝫ amici. 35
Multis enim ablatis adhuc manet amicitia. ꝙ ſi magnus ſit exceſſus ceu deorum
ad homines: non amplius permanet. ¶ Unde dubitatur an interdum non optan- 36
da ſint amicis maxima bona: puta vt dij fiant quoniam non amplius eſſent amici.
neqꝫ ſimpliciter bona: nam amici quidem bona. ꝙ ſi recte dictum eſt amicũ amico
bona cupere illius gratia: manere oportet qualiſcũqꝫ is eſt. vt homini ergo maxima
bona optabit: ſed forte non omnia. nã ſibi ipſi quiſqꝫ maxima bona cupit. Cap. VIII.

VIdẽtur pleriqꝫ ꝑ ambitionẽ amari magis velle ꝙ̃ amare. ex quo fit vt mul- 37
ti adulatores amẽt. iferior enĩ amic⁹ eſt adulator/ vel fingit ꝗdẽ tale ꝗddã
⁊ magis amare ꝙ̃ amari. Amari vero ꝓxime videtur accedere ad honora-
tionẽ: qꝺ ſane pleriqꝫ appetũt. ¶ Nec honorẽ ꝑ ſe expetere vidẽtur ſꝫ ꝑ ac-
cidẽs. gaudẽt enĩ multi cũ ab ijs qui in poteſtatibus cõſtituti ſũt/ honorãtur: ſpe du- 38
cti ꝙ putãt ſi ꝗd opus ſit ab illis ĩpetraturos. vt igitur ſigno bone affectionis: gau-
dent honore. Qui vero a bonis viris et ſcientibus appetũt honorari: opinionem ſui

confirmare deſiderant. gaudent igitur ꝙ boni ſint credētes loquentiū iudicio/ amari
autē per ſeipſos gaudent. quapropter videretur vtiqꝫ potius eſſe ꝙ̄ honorari: ⁊ amici=
39 tia per ſeipſā eſſe expetenda. ¶ Videtur autem magis in exhibendo amorē ꝙ̄ in reci=
piendo conſiſtere. ſignū huius eſt ꝙ matres amare gaudent. quedam enim filios de=
derunt tollendos ⁊ amant ſcientes: amari vero non querunt ſi vtraqꝫ fieri nequeant.
ſed ſatis illis videtur ſi videant in proſperitate cōſtitutos ⁊ amant ipſe: licet illi nō
valeant matri que oportet tribuere propter ignorantiam. cū vero amicitia magis in
amando conſiſtat/ ⁊ amantes amicos laudemus: amicorum virtus videtur eſſe ama
40 re. ¶ Itaqꝫ in quibus hoc ita fit vt debet/ hi firmi ſunt amici ⁊ horū amicitia eſt. per
41 hunc modum inequales quoqꝫ maxime erunt amici: nam equari poſſunt. ⁊ equalitas
ac ſimilitudo amicitia. ¶ Et maxime quidem bonorum eſt ſimilitudo. ſtabiles enim
per ſeipſos exiſtentes inuicem manent. Et neqꝫ indigent improborū/ neqꝫ talia mi=
niſtrant: ſed (vt ita loquar) etiam prohibent. nam bonorum eſt neqꝫ ipſos deliquere:
42 neqꝫ amicos permittere ſibi miniſtros eſſe. ¶ Mali vero firmitatē non habent. neqꝫ
enī ſibypſis ſimiles perſeuerant/ ⁊ paruo tempore ſunt amici/ gaudentes mutua pra=
43 uitate. ¶ Sed qui ſunt vtiles ⁊ iucundi / magis durant. Quoad enī afferant inuicē
44 voluptates aut vtilitates. ¶ Ex cōtrarijs vero maxime videtur fieri ea amicitia que
eſt propter vtilitatem. vt pauper diuiti/ ⁊ indoctus ſapienti. cuius enim quiſqꝫ indi=
get/ id exoptans/ alud pro alio affert. ad hanc quis trahat amatorem et amatum/ tur=
pēqꝫ ⁊ pulchrum. quapropter amatores interdum ridiculi videntur/ dignum putan=
tes ſe amari/ quemadmodum ipſi alios amant. nā ſimiliter dignos fortaſſe exigendū
eſt ita amari. ꝙ ſi non ſint tales: ridiculū. forte vero neqꝫ appetunt contrariū contra=
rij per ſe: ſed per accidens. deſideriū autem medij eſt. Hoc enim bonū: puta ſicco non
fieri molle/ ſed ad mediū deuenire. ſimiliter ⁊ calido et alijs. Hec igitur relinquātur
quoniam alieniora ſunt. Cap. IX.

45 Videtur enī (vt ab initio diximus) circa eadē et in eiſdē eſſe amicitia et iuſtū.
in ōni enī ſocietate videtur aliquid eſſe iuſtū ⁊ amicitia. Itaqꝫ et eos qui ſi=
mul nauigāt/ et eos qui vna militāt / amicos vocant. Eodēqꝫ modo in a=
lijs ſocietatibꝰ quatenus cōmunicāt: catenꝰ eſt amicitia/ nā ⁊ iuſtū. ⁊ pro=
46 uerbiū: amicorū cōmunia/ recte. in cōmunione enī amicitia eſt. ¶ Sūt enī fratribꝰ ⁊
ſodalibꝰ cōmunia ōnia/ ceteris vero diuiſa: et alijs plura/ alijs pauciora. nā ⁊ amicitia=
rū alie plus alie minus. Differūt etiā iuſta. non enim eadē parentibus ad filios/ ⁊ fra
tribus ad fratres/ neqꝫ ſodalibus ⁊ ciuibus. eodēqꝫ modo in alijs amicitijs. Alia igi=
47 tur ſūt ⁊ iuſta ad ſingulos iſtorū. ¶ Et augmentū ſuſcipit vt magis ad amicos ſūt.
puta grauius eſt ſodali pecuniam auferre ꝙ̄ ciui/ ⁊ non ferre opem fratri ꝙ̄ extraneo/
⁊ pulſare patrem ꝙ̄ quemuis alium. incrementum ſimul capere videntur amicitiaqꝫ
48 ⁊ iuſtum: vt puta in eiſdem exiſtentia/ ⁊ equaliter procedentia. ¶ Omnes autem ciui
tates/ partibus ciuilis ſocietatis ſimiles eſſe videntur. cōgrediuntur enī in aliqua cō=
moditate: parantes aliquid eorum que ad vitam pertinent. ciuiliſqꝫ ſocietas com=
modi gratia iniri/ durareqꝫ videtur. Hoc enī ⁊ legūlatores coniectura ſequuntur/ et
iuſtū eſſe aiunt quod cōmuniter proſit. Alie igitur ſocietates particulare cōmodum
appetunt: vt naute quidē nauiganti ad parandas diuitias aut aliquid tale. Milites
vero bellandi: aut pecunie/ aut victorie/ aut capiende vrbis cupidi. eodē modo contri
bules ⁊ populares. ſunt ⁊ ſocietates quedā que voluptatis gratia inſtitute videntur:
vt in ijs qui Thyaſontes ⁊ Eraniſte vocantur. ee nāqꝫ ſacrificij ⁊ cetus cauſa fiunt. Thyaſontes.
49 ¶ Omnes autē huiuſmodi ciuili videntur ſubeſſe. non enī preſentē vtilitatē ciuilis Eraniſte.
querit: ſed ad totā vitam. ⁊ qui ſacra faciunt ⁊ illorum cauſa cetus inſtituunt: dijs ho
norē tribuunt/ ⁊ ſibijpſis requiem cum voluptate parant. vetuſta enī ſacra ⁊ cetus
poſt fructuū perceptionē ordinata videntur/ quaſi primitie quedā. plurimū enī per id
tēpus ocio indulgebāt. omnes igitur ſocietates: partes ciuilis eſſe videntur. ſequen=
tur vero tales amicitie: ſocietates huiuſmodi. Cap. X.

50 Dminiſtrādarū vero ciuitatū tres ſūt ſpecies/ totidē etiā exceſſus ⁊ quaſi la
bes ipſarū. Sunt autē he regū/ ⁊ optimorū ciuium poteſtas: tertiam a cēſu
cenſuram appellari conuenit/ quā pleriqꝫ popularē vocant. harū ōniū opti=

ma ē regni/deterrima vero popularis.trāſgreſſio autē regni tyrānis eſt. ¶ In vtraq; 51
eni vn⁹ gubernat:ſ; plurimū inter ſe differūt. Tyrān⁹ eni ꝓpriū querit cōmodū:rex
vero eorum qui ab eo reguntur. non enim eſt rex niſi per ſe ſufficiat/ ⁊ cunctis bonis
excellat. at qui talis eſt:nullius indiget.non ergo hic queret vtilitates proprias : ſed
eorum qui ab eo reguntur.qui vero non eſt talis:potitus rerum vtiq; potius eſſet ꝙ
rex. ¶ Tyrannis vero huic contraria eſt.proprium enim ſequitur commodum:⁊ in 52
hoc ꝙ deterrima ſit patet. nam peſſimum optimo contrarium eſt. Fit autem tranſ-
greſſio ex regno in tyrannidem. eſt enim tyrannis prauitas regni/prauus autem
rex:tyrannus efficitur. ¶ Ex optimatibus autē ad paucorum potentiam fit trāſgreſ- 53
ſio gubernatorum prauitate:qui rempublicam preter dignitatem gubernant. ⁊ cun-
cta aut plurima bona ad ſe trahunt ⁊ magiſtratus ſemper eiſdem ad diuitias cōpa-
rādas plurimū intendentes.ex quo fit vt pauci dominentur ⁊ mali pro bonis. ¶ Ex 54
his vero qui in cenſu habentur ad multitudinem fit tranſgreſſio.ſunt enim he finiti-
me.nam ⁊ cenſi multitudinis eſſe volunt:⁊ omnes in honore equales. ¶ Minime 55
autem praua eſt multitudinis gubernatio:quia parum admodum tranſgreditur gu-
bernande ciuitatis ſpeciem.mutātur igitur maxime per hunc modum reſpublice.nā
ſic paulatim ac facillime labuntur. ¶ Earum ſimilitudines ⁊ quaſi exempla in domi 56
bus quoq; licet intueri.nam patri ad filium ſocietas/regni inſtar habet. patri enim
cura eſt filiorum.hinc ⁊ Homerus Iouem patrem appellat. paternum enim impe-

homerus
perſe.

rium regnum eſſe vult:quanꝙ apud Parſas tyrannicum eſt/quoniam filijs perinde
vtuntur vt ſeruis. tyrannica vero eſt domini ad ſeruos.agitur enim in illa domini
vtilitas.Hec ergo recta videtur:Perſica vero erronea.nam ſunt diuerſorum diuer-
ſa imperia. Uiri autem ⁊ vxoris ſocietas ei ſpeciei ſimilis eſt:qua optimates guber
nant.pro dignitate enim vir preſidet/et in ijs que virum decent. que vero vxoris cō-
gruūt:hec illi tribuit.ꝙ ſi in omnibus rebus dominari velit vir:ad eā ſpeciem trāſ-
greditur que eſt paucorum potentia.preter dignitatem enim ſibi arrogat/et nō quia
melius eſt.interdum quoq; vxores ipſe preſident:quaſi rerum potite.non igitur per
virtutem preſtant/ſed per diuitias et potentiam. quemadmodum cum pauci rempu
blicam obtinent.Fratrum vero ſocietas ei ſimilis videtur/que eſt in cenſu poſitorū:
pares enim ſunt niſi quantum etatibus differunt. Itaq; ſi plurimum etatibus di-
ſtent:non amplius fraterna videtur amicitia. multitudinis vero gubernatio maxi-
me in ijs domibus conſpicitur:que ſine domino.ibi nāq; ōnes ex equo/⁊ in quibus
imbecillis eſt princeps/⁊ vnicuiq; licentia.

Cap.XI.

In vnaquaq; ſpecie rerum publicarum amicitia videtur:inquantum ⁊ iu- 57
ſtum.regis ad eos qui ab eo reguntur in maioritate beneficij.prodeſt enim
illis.ſi quidem bonus exiſtens eam habet curam:vt qui ab eo regūtur ꝙo-

homerus.
Agamēnon.

ptime habeant/vt paſtor ouium.vt Homerus paſtorem populorum vocat
Agamemnonem. ¶ Talis eſt paterna.differt autem magnitudine beneficiorum/cū 58
eſſendi cauſa permaxima videatur/nutriendiq; et erudiendi.⁊ progenitoribus hec
tribuuntur. natura enim imperium obtinent pater filiorum ⁊ progenitores de-
ſcendentium/⁊ rex eorum qui in regno ſunt. ſunt autem in maioritate amicitie
iſte : itaq; honorantur genitores. ¶ Et iuſtum igitur in ijs non illud idem :ſed ſecū- 59
dum dignitatem. nam ſic ⁊ amicitia. ¶ Et viri ad vxorem eadem amicitia:⁊ in ea 60
ſpecie que eſt optimatum. nam ſecundum virtutem : et meliori/plus boni ⁊ con
gruens ſingulis. ſic autem et iuſtum. ¶ Fratrum vero amicitia ſodalitie ſimilis 61
videtur/pares enim ⁊ coetanei. tales vero affectibus ⁊ motibus ſimiles ſunt vt
plurimum.ſimilis eſt huic ⁊ illa que eſt ſecundum cenſum.pares enim ciues eſſe vo
lunt/et inter ſe mites:in parte vero dominari et ex equo.ſic igitur et amicitia. ¶ In 62
tranſgreſſionibus autem quemadmodum et iuſtum:ſic et amicitia exigua eſt/ac mi-
nime in ea que eſt deterrima.in tyrannide enim nichil eſt amicitie aut parū. in qui-
bus enim nulla eſt ſocietas imperanti ⁊ parenti:nec amicitia eſt.neq; enim iuſtum/
ſed quale artifici ad organū et amicitie ad corpus/et domino ad ſeruū. iuuantur eni
hec ab ijs qui vtūtur.Amicitia vero nō eſt ad inanimata:neq; iuſtū.ſed neq; ad equū
vel bouē/neq; ad ſeruū:qua ſeruus eſt.nichil eni cōmune eſt.nam ſeruus animatum

eſt organum. Organum vero inanimatus eſt ſeruus. qua igitur ſeruus: non eſt ad illū
amicitia/ ſed qua homo. videtur enim eſſe quiddam iuſtum cuiq̄ʒ homini ad omnem
cum quo ſocietas eſſe poteſt legis/ ⁊ pactionis: ⁊ amicitia igitur inquantum homo.
63 Perparum vero in tyrannide amicitie: ⁊ iuſtum. ¶ In optimatibus plurimum. mul-
tarum enim rerum ſocietas eſt in ijs qui pares ſunt. Cap. XII.

64 IN ſocietate igitur omnis amicitia eſt vt diximus. diſtinguet vtiq̄ʒ aliquis
conſāguineā ⁊ ſodalitiam. ciuiles vero/ ⁊ contribules/ ⁊ connautice/ ⁊ hu-
iuſmodi ſociabiles videntur magis. veluti enī ꝑ conuentionē quandā eſſe
65 videntur. inter has quis collocet et hoſpitalitiā. ¶ Conſanguinea autē vi-
detur varia/ totaq̄ʒ a paterna pendere. parētes enī amāt natos quaſi ſuū quiddā ex-
iſtentes/ nati vero parentes vt ab illis quiddā exiſtētes. magis autē ſciūt genitores
que ex ipſis: ꝙ genita quia ab his. ⁊ magis cōiūgitur id a quo illi quod genitū eſt ꝙ
id quod gignitur ei qui fecit. id enim quod ex ipſo: proximū eſt ei a quo. vt dēs/ ⁊ cri-
nes/ et quoduis ei quod continet. illorū vero nulli a quo vel minus. Magnitudine q̄ʒ
tēporis. nā hi ſtatim genitos amāt: illi vero poſt tēpus cū genitorū ſcientiā vel ſen-
ſum perceperint. Ex his etiā patet cur matres amāt magis. parētes enī natos amāt
vt ſeipſos. qui enim ex his ſunt/ veluti alteri ipſi ſunt ſeparati. nati vero parentes: vt
66 ab illis orti. ¶ Fratres vero ſe mutuo amant: qm̄ ab eiſdē nati ſūt. idētitas enī ad il-
los: idē inuicē facit. itaq̄ʒ aiunt cūdē ſāguinē/ eandē ſtirpē ⁊ talia quedā. ſunt igitur
q̄dā modo idē licet diuiſi. Magnū preterea eſt ad amicitiā/ educatio et etas. equales
enī equalē/ ⁊ familiares ⁊ ſodales. quapropter fraterna amicitia ſodalitie ſimilis eſt/
nepotes vero ⁊ alij cognati ex iſtis cōiungūtur/ quoniā ab eiſdē ſunt. ſūt alij autē ma-
67 gis cōiūcti/ alij minus: vt proximi vel remoti ſūt a ſtirpe. ¶ Eſt autē ad parētes ami-
citia natis ⁊ hominibus ad deos vt ad optimos et maioritate preſtātes. maxime enī
68 hi beneficia cōtulerūt: cū eſſēdi/ educādiq̄ʒ cauſa fuerit/ natoſq̄ʒ erudiēdi. ¶ Talis au-
tē amicitia voluptatē ⁊ vtilitatē magis cōtinet ꝙ extraneorū: ꝙto in ipſis vita ſoci-
abilior. eſt autē in fraterna quēadmodū in ſodalitia/ ⁊ magis in humanis ac penitus
ſimilibus: ꝙto cōiunctiores genere exiſtētes ſe mutuo diligūt/ ⁊ ꝙto magis ſimiles
moribus ſūt/ qui ex eiſdē orti/ ac eadē educatiōe/ diſciplinaq̄ʒ inſtituti. ⁊ tēporis pro-
batio/ plurima atq̄ʒ firmiſſima. eodē modo in ceteris cognatis/ ſunt ea que amicitiā
69 faciūt. ¶ Uiro autē et vxori amicitia videtur ſecūdū naturā exiſtere. homo enim na-
tura eſt cōiugale magis ꝙ ciuile: ꝙto prius ac magis neceſſariū eſt domus ꝙ ciuitas
⁊ ꝓcreatio filiorū cōmunis animalibus. alijs igitur intantū ſocietas eſt. hoīes autē
nō ſolū ꝓcreationis cauſa coeūt: ſed eorū quoq̄ʒ gratia que pertinēt ad vitā. cōfeſtim
enī diſtinguētur opa/ ⁊ alia ſūt viri/ alia mulieris. ſufficiūt igitur inuicē/ ꝓprias res
in cōmuni ponētes. quare et vtilitas ⁊ voluptas in hac amicitia verſari videtur. erit
70 etiā ꝑ virtutē ſi boni ſint. eſt enī vtriuſq̄ʒ virtꝰ. ⁊ gaudebūt vtiq̄ʒ ſimili. ¶ Filij vero
nexus quidā eſſe videtur. itaq̄ʒ ij qui ſine liberis ſunt: facilius diſſoluūtur. filij vero
ambobus idē ſunt bonū: continent autē ſocietatē. quēadmodū vero ſe habere debet
vir erga vxorem ⁊ omnino amicus erga amicum: nichil aliud videtur querēdum ni-
ſi quomodo iuſtū. nō enim videtur idem iuſtum amico ad amicum/ neq̄ʒ ad extraneū
⁊ familiarem ⁊ condiſcipulū. Cap. XIII.

71 CUm ergo triplex ſit amicitia vt ab initio dictū eſt/ et ī alia ſint amici pares
et in alia ſcđm excellētiā. nam et ſimiliter boni fiūt amici/ ⁊ melior peiori.
eodēq̄ʒ modo et iucūdi ⁊ ꝓpter vtilitatē/ adequātes cōmoditatibꝰ ⁊ diffe-
rētes. pares quidē ſecūdū paritatē oportet et in amore ⁊ in ceteris adequa-
re: ipares vero ſecundū rationē excellētijs cōcedere. Fiūt igitur incuſationes ⁊ que-
rele in ea amicitia que eſt vtilitatis gratia cōtracta/ vel ſola vel maxime ⁊ merito q̄dē:
nā ⁊ qui per virtutē amici ſunt: benefacere mutuo ꝓperāt. hoc enī virtutis eſt et ami
citie. ad hec autē certati tēdētibus: nulle exiſtūt querele neq̄ʒ rixe. nā aduerſus amā-
tē ⁊ beneficia cōferētē/ nemo cōqueritur. ſed ſi ſit gratus: beneficijs reſpōdet. qui ve-
ro in dādo ⁊ beneficia cōferēdo exuperat: cum id aſſequatur quod cupit non ſuccen
72 ſebit amico. nā vterq̄ʒ bonū appetit. ¶ Nec etiam nimium in ijs que propter volupta
tē: cum ſimul ambobus id proueniat quod optabant. ſiquidem mutua conuerſatione
gaudēt. etenim ridiculum eſſet ſi quis queꝙ incuſaret/ ꝙ ſibi iucūdus nō ſit cū liceat

illo nō vti. ¶At illa que propter vtilitatē eſt:querelis ſubiacet.cū eni ſe mutuo pro- 73
pter vtilitatē vtātur:ſemper plus querūt/ ⁊ minus ꝙ decet ſe habere exiſtimāt/et q̄-
runtur ꝙ non tanta reportēt ꝙta deberēt pro ſua dignitate.amici vero non ſufficiūt
ad tā multa conferēda. Videtur autē vt duplex eſt iuſtum aliud ſine ſcripto aliud le-
gibus:ſic ⁊ ea amicitia que eſt propter vtilitatē/partim moralis eſſe/parti legitima.
fiunt autē incuſationes tunc maxime/cū nō per eādē cōmutant ⁊ diſſoluūtur.eſt au-
tē legitima in dictis partim omnino forēſis de manu in manū/partim liberalior ad
tēpus:ſed per pactionē q̄d pro quo. eſt autē in hac manifeſtū quid debeatur/nec am-
biguū.ſed amicabilē habet dilationē.quapropter quibuſdā horū nō ſunt iudicia:ſed
putant oportere contētos eſſe qui ſecūdū fidē cōtraxerūt.moralis vero non eſt in di-
ctis:ſed vt amico donat vel quid aliud facit/dignū putat/ vt ipſe tātū aut plus ab il-
lo cōſequatur quaſi nō donauerit ſꝫ cōmodauerit.nec ſimiliter cōmutās ⁊ diſſoluēs
incuſat.idqꝫ ex eo accidit ꝙ vel omnis vel magna pars volūt quidē honeſta:ſed an- 74
teponūt vtilia. ⁊ honeſtū eſt benefacere nulla ſpe recipiēdi:vtile vero bene accipere.
¶Ei q̄ poteſt/reddēda ſūt que accipit ſcd̄m dignitatē:idqꝫ ſpōte agēdū.inuitū autē
amicū nō faciēdū:quaſi errauerit in principio ⁊ beneficiū acceperit a quo nō oporte-
bat.nō eni ab amico neqꝫ ob hoc ipſū/id agēte. Vt igit̄ in dictis beneficio accepto
diſſoluēdū eſt/ ⁊ quaſi cōuenerit reddere ſi poterit:ſi nō poterit nō eſſe cogēdū.itaqꝫ
reddēdū eſt ſi habeat facultatē. Cōſiderandū eſt ab initio a quo q̄s accipit et cui⁹ gra
tia:vt ſic vel ſuſcipiat vel non. ¶Habet autē dubitationē vtrū accipientis vtilitate 75
metiri debeat beneficiū et iuxta illā rependi/an iuxta illius qui cōtulit. Qui eni ca-
piūt attenuātes quidē illa/talia ſe accipere dicūt que parua erant ijs qui contulerāt/
et licebat ab alijs accipere.illi vero vice verſa maxima eorū que penes ſe erāt/ ⁊ que
ab alijs cōſequi nō poterāt ⁊ in periculis atqꝫ huiuſmodi neceſſitatib⁹. ¶An igitur 76
cū vtilitatis cauſa ſit amicitia:eius q̄ accepit vtilitas mēſura eſt:hic eſt eni qui indi-
get ⁊ ſatis eſt vt tantūdē ferat.tantū igitur beneficiū fuit/ꝙtū iſte accepit vtilitatis
⁊ reddēdū eſt igitur tātū quātū ipſe accepit:aut etiā plus.id eni honeſtius eſt. ¶In 77
ea vero que eſt per virtutē incuſationes nō ſūt.mēſura autē videtur conferentis ele-
ctio.virtutis enim ⁊ moris in electione vis eſt. Cap.XIIII.

DIfferunt autē in ijs amicitijs que ſūt ſecūdū excellētiā.vterqꝫ eni dignū pu- 78
tat vt ipſe plus habeat.quādo autē id fit:diſſoluitur amicitia.nā qui meli-
or eſt/putat oportere vt plus habeat.bono eni plus eſſe tribuēdū.eodē mo-
do ⁊ vtilior.eū eni qui inutilis ſit:equū habere non cēſet.famulatū quidem
eſſe nō amicitiā:ſi non pro dignitate operū erūt illa que ſunt in amicitia. putāt eni
quēadmodū in pecuniarū ſocietate plus capiūt ij q̄ plura cōtulerūt:ſic oportere i ami
citia. Inops vero ⁊ imbecillis contra.amici eni eſſe boni/ſubuenire egētibus.nā q̄d
prodeſt (inquiūt)ſtudioſo vel potēti eſſe amicū:ſi nichil ſim cōſecuturus? ¶Videtur 79
autē recte vterqꝫ putare/⁊ oportere vtriqꝫ plus tribuere ex amicitia:ſed nō ex eadem
re/ſed excellenti plus honoris/inopi vero plus cōmodi. Virtutis eni ⁊ beneficij pre-
miū eſt honor:indigentie vero auxiliū/eſt lucrū. Sic autem ſe id habere ⁊ in rebus
publicis patet.non eni honoratur qui nichil boni ciuitati facit.publica eni tribuūtur
ei qui publice bn̄fecit. Honor autē publicū quid eſt.non eni eſt ex republica ſimul lu-
crū ⁊ honorē ſuſcipere.nā in ōnib⁹ min⁹ habere nemo ſuſtinet. Qui ergo in pecunijs
minus reportat:ei honorē tribuūt. ⁊ qui munera nō capit:ei pecunias.qđ eni fit ſecū-
dū dignitatē:equat ⁊ ſeruat amicitiā vt dictū eſt. Sic igitur ⁊ illis qui ipares ſūt cō-
ſiderādū eſt.et ei qui pecunias ad vtilitatē facit/aut ad virtutē:honor eſt tribuendus
reddēdo id qđ poteſt.nā amicitia poſſibilitatē req̄rit nō ſecūdū extimationē.neqꝫ eſt
in omnibus vt in honoribus deorū ⁊ parentū. Nullus eni pro dignitate vnꝙ retri-
buere poteſt.ſed qui pro facultate id agit:bonus eſſe videtur. ¶Quapropter videre- 80
tur vtiqꝫ non licere filio patrem abdicare/ſed patri filiū.debitū eni reddendū eſt. ſed
qui fecit/nichil dignū rebus fecit:itaqꝫ ſemper eſt debitor.quibus autē debetur/po-
teſtas eſt dimittēdi ⁊ patri igitur.ſimul autē fortaſſe nullus videbitur deſtitiſſe:niſi
excellenti prauitate.nā ⁊ ſine naturali amicitia:humanū eſt/auxiliū nō negare.hinc
autem fugiendū eſt aut non ſtudendum prauo auxilium ferre.nam bene accipere mul-
ti volunt/facere autem fugiunt vt inutile.de his igitur eatenus dictum ſit.

1 IN cunctis autē diſſimiliū ſpecierum amicitiis:proportio adequat/
ſeruatq; amicitiā vt dictū eſt.quēadmodum ⁊ in ciuili:ſutori ꝓ cal
ceamentis/textoriq; et reliquis repenſio fit ſecundū extimationē.ad
hoc igitur repertus eſt numus cōmunis mēſura/ad quē oia referun
tur et quo oia extimātur.in amatoria vero interdū amator q̄ritur ꝙ
ipſe ſupra modū amans nō amatur:nichil hn̄s fortaſſe qd amore ſit
dignū.Sepe etiā is qui amat:ꝙ ille ab initio multa pollicitus ni-
chil perficiat.Eueniāt autē hec cū alter propter voluptatem amat amatū/alter ꝓpter
vtilitatē diligit amatorē/atq; ea nō exiſtunt ābobus.nā cum ꝓpter hec ſit inter eos
amicitia:quando illa nō aſſunt quoꝝ gr̄a ſe amabant diſſoluitur.nō eni ſeipſos ama-
bant:ſed illa que aderant.ea vero ſtabilia nō erant.itaq; et huiuſmodi amicitie ſtabi-
litatē non habēt:ſed que moraliū eſt ꝑ ſe exiſtens/durat vt diximus.oritur etiā inter
eos indignatio:quādo alia fiunt ac nō illa que ipſi optabant.perinde eſt enim ac ſi ni-
chil fiat/quādo nō potiuntur optatis.vt is qui ꝯducto citharedo pollicitus eſt/⁊ q̄to
melius caneret tanto maiora.poſtridie ꝓmiſſa poſcenti:pro voluptate voluptatē red
didiſſe inquit.Si igitur vterq; hoc voluiſſet ſatis id eſſet.ſin vero hic demulceri vo-
luit/ille pecuniā capere/et alter habet qd voluit/et alter nō habet:non bene ſe habet
quantū attinet ad ſocietatē.quorū eni indigens eſt/illis intendit ⁊ huius gr̄a hec da-
2 bit.¶Sed vtrū dātis eſt an accipientis extimationē ponere?nā qui primo dat videt
illi ꝑmittere.qd aiunt et Protagorā ſeruaſſe.cū eni docuerat:extimare diſcipulos iu Protagoras
bebat/q̄ti ſibi viderētur illa q̄ ab eo didiciſſent/tantūq; accipiebat.in talibꝰ vero q̄-
buſdam ſatis eſt illud:merces autē viro:ſed qui pecunias acceperūt prius/ac deinde
nichil eorū que ꝓmiſerant efficiunt ꝓpter magnitudinē ꝓmiſſorum:merito aduerſus
eos querele ſunt.nō eni adimplent ꝓmiſſa.hoc fortaſſe facere ꝯpellūtur ſophiſte:quo-
niam nemo dat pecunias pro iis q̄ ſciunt.hi ergo pro quibꝰ rebus pecunias acceperūt
3 eas res nō adimplentes merito culpātur.¶Sed in quibꝰ nō fit ꝯuentio operis/q̄ ꝓ-
pter ſeipſos exhibent:ſine q̄rela ſunt.talis enim eſt illa que ꝑ virtutē fit/amicitia.re
muneratioq; faciēda eſt ſecundū electionē.hec eni amici atq; virtutis.eodē modo vi-
detur faciendū philoſophie p̄ceptoribus.nō eni numis ea res extimatur/nec p̄cium
equiualens reperitur.ſed forte ſatis eſt quēadmodū erga deos ⁊ erga parētes:quantū
quis poteſt exhibere.nō tali aūt exiſtēte datione ſed in aliquo maxie forte oportet red-
ditionē fieri/que videatur vtriq; eſſe ſecundū dignitatē.Q: ſi id cōuenire nō poteſt:
nō ſolum neceſſariū ſed etiā iuſtū videbitur eum qui p̄ceperit ſtatuere.quantū eni hic
vtilitatis ſuſcepit/vel pro quanto voluptatē ſuſcepiſſet:tantū is qui cōtulit/ab eo con
ſequetur extimationē.nā ⁊ in rebus venalibus ſic fieri ꝯſtat.⁊ quibuſdā in locis ſūt
leges:volūtariorum ꝯtractuum iudicia nō eſſe.quaſi cōuenit cuius fidē ſecutus quis
ſit:cū eo ita agere vt ab initio cōtraxit.cui eni permiſſū eſt:hūc videtur iuſtius p̄cium
ſtatuere q̄ eū qui permiſit.pleraq; eni nō eque extimant qui habent ⁊ qui volunt acci
pere.ſua eni quiſq; ⁊ que dat:pluris extimat.ſed tamen repēſio fit in his quantū ſta-
tuunt ij qui acceperunt.Oportet forſan nō tanti facere quanti videtur poſſidenti:ſed
quanti faciebat priuſq̄ poſſideret. Cap.II.

4 SEd habēt iſtā dubitationē veluti vtrū oporteat oia tribuere patri ⁊ in oibus
parere illi an in morbis quidē medico credendū eſt/⁊ ducē eligendū rei mi-
litaris peritiſſimū.ſimiliter amico magis/an ſtudioſo inſeruiendū/⁊ bene-
factori magis tribuendū/an amico dandū ſi vtriq; nō poſſit.An vero talia
omnia determinare nō facile.multas eni ac varias habent differentias ⁊ magnitu-
5 dine ⁊ paruitate/⁊ honeſto/⁊ neceſſario.¶Sed ꝙ nō oia eidem tribuēda ſunt/nō eſt
obſcurū.⁊ reddendū beneficiū vt plurimū magis q̄ amico ꝯferendū eſt.Ceu mutuū
magis cui debeas reddendū eſt q̄ amico dandū.ſed id fortaſſe non ſemꝑ.Ut ecce re-
demptus a p̄donibus:vtrum eū qui redemit vice verſa redimere ipſe debet quicunq;
is ſit vel etiā nō capto repetēti reddere/vel patrē redimere?Ut igitur dictū eſt:vni-
uerſaliter debitū eſt reddendū.ꝙ ſi datio ſuperexcedat honeſtate vel neceſſitate/ad illa
6 declinandū eſt.¶Interdū eni nō eſt equū/bn̄ficiū retribuere.vt ſi quis ſtudioſo ſciēs
benefecerit/ipſe autē cui remuneratio ſit faciēda:malus exiſtimatur ab eo qui accepit.

Neqꝫ eni mutuanti interdū verſa vice mutuandū eſt. Nā ille quidē certa ſpe ductus
ſe ſuum cū velit ꝯſecuturū. mutuauit bono viro. Hic autē nō ſeparat a malo conſequi
poſſe. ſiue igitur re vera ſic eſt/ nō par eſt extimatio: ſiue nō eſt ita ſed putant/ indigne
facere nō videbitur. ¶ Ut igr̄ ſepius iā diximus/ ſermones qui circa affectus ⁊ actus 7
verſantur: determinationē habent ſimilē iis rebus de quib⁹ ſunt. Q: igitur nō eadē
oībus ſint retribuēda/ neqꝫ patri ōnia/ quēadmodū nec Joui ōnia dātur ſacra: mani-
feſtum eſt. Cū vero alia parētibus/ ⁊ fratribus/ ⁊ amicis/ et iis qui benefici in nos fue
re/ ſingulis videlicet ꝓpria ⁊ cōuenientia tribuenda ſint: ſic ⁊ facere vidētur. Nā ad
nuptias quidē vocāt cognatos. his eni cōmune eſt genus. itaqꝫ ⁊ actus qui circa ge-
nus verſantur. In funeribus quoqꝫ maxime omniū putant cognatos adeſſe oportere:
propter hoc idē. ¶ Uideri quoqꝫ poteſt parētib⁹ maxime alimēta eſſe miniſtrāda: q̄ſi 8
id debeatur ⁊ cū cauſa eſſendi ſint: honeſtius eſſe illis circa alimenta ſubuenire ꝙ̄ no-
biſipſis/ et honorē illis quēadmodū diis impēdere. Nō tamē omnibus parētibus. nō
enim idē honor patri ⁊ matri/ neqꝫ idē ſapientis ⁊ imperatoris ſed paternus ⁊ mat-
nus. ⁊ ſeniori omni ſecundū etatē tribuēdus aſſurgendo ⁊ inclinando et hmōi. Ad ſo
dales autē ⁊ fratres: fiduciā/ et omniū rerum ſocietatē. Cognatis vero et gētilibus ⁊
ciuibus ac reliquis omnibus: ſemꝑ conādū eſt debitū tribuere/ ac diſcernere q̇d cuiqꝫ
cōueniat ſcđm dignitatē ⁊ vſum. ſed de cognatis facile eſt iudiciū/ de extraneis vero
difficilius. nō tamē ob id deſiſtendū eſt ſed vt fieri poteſt ita determinādū. Cap. III.

EST etiā ambiguitas circa diſſoluēdas amicitias vel nō: cū iis qui non ꝑma-
nent. vtrū cū iis qui vtilitatis aut voluptatis cauſa erāt amici/ quando hec 9
amplius nō afferūt: nichil diſſoluatur. Illorū eni erant amici/ quib⁹ deficiē
tibus merito amare deſiſtūt. Incuſandus eſt aūt is qui cum ob vtilitatē aut
voluptate amicus ſit: ob mores ſe amare ſimulat. qđ autē ab initio diximus/ multe cō
tentiones exiſtūt in amicis: cū nō quēadmodū putant ita ſunt amici. cū igr̄ quis ſeip-
ſum decipit credēs mores amari: nichil tale ipſo agēte ſeipſū accuſare debet. Si vero
alterius ſimulatione decipit̄: iuſtū eſt eū accuſare qui ſimulabat. et magis ꝙ̄ eos q̄ nu
mos falſificant: quāto circa nobiliorē rem adhibita eſt fraus. ¶ Q: ſi amicū q̇s ſuſce- 10
perit vt bonū/ fuit aūt malus ⁊ id appareat: vtrū amplius ſit amandus/ vel id quidē
nō eſt poſſibile? Siquidē nō omne/ amabile eſt/ ſed bonū. nec amādus eſt malus ami
cus. nā malos amare nō ꝯuenit: neqꝫ ſimilē eſſe malis. dictū eſt aūt ſimile ſimili ami
cū eſſe. ¶ An ergo ſtatim diſſoluēda eſt amicitia vel nō. cū omnibus: ſed cū illis q̄ ſunt
incurabiles ꝓpter prauitatē? Nā qui corrigi poſſunt: eis magis ferendū eſt auxilium 11
in moribus ꝙ̄ in diuitiis/ ꝙ̄to id honeſtius ⁊ amicitie magis ꝓpriū. videretur aūt is
qui diſſolueret nichil abſurdū facere. nō eni tali amicus erit. alienatū igr̄ cū ſeruare
nō poſſit: dimittit. ¶ Sin vero is quidē ꝑmanet/ hic autē melior fiat ac multū virtu- 12
te tranſcendat: an vt amico vti debet vel nō cōuenit? In magna ſane diſtantia/ maxi
me fit manifeſtū ceu in amicitiis puerorū. nā ſi alter permaneat mēte puer/ alter in vi
rū euadat optimū: quomō eſſent amici cū neqꝫ delectantur eiſdē reb⁹/ nec eiſdē gau-
deant ⁊ doleant? nō eni circa ſeipſos hec exiſtent eis. ſine iſtis vero nō erat eſſe ami-
cos. viuere eni ſimul nō eſt poſſibile. diximus vero de his. ¶ An igitur nō alienius ſe
habendū eſt circa illū ꝙ̄ ſi nunꝙ̄ fuiſſet amicus? vel oportet p̄terite familiaritatis me- 13
moriā ſeruare? ⁊ quēadmodū amicis potius ꝙ̄ extraneis putamus gratificādū: ſic iis
qui fuerunt amici/ aliquid tribuendum eſt ꝓpter precedentē amicitiā/ quando nō pro-
pter exceſſum prauitatis fit diſſolutio. Cap. IIII.

AMabilia quidē ad amicos/ ⁊ quibus amicitia diffinitur: ex iis q̄ circa ſeip- 14
ſos quis facit ꝓceſſiſſe videntur. poſuerant enim amicū eē illū qui vult bo-
na ⁊ facit/ vel ea que videntur bona illius cauſa: vel eū qui vult eſſe ⁊ viue
re amicū illius gratia. vt accidit matribus erga filios/ vt ii amici qui non
ſunt infenſi hi vero eū: qui familiari vſu verſatur et eadē optet/ ⁊ qui vna gaudeat at-
qꝫ doleat. maxime aūt hoc ⁊ in matribus cōtingit: horū vero aliquo ⁊ amicitiā diffi-
niunt. ſed erga ſeipſū vnūquodqꝫ horū bono viro exiſtit. reliquis vero ſecundū ꝙ ta-
les exiſtimant eſſe. ¶ Uidetur autē (vt dictū eſt) menſura vnicuiqꝫ: virtus ⁊ ſtudioſ⁹ 15
eſſe. hic eni ſibiipſi cōſentaneus eſt/ ⁊ eadē cupit ſecundū totū animū. vt vult ergo ſibi
bona ⁊ apparentia ⁊ agit. Boni enim eſt bono ſtudere ipſius cauſa. intellectiui enim

gratia/qꝺ vnuſquiſq; eſſe videt̃. viuere vult ⁊ ſeipſū ſeruare/ac maxīe illud ꝑ qꝺ ſapit.
bonū eſt eni ſtudioſo eē. Unuquiſq; autē vult bona ſibi eſſe. factus aūt alius nemo ex=
petit cuncta habere id qꝺ fit. Habet eni ⁊ nunc deus bonū aliud quicq̄: tamen id eſt.
videtur aūt quiſq; eſſe id quod intelligit/ vel maxime. talis vero ſecū eſſe vult/ liben=
ter enim id agit. nā ⁊ p̄teritoꝝ recordatio iucūda eſt/ ⁊ futuroꝝ ſpes optima. hec ve
ro pariunt voluptatē/ ⁊ ꝯtemplationibus mente abundat/ ⁊ vna ſecū maxime dolet
et letatur. ſemper eni eſt idē iucundū ⁊ moleſtū nec alias aliud. ſine penitudine enim
16 eſt vt ita dicā. ¶ Ad ſeipſū igitur ſingula hoꝝ exiſtere bonū ⁊ humanū/ad amicū ita
ſe habere vt ad ſeipſū. eſt eni amicus alter ipſe. ⁊ amicitia hoꝝ quiddā eſſe videtur/ ⁊
amici quibus hec exiſtūt. Utrū autē ad ſeipſū ſit amicitia vel nō / relinquatur ad p̄=
ſens. Uidebitur vtriq; ita eſſe amicitia vt eſt duo vel plura ex p̄dictis/ ⁊ quia excellen
17 tia amoris illi ſilis eſt que eſt erga ſeipſū. ¶ Sed vidētur p̄dicta: multis exiſtere q̄uis
ſint praui An ergo qua placent ſibiipſis/et exiſtimāt ſe bonos viros: ea ꝑticipes ſunt
hoꝝ? Nā eoꝝ qui nimis ſunt praui atq; ſceleſti hec exiſtunt nemini: quinetiā nec vi=
dentur. Fere autē nec prauis. nā diſſident ſecū ipſi/ et alia cupiunt/ alia volunt. Ceu
incōtinentes qui iis que ſibi bona videntur: voluptuaria anteponūt cū ſint damnoſa.
Alii rurſus ꝓpter ſocordiā ⁊ pigriciā/illa q̄ optima ſibi putant agere omittūt. Qui
vero multa ⁊ grauia cōmiſerunt et ꝓpter iꝓbitatē odio habētur: vitā fugiunt ⁊ ſe=
ipſos interimunt. Queruntq; iꝓbi alios cū quibus verſentur/ſeipſos vero fugiūt.
Nā in mentē venit multoꝝ et nefarioꝝ. et alia huiuſmodi ſi ſecū ipſi ſint: facere cu=
piūt. ſed ſi cū aliis ſint: obliuiſcūtur. Cūq; nichil habeant qꝺ amari mereatur/ nullo
amore erga ſeipſos afficiūtur: neq; igitur ſecū ipſi congaudent/neq; condolēt. Eſt eni
in ſeditione eoꝝ animus/cū interdū ꝓpter iꝓbitatem doleat ſi quibuſdā ſe abſtine=
at: interdū vero letetur. et modo huc mō illuc rapiatur. ꝙ ſi nō p̄ot vna dolere ⁊ leta
ri: ac certe pauloposſt dolet ꝙ letatus fuerit/ nec eas voluptates vellet accepiſſe. nā pe
nitudine iꝓbi abundant. Nō videtur iꝓbus ne erga ſe quidē ipſū amanter habere
propterea quia nichil eſt in illis quod amabile ſit. ꝙ ſi ita ſe habere valde eſt miſerū:
fugienda eſt iꝓbitas/et adnitendū ad ꝓbitatē. Si eni et erga ſeipſū amanter habe
bit: et aliis amicus eſſe poterit.

Cap. V.

18 BEniuolentia vero amicitie ſimilis eſt/nō tamen eſt amicitia. nā beniuolētia
19 eſt etiā erga ignotos ⁊ latens. amicitia vero nō: vt prius diximus. ¶ Sed
neq; amor eſt. nō eni habet intentionē neq; deſideriū. at amorē iſta ſequun
tur. ⁊ amor ex conſuetudine fit/ beniuolentia vero repente: quod euenit cir=
ca pugiles. nā beniuoli fiunt illis et cū illis vna volunt/ tn̄ nichil pro illis facerēt. vt
20 eni diximꝰ/ repente fiunt beniuoli ⁊ leuiter curant. ¶ Uidetur igr̃ principiū eſſe ami
citie quēadmodū ⁊ amoris/ ea voluptas q̄ fit per aſpectū. aſpectui eni nō indulgens
nemo amat / ſed qui aſpectu gaudet nichilo magis amat: ſed quando abſentes deſide=
rat et prudētiā affectat. Sic igr̃ ⁊ amicos eſſe nō datur/ niſi beniuoli fuerint: ſed beni=
uoli quidē nichilo magis amant. Uerū bona volunt illis ſolū quibus beniuoli ſunt:
21 ſed pro illis nullū ſuſciperent negociū. ¶ Itaq; per tranſlationē diceret quis illā eſſe
initiū amicitie: inueteratā vero ⁊ in conſuetudinē procedentē fieri amicitiā. nō illā
que propter vtilitatē neq; illā que propter voluptatē. nō eni in his fit beniuolentia.
nā qui beneficiū acceperit: ꝓ hoc beniuolentiā retribuit iuſte faciēs. qui vero vult ali
quem/ proſperitatē habere ſpe alicuius cōmodi ab illo conſequendi: nō videt̃ erga illū
eſſe beniuolus/ſed magis erga ſeipſū. vt etiā nec amicus ſi illū obſeruet propter quan
dam vtilitatē. ōnino autē beniuolentia fit ex virtute ac ꝓbitate: quando q̇s honeſtus
aut fortis/ aut quid tale appareat/ vt de pugilibus diximus.

Cap. VI.

22 COncordia quoq; amabile videtur/ quapropter nō eſt coopinatio. hec eniꝫ et
23 ignorātibus exiſtere poteſt. ¶ Nec qui eiuſdē ſententie ſunt/ cōcordes dici=
24 mus. ceu eos qui de celeſtibus idē ſentiunt. Non enim pertinet ad amicitiā
talis conſenſio. ¶ Uerum ciuitates cōcordes dicimus: quando circa publi=
cas vtilitates idē volunt/ ⁊ eligunt atq; agunt ea que publice decreta ſunt. In rebus
igitur agendis concordant/ ⁊ earū in iis q̄ ſunt in magnitudine/ ⁊ que poſſunt vtriq;
exiſtere aut omnibus veluti ciuitatibus/ quando omnibus videtur magiſtratus eſſe
eligendos/ aut ſocietatem iucundā eſſe cum Lacedemoniis: aut magiſtratum gerere Lacedemonii

Pittacus Pittacū quādo ⁊ ipſe volebat. ¶ Cū vero vterqꝫ idē vult (vt qui in Pheniſſis) ſedi= 25
tionem habēt. nō eſt eni concordes eſſe/ idē ſentire vtrūqꝫ quicquid tandē id ſit: ſed id
quod eſt in ipſo. ceu cum populus ⁊ boni viri: optimates gerere rēpublicā volūt. Sic
enim oibus fit id quod optabant. ¶ Uidetur autē concordia ciuilis amicitia vt dicit̄. 26
nā circa cōmoda verſatur/ ⁊ circa illa q̄ pertinent ad vitā. ¶ Eſt vero talis concordia 27
in bonis viris. Hi enim ⁊ ſecū ipſi cōcordant: ⁊ inter ſe ⁊ in eiſdem (vt ita dicā) exiſtē
Euripus tes. Talium eni ſtabiles ſunt volūtates/ nec in alterutrū fluunt quēadmodū Euripus
voluntqꝫ illa que iuſta ſunt et vtilia/ hec illi publice expetunt. ¶ Improbi vero cōcor 28
des eſſe nō poſſunt niſi perparū/ quēadmodū nec amici: plus habere cupientes in iis
que ſunt vtilia/ minus aūt in laboribus ⁊ oneribus. cūqꝫ ſibi quiſqꝫ velit iſta habere:
ꝓximos ꝑſcrutatur/ ⁊ prohibet. quibꝰ neglectis reſpublica euertit̄. ꝯtingit ergo illis
diſcordibꝰ eſſe/ mutuo ſeſe vrgētibus ⁊ iuſta facere recuſantibus. Cap. VII.
QUi beneficia ꝯtulere: videntur magis diligere eos quibus collata ſunt/ q̄ 29
illi qui acceperunt eos qui fecere. ⁊ quaſi abſurdū ſit: eius ratio q̄ritur. Ple=
riſqꝫ illa videtur cauſa ꝙ hi quidē debent/ illis vero debetur. Ut igit̄ in mu
tuo qui pecuniā debent cupiunt nō extare illos quibꝰ debent/ quibus vero
debetur ꝗ ſoliciti de ſalute debitorū ſunt: ſic qui beneficia cōtulerūt volunt extare il
los in quos benefici fuere vt ſic grates cōſequātur/ illis vero nulla eſt cura reddendi.
Epicharmus Epicharmus igitur forte inquiet hoc ipſos dicere ex malo contēplatos. ſed videtur id
humanū. ingrati eni q̄ plurimi ſunt/ ⁊ magis bene ſuſcipere q̄ bñfacere appetūt. ſed
naturalior illa cauſa eſt nec ſimilis illi que de mutuantibꝰ dicit̄. nō enim eſt dilectio
circa illos/ ſed voluntas ſalutis gr̄a cōſequende. ſed qui beneficia contulerunt amant
et diligunt eos qui acceperunt/ etſi in nulla re vtiles ſint neqꝫ in poſterū futuri: quod
et in artificibꝰ euenit. oēs eni magis amāt ꝓpriū opus q̄ ab opere (ſi animatū eēt)
ipſi amarent̄: ac maxime id fortaſſe in poetis ꝯtingit. hi enim pluſq̄ diligūt poemata
ſua ⁊ quaſi filios amore ꝯplectunt̄. tale quiddā videtur eorū qui beneficia cōtulere: qḋ
eni bene accipit opus eſt ipſorū/ id igitur amāt magis q̄ opus authorē. Huius aūt cau
ſa eſt ꝙ eſſe cunctis expetibile eſt atqꝫ amabile. Sumus autē actu: viuendo eni ⁊ ope
rando. actu igit̄ author operis eſt quodā modo/ opus itaqꝫ amat quoniā et eſſe. Id au=
tem eſt naturale. quod eni eſt potentia: id actu opus oſtendit. Preterea cōtuliſſe bñfi=
cium pulchrū eſt/ itaqꝫ in eo gaudet is qui cōtulit: ſuſcepiſſe vero nō eſt pulchrū l agē
do ſed vtile. hoc aūt minus iucundū eſt minuſqꝫ amabile. Jucunda vero eſt p̄ſentis
quidem operatio: futuri autē ſpes/ facti vero memoria. Jucundiſſimū autē ſimul ⁊ ama=
bile quod eſt in actu. illi igit̄ qui fecit/ permanet opus. nā honeſtas diuturna eſt. at illi
qui accepit: vtilitas tranſit. ⁊ memoria honeſtorū iucūda/ vtiliū vero nō nimis vel mi
nus. expectatio aūt cōtra videt̄ habere. et amare quidē actioni ſimilis eſt/ amari vero
paſſioni. qui igit̄ ſuperant̄ in re agenda: eos ſequitur ⁊ amare et amabilia. Preterea
que cū labore fiunt: ea magis diligunt oēs. ceu diuitias hi qui lucrati ſunt: magis q̄
hi qui acceperunt. At videt̄ bene ſuſcipere quidē: eſſe abſqꝫ labore/ benefacere autē la=
borioſū. ob hoc ⁊ matres filios magis amant. nā laborioſior eſt partus ⁊ magis ſciūt
eſſe ſuos: hoc ⁊ iis qui beneficiū contulerūt euenire videtur. Cap. VIII.
ESt autē queſtio vtrū quis ſeipſum amare debet maxime/ an aliū quendam. 30
increpant eni qui ſeipſos maxime amant/ et quaſi turpe ſit: amatores ſui ap=
pellant. Uideturqꝫ improbus/ ſui cauſa facere omnia: ⁊ quāto improbior ſit/ tan
to magis incuſant. ergo ipſuz ꝙ nichil ab ſe agat. Bonus autē vir ꝓpter ho
neſtatē: ⁊ quanto melior tanto magis ꝓpter honeſtatē ⁊ amici gr̄a/ ſua vero negligit.
Ab huiuſmodi verbis opera diſcordant nō imerito. aiunt maxime amare oportere eū
qui maxime ſit amicus. Ille vero maxime eſt amicus qui maxime vult bona alicui il=
lius gr̄a: etſi nullus ſciat. ad hec ſūt maxime ſibi ad ſeipſū: ⁊ reliqua igitur ōnia q̄bꝰ
diffinitur amicus. dictū eſt autē ꝙ ab ipſo cuncta amabilia ⁊ ad alios extendit. his qꝫ
ꝓuerbia omnia conſentiunt: veluti vna anima/ ⁊ amicorū oia eſſe cōmunia/ ⁊ equali=
tas amicitia/ ⁊ genu cruri proximū. hec autē omnia ad ſepſū maxime exiſtūt. maxime
enim ſibypſi quiſqꝫ amicus eſt. et ſeipſum igitur amare maxime oportet. dubitat̄ aūt
merito quibus oportet credere cū vtriqꝫ habeant ſuaſionē. ¶ Forte igitur huiuſmodi 31

ſermones diſtinguendi ſunt ac determinãdi quaten⁹ cõtinent veritatẽ. ſi ergo diſtin=
32 gueimus queadmodũ amatorẽ ſui vtriq̃ʒ accipiunt: forte id erit manifeſtũ. ¶ Alij igiẽ
in reprehenſionẽ ducentes: ſui amatores illos vocant / qui ſibyipſis plus retribuũt in
pecuniis / et honoribus / et voluptatibus. hec eni cõplures affectant / atqʒ illis vt opti=
mis õni ſtudio incũbunt. quapropter in certamen illa veniũt. qui igẽ in illis plus ha
bere pergunt: cupiditatibus ⁊ affectibus ⁊ ei parti anime que rõne caret / õnino inſer
uiunt. tales autẽ ſunt ꝙ plurimi. itaqʒ appellatio orta eſt ab eo qđ frequenter fit ⁊ eſt
malũ. iuſte igitur tales culpãtur. ꝙ vero ſibyipſis talia tribuentes amatores ſui cõſue
uerunt vulgo appellari: manifeſtũ eſt. nã ſi quis ſtudeat ſemper recta facere ipſe maxi
me omniũ aut modeſta / aut alia quecũqʒ a virtute pficiſcentia / ⁊ ſemp honeſtũ pro ſe
magis vſurpet: nemo hũc culpabit neqʒ vituperabit. ¶ At videbiẽ is magis ſui ama=
33 tor: qui pulcherrima et maxima bona ſibiipſi tribuit / ⁊ inſeruit principaliſſimo ſui / et
in omnibus illi acquieſcit. vt autẽ ciuitas principaliſſimũ maxime videtur eſſe / ⁊ cete
ri omnes cõuentus: ſic et homo. ⁊ amator ſui maxime pfecto eſt / qui illud amat / illiqʒ
inſeruit. et cõtinens porro ⁊ incontinens diciẽ in ↄtinendo mentẽ vel nõ ↄtinendo:
quaſi hoc ſit vnuſquiſqʒ. ac egiſſe videnẽ ipſi ⁊ voluntarie q̃ cũ ratione maxie. ꝙ igiẽ
34 hoc maxime eſt vnuſq̃ſqʒ / et ꝙ bonus vir maxime hoc amat: nõ eſt obſcurũ. ¶ Qua=
propter amator ſui maxime in alia ſpecie eſſet / ꝙ in illa q̃ reprehendiẽ. tantũqʒ differ=
ret ꝙtũ differt viuere ſecundũ rationẽ vel ſecundũ perturbationẽ / et cupere qđ hone=
ſtum eſt vel quod videaẽ pdeſſe. eos igiẽ qui circa preclaras res egregie ſtudent: õnes
35 recipiunt ⁊ laudant. ¶ Oibus vero ad honeſtatẽ ⁊ ad res pclaras tendẽtibus: cõmu
niter quidẽ oibus vtiqʒ aderunt ea q̃ oportuna ſunt. ſingulariter aũt vnicuiqʒ maxie
bona. ſiquidẽ talis virtus eſt. quare bonũ quidẽ oportet ſui eſſe amatorẽ: nã et ſibi p=
derit agendo honeſta ⁊ aliis vtilitates afferet. at malũ nõ oportet. nã nocebit et ſibi
et proximis: prauas ſequendo cupiditates. Improbi igitur diſſident illa que agere opor=
tet / et q̃ agit. At bonus que oportet hec agit. Omnis eni mens eligit optimũ ſibi / bo=
nus autẽ menti paret. Verũ eſt autẽ id de ſtudioſo ⁊ amicorũ gratia ipſũ multa face=
re: etſi opus ſit p patria mortẽ ſubire. Abuciet eni ⁊ pecunias et honores et omnino
omnia quib⁹ hões inter ſe cõcertant / vt honeſtatẽ aſſequatur. magiſqʒ volet breui tẽ
pore letari vehementer ꝙ lõgo leuiter / ⁊ honeſte vitã agere per vnũ annũ ꝙ multis
annis vtcũqʒ cõtingat: ac rem vnã honeſtã et magnã ꝙ multas et paruas. obeũtib⁹
autẽ mortẽ id forte euenit. eligũt pfecto rem magnã et preclarã ſibi ⁊ pecunias abii=
cient in quo plura capiant amici. aderũt eni amico quidẽ pecunie / ſibi autẽ honeſtas.
maius vero bonũ ſibiipſi attribuit. ⁊ circa honores ⁊ magiſtratus eodẽ modo. hec eni
omnia amico cõcedet. nã id ipſi honeſtũ et laudabile. merito itaqʒ videtur ſtudioſus
eſſe oibus pferens honeſtatẽ / quinetiã in rebus agendis quandoqʒ amicũ pferet ſibi.
Eritqʒ pulchrius ꝙ ſi ipſemet agat: amico cauſã agendi fuiſſe. in cunctis igẽ lauda=
bilibus ſtudioſus videtur ſibiipſi plus honeſti tribuere. ſic igitur cõuenit ipſum ama=
torẽ eſſe ſui vt dictũ eſt. ſed vt vulgo dicitur: nõ licet. Cap. IX.
36 Dubitatur etiã vtrũ beatus indigeat amicis vel nõ. Nichil amicis opus eẽ
aiunt beatis ⁊ ſufficiẽtibus ſibiipſis. adeſſe eni ſibi bona quecũqʒ ſibi ſuffi=
ciant. nullo pterea indigere. amicũ vero quaſi alterũ ſe ea afferre q̃ per ſeipʒ
nõ põt. itaqʒ cũ de⁹ abũdc ſibi dederit: quid opus eſt amicis? ſed videẽ ab=
ſurdũ cũ oia beato tribuantur / amicos nõ tribuere: quod maximũ videtur externorũ
bonorũ. ſiue amici eſt bene potius facere ꝙ ſuſcipere / ⁊ eſt boni viri ac virtutis alios
iuuare / ⁊ honeſtius eſt benefacere amicis ꝙ alienis: indigebit ſtudioſus quibus bñfa
cere poſſit. Unde illa oritur q̃ſtio vtrũ in rebus pſperis vel aduerſis magis opus ſit
amicis: vtpote indigentibus auxilio qui aduerſis premũtur / ⁊ in pſperitate cõſtitu=
tis quib⁹ conferre bñficia poſſint. ſed ẽ fortaſſe abſurdũ eũ qui ſolus ſit / beatũ dicere.
Nemo eni eligeret cuncta bona poſſidere / ſecundũ ſeipſũ. nã ciuile animal eſt homo /
cũ aliis viuere natũ. beato certe hoc exiſtit. nã habet bona nature. patet aũt ꝙ cũ ami
cis ⁊ bonis viris potius viuere volet / ꝙ cũ extraneis ⁊ q̃buſcũqʒ. beato igẽ opus eſt
37 amicis. quid ergo dicunt primi: vel quaten⁹ veritatẽ loquũtur? ¶ An ꝙ multitudo
eos putat amicos qui vtiles ſint? his autẽ beat⁹ nequaꝙ indiget cũ ſibi aſſint bona.
nec certe iis qui pper iucũditatẽ ſunt amici vel admodũ parũ. cũ eni eis vita iucũda

ſit:nichil indiget externa voluptate.nõ indigens autē talibus amicis:nõ videť ami=
cis idigere/at id nõ eſt verũ. ¶ Nã dictũ eſt ab initio ꝙ felicitas eſt operatio quedã. 38
operatio vero fit vt patet/ac nõ exiſtit quaſi quedã poſſeſſio.ꝙ ſi felicē eſſe eſt in viuē=
do ⁊ operando:boni autē operatio per ſeipſã ſtudioſa eſt ⁊ iucũda vt ab initio diximꝰ/
eſt aũt ⁊ ꝓpriũ delectabiliũ.contēplari autē ꝓximos valemus/magiſꝙ̃ nos ipſos ⁊
illorũ actus ꝙ̃ noſtros.actus vero ſtudioſorũ qui amici ſunt:iucũdi ſunt bonis.vtriqꝫ
enim habent ea q̃ ſunt iucũda natura. Beatus ꝑfecto talibus amicis indigebit/ſiqdē
contēplari eliget actus iucũdos ⁊ ꝓprios.tales ſunt autē actus boni viri amici.cen=
ſent vero oportere iucunde viuere beatũ.at in ſolitudine moleſta eſt vita.nõ enim fa=
cile ſecundũ ſeipſũ ꝯtinuo operari:cũ aliis vero ⁊ ad alios facile.erit igť operatio ma
gis continua/iucũda exiſtens per ſeipſã/quod oportet beato adeſſe.ſtudioſus eni qua
ſtudioſus eſt:actibꝰ gaudet qui a v̕tute ꝓficiſcũtur.qui vero a vicio:eos grauiter fert.
quēadmodũ muſicus eleganti cantu letatur/abſurdo autē offendiť.⁊ eſt ſane virtutis
Theognis exercitatio quedam:conuerſari cũ bonis vt Theognis inquit. Naturalius autē conſi=
derantibus apparet ſtudioſũ amicũ:ei qui ſtudioſus ſit natura eſſe expetendũ.nã dictũ
eſt ꝙ natura bonũ ſtudioſo:per ſeipſũ bonũ eſt ac iucundũ. Uiuere autē diffiniũt ani=
malibus quidē potentia ſenſus/hoibus vero ſenſus vel intellectus. potentia vero ad
operationē refertur.ſed principale in operatione eſt.videť aũt viuere principaliter eē
ſentire vel intelligere. Uiuere aũt per ſeipſũ bonũ eſt ac iucundũ.determinatũ enim.
determinatũ vero boni nature.quod autē natura bonũ eſt:id ⁊ bono viro.quapropter
videtur oibus eſſe iucundũ.nec vero accipere oportet prauã vitã/nec corruptã/neqꝫ
in doloribus poſitã.nã ea indeterminata eſt vt et illa que ſibi inſunt:ſed in ſequentibꝰ
circa dolores erit manifeſtius.ꝙ ſi idē viuere ⁊ bonũ ⁊ iucundũ:conſtat ⁊ ex eo quia
ões illud appetunt ⁊ maxime boni viri atqꝫ beati.his eni vita maxime appetenda
eſt/⁊ horũ beatiſſima vita.videns autē ꝙ videt:ſentit.⁊ audiēs:ꝙ audit.⁊ ambulãs
ꝙ ambulat.⁊ in aliis ſimiliter eſt aliquid quod ſentit qꝛ operamur. Sentimꝰ vero qꝛ
ſentimus/et intelligimus qꝛ intelligimus.hoc autē quod ſentimus aut intelligimus:
quia ſumus.nã tale erat ſentire ⁊ intelligere.ſentire aũt ſe viuere:per ſeipſũ iucundũ
eſt.nã natura bonũ eſt vita.ſentire vero ꝙ ſibi bonũ aſſit:iucundũ eſt.expetēdũ eſt au
tem viuere ⁊ maxime bonis.qꝛ eſſe illis bonũ eſt et iucundũ.ſentientes eni bonũ per
ſeipſum letãtur. Ut autē ſtudioſus erga ſeipſũ habet:ita ⁊ erga amicũ.nã amicus eſt
alter ipſe.vt igiť eſſe ſe/iucundũ eſt cuiqꝫ:ſic et amicũ aut ꝓpe.eſſe autē erat expeten=
dũ propter ſenſum ſui boni exiſtentis.talis vero ſenſus per ſeipſũ iucũdus eſt.cõſenti
re igitur oportet ⁊ amicũ:qꝛ ſit.hoc autē in vſu ac ſocietate verboꝝ ⁊ voluntatis.nam
ſic dicũtur hoies ſimul viuere:nõ quēadmodũ in pecudibus ſi ſimul paſcanť.ergo ſi
beato expetendũ eſt viuere per ſeipſũ:bonũ natura exiſtens ⁊ iucundũ.amici autē ꝓ=
ximum eſt/⁊ amicus certe expetendoꝝ eſſet.qđ autē eſt ſibi expetendũ/id oportet illi
exiſtere/vel hac deficiēs erit.idigebit ergo q̃ felix futurꝰ ſit/ſtudioſis amicis. Cap.X

cum his mala pati/ ⁊ infortunatum eſſe plurimū. Ita autē viuentem nullus vtiqꝫ fe
licitabit: niſi poſitionem cuſtodiat. Et de his q̄dem igitur ſatis. ſufficienter enim in εγκυκλιον
Encyclijs dictū eſt de ipſis. Tertia autem eſt contēplatiua de qua perſcrutationē in Quod ſtimores de Corona.
ſequentibus faciemus. ¶ Pecunioſus autem violētus quis eſt. Et diuitie nō ſunt qḋ
21 queritur bonū. vtiles enī ſunt/ ⁊ alterius gratia. Ideoqꝫ magis que priora dicta ſūt:
fines aliquis vtiqꝫ exiſtimabit. propter ſe enim diliguntur. videntur autem neqꝫ il-
la: quis multi ſermones ad hoc compoſiti ſint. hec autem relinquātur.

Cap. VI.

Quod autē vniuerſale: melius eſt forte perſcrutari/ ⁊ querere qualiter dicit̄.
22 et ſi obuia tali queſtioue facta: propter amicos viros introducere ideas. Vi
debitur autē vtiqꝫ melius eſſe/ forſitan ⁊ oportere: ⁊ pro ſalute veritatis et
familiaria deſtruere ſpecialiterqꝫ philoſophos exiſtentes. Ambobus enī ex-
23 iſtentibus amicis: ſanctum eſt prehonorare veritatem. ¶ Ferentes autem opinionē
hanc: non faciebant ideas/ in quibus prius ⁊ poſterius dicebāt: propter quod neqꝫ nu
merorū ideā cōſtituebāt. Bonū autē dicitur et in eo quod quid eſt/ et in quali/ ⁊ in ad
aliquid. quod autem eſt ſecundum ſeipſum et ſubſtantia: prius natura eo eſt/ quod ad
aliquid. propagini enim hec aſſimilantur/ et accidenti entis. quare neqꝫ vtiqꝫ erit cō
munis quedam in his idea. Amplius autem quia bonū equaliter dicitur enti. etenī
in eo quod quid eſt dicitur: vtputa deus/ et intellectus. et in quali/ virtutes. et in quā-
to/ menſuratum. et in ad aliquid/ vtile. ⁊ in tempore tēpus. et in loco/ dicta / ⁊ alterā
talia: manifeſtū vtiqꝫ ꝙ nō erit cōmune bonū quid vniuerſaliter ⁊ vnū. nō enī vtiqꝫ
diceretur in omnibus predicamentis. ſed in vno ſolo. Amplius autē quia eorū que ſe-
cundū vnā ideā/ vna eſt et ſcientia: ⁊ bonorū omniū eſſet vtiqꝫ vna quedam ſcientia.

nunc autẽ ſunt multe/et eorũ queſub vno ſunt predicamẽto. vtputa tẽporis.in bello
quidem enim militaris.in egritudine autem medicinalis.in laboribus vero exerci-
tatiua. Queret autẽ et vtiqꝫ aliquis q̇d ꝛ volũt dicere per ſe vnũquodqꝫ:ſi et in per
ſe homine et in homine vna et eadem eſt ratio que hominis. ſecundum enim ꝙ homo
nichil different. ſi autẽ ſic:neqꝫ ſecundũ ꝙ bonum. Sed neqꝫ quidẽ perpetuum eſſe:
magis erit bonũ. ſicut neqꝫ album magis/quod diuturnius eſt:eo quod vnius diei.
Pythagorici Probabilius autẽ videntur Pythagorici dicere de ipſo:ponẽtes in bonorũ coordina-
Pſeuſippus tione vnum. quos vtiqꝫ/ꝛ Pſeuſippus ſequi videtur. ſed de his quidẽ aliꝰ ſit ſermo.
His autẽ que dicta ſunt/dubitatioqꝫ quedam ſubapparet:propter nõ de omni bono ſer
mones dici/ꝛ fieri. dici autem ſecundũ vnam ſpeciem:que ſecundum ſeipſa proſecu-
ta ſunt/ꝛ dilecta. Factiua autẽ horum vel cõſeruatiua aliqualiter/vel cõtrariorũ pro-
hibitiua/propter hec dici/et ſecundũ modũ alium. Manifeſtum igitur quoniã dupli
citer dicetur vtiqꝫ bonum. ꝛ hec quidem ſecundum ſeipſa:vtraqꝫ autem propter hec.
Diuidentes igitur ab vtilibus que ſecundum ſeipſa:intueamur ſi dicuntur ſecũdũ
vnam ideam. Secundum ſeipſa autem qualia ponet quis vtiqꝫ:vel quecunqꝫ ꝛ ſoli-
taria proſequũtur. vtputa ſcire/ꝛ videre/ꝛ voluptates quedam ꝛ honores. hec enim
etſi propter aliud q̇dem proſequimur:tamẽ ſecũdũ ſe bonorum ponet vtiqꝫ aliq̇s. vel
neqꝫ aliquid aliud preter ideam. Quare inanis erit idea. Si autem ꝛ hec ſunt eorum
que ſecũdũ ſeipſa bona:boni ipſius rationẽ in oibus ipſis eãdem apparere oportebit.
queadmodum in niue/ꝛ ceruſa:eam que albedinis. Honoris autẽ/et prudentie/et vo-
luptatis:alie/ꝛ differentes ſunt rationes ſecundum ꝙ bona. non igitur eſt bonũ cõ-
mune quid ſecundũ vnam ideã. Sed qualiter vtiqꝫ dicuntur? nõ enim aſſimilantur
a caſu equiuocis:ſed certe ei quod eſt ab vno eſſe/vel ad vnũ omnia cõtẽdere/vel ma
gis ſecundũ analogiam. ſicut enĩ in corpore viſus:in anima intellectus/ꝛ aliud vtiqꝫ
in alio. Sed forte hoc quidem relinquendum eſt nunc. certificare enim de ipſis:alteriꝰ
vtiqꝫ philoſophie erit magis proprium. ſimiliter autem ꝛ de idea. ſi enim ꝛ eſt vnum
quiddã cõmuniter predicatũ bonum/vel ſeparabile quid ſecundũ ſeipſum:manifeſtũ
ꝙ non vtiqꝫ erit operatũ/neqꝫ poſſeſſũ homini. Nunc autem tale aliquid queritur.
Forte autẽ alicui videbitur vtiqꝫ melius eſſe cognoſcere ipſum ad poſſeſſa/ꝛ operata
bonorũ: velut enĩ exemplũ hoc habentes/magis ſciemus ꝛ que nobis ſunt bona:ꝛ ſi
ſciamus/adipiſcemur ipſa. ¶ Probabilitatẽ quidẽ igitur quandã habet ſermo:vide- 24
tur autem ſcientijs diſſonare. Omnes enĩ bonum quoddam appetentes/et quo indi-
gent inquirentes:derelinquunt cognitionem ipſius. Quis auxilium tale omnes arti-
fices ignorare/et neqꝫ inquirere:non eſt bene rationabile. inutile autem. ꝛ quid iuua
bitur textor/vel faber ad ſuam artem:ſciens ipſũ bonũ? vel qualiter magis medicus
vel magis miles erit:qui ideam ipſam contẽplatus eſt? Videtur quidẽ enĩ neqꝫ ſani-
tatem ita intendere medicus:ſed eã que hominis. magis autẽ forte eã que huius ho-
minis. ſecundum vnũquẽqꝫ enim medicatur. Et de his quidem igitur intantum di-
ctum ſit.

Cap. VII.

Rurſum autem redeamus ad queſitum bonũ:quid vtiqꝫ ſit. videtur q̇dem 25
aliud I alia operatione ꝛ arte. aliud enim in medicinali/ꝛ militari/ꝛ reliq̇s
ſimiliter. Quid igitur vniuicuiqꝫ bonũ? an gratia cuius reliqua operata ſũt?
hoc autem in medicinali quidem ſanitas/in militari vero victoria/in edifi-
catiua autem domꝰ/in alio vero aliud. in omni autem operatione/et electione finis.
huiꝰ enim gratia:reliqua operantur omnes. ¶ Quare ſi quis operatorum omniũ eſt 26
finis:hic vtiqꝫ erit operatũ bonum. ſi vero plura:hec. tranſcendẽs vtiqꝫ ſermo ad hoc
ipſũ peruenit. Hoc autem adhuc magis explanare tentãdum. ¶ Quoniam autẽ plu- 27
res videntur fines:horũ autem eligimus quoſdam propter alterũ. vtputa diuitias/fi-
ſtulas/et omnino organa. manifeſtum igitur quoniam nõ ſũt õnes perfecti. ¶ Opti- 28
mus autem perfectꝰ quis videtur. Quapropter ſi quidem eſt vnũ aliquod ſolũ perfe-
ctum:hoc vtiqꝫ erit quod queritur. ſi vero plura:perfectiſſimũ horum. ¶ Perfectius 29
autem dicimus quod ſecũdũ ſeipſũ eſt perſequibile:eo quod propter alterũ. ꝛ qđ nũꝙ
propter aliud eligibile:his(que propter ſeipſa/ꝛ propter aliud) eligibilibus. ꝛ ſimpli-
citer vtiqꝫ perfectũ quod ſecundum ſeipſum eligibile ſemꝑ/ꝛ nũꝙ propter aliud. Ta
leitaqꝫ felicitas maxime eſſe videtur. hanc enim eligimus ſemper propter ſeipſam/

⁊ nunq̄ propter aliud. Honorem vero ⁊ voluptatem/⁊ intellectum/⁊ omnem virtu
tem eligimus quidem/⁊ propter ſeipſa. nullo enim aduenientе eligeremus vnūquodq̄
ipſorū. eligimus autem ⁊ felicitatis gratia: per hec ſuſpicantes felices fore. felicitatē
autem null⁹ eligit horū gratia: nec omnino propter aliud. Videtur autē et ex per ſe
ſufficientia idem accidere. perfectum enim bonū per ſe ſufficiens eſſe videtur. per ſe
ſufficiens autem dicimus non ipſi ſibi viuenti vitam ſolitariam: ſed ⁊ parentibus/⁊
filijs/⁊ vxori/⁊ vniuerſaliter amicis/⁊ ciuib⁹: quia natura ciuile/homo. Horū autē
aſſumendus terminus quis. extendenti enim ad parentes/⁊ propinquos/⁊ amicos
amicorum: in infinitum procedit. ſed de hoc quidem rurſus perſcrutandū. Per ſe ſuf-
ficiens autē ponimus/quod ſolitariam: ſufficientem/et eligibilem facit vitam/⁊ nul-
30 lo indigentem. tale autem exiſtimam⁹ felicitatem eſſe. ❡ Amplius autem omnium
maxime eligibilem non connumeratam/connumerata autem manifeſtum quoniam
eligibilior cum minimo bonorum. ſuperabundantia enim bonorum fit/quod appoſi-
tum eſt. bonorum autem maius: eligibilius eſt ſemper. Perfectum vtiq̄ quid/ vide-
31 tur ⁊ per ſe ſufficiens felicitas: operatorum exiſtens finis. ❡ Sed forte felicitatē qui-
dem ⁊ optimum dicere/confeſſum quid videtur. Deſideratur autem manifeſtius q̄d
eſt adhuc dici. forte vtiq̄ fiet hoc/ſi ſumatur opus hominis. Quemadmodum enim
tibicini/⁊ ſtatuifici/⁊ omni artifici/⁊ omnino quorum eſt opus aliquod/⁊ actus/in
opere videtur bonum eſſe/⁊ bene: ita videtur vtiq̄ ⁊ homini. ſiquidem eſt opus ali-
quod ipſi. Vtrum igitur textoris quidē et coriarij ſunt opera quedam ⁊ actus: homi-
nis vero nullum eſt/ſed ocioſum naturaliter eſt? Vel quemadmodum oculi/⁊ manus/
⁊ pedis/⁊ omnino vniuſcuiuſq̄ particularum videtur aliquod opus: ita ⁊ hominis
32 preter hec omnia/ponet vtiq̄ aliquis opus aliquod. ❡ Quid igitur hoc vtiq̄ ſit in-
quam? Viuere enim cōmune videtur ⁊ plantis: queritur autem proprium. ſeparan-
33 dum ergo nutritiuam ⁊ augmentatiuam vitam. ❡ Sequens autem ſenſitiua quedā
34 vtiq̄ erit. Videtur autem ⁊ hec cōmunis: ⁊ equo/⁊ boui/⁊ omni animali. ❡ Relin
quitur vtiq̄ operatiua quedam rationem habētis. huius autem/hoc quidem vt bene
perſuaſibile ratione: hoc vero vt habens/⁊ intelligens. Dupliciter autem et hac di-
cta: eam que ſecundum rationem ponendum. in principalius enim videtur hec dici.
ſi autem eſt: opus hominis anime operatio ſecundum rationem/vel nō ſine ratione.
35 ❡ Idem autem dicimus opus eſſe genere/huius ⁊ huius ſtudioſi. quēadmodum ci-
thariſte/⁊ ſtudioſi cithariſte/⁊ ſimpliciter vtiq̄ hoc in omnibus/appoſita ſecundum
virtutem abundantia ad opus. citharizare enim/cithariſte: ſtudioſi autem bene. ſi au
tem ſic/hominis autem ponimus vitam quandam: hanc autem anime operationem/
⁊ actum cum ratione. ſtudioſi autē viri/bene huius ⁊ optime. Vnūquodq̄ autem:
36 bene ſecundum propriam virtutem perficitur. ❡ Si autem hoc: humanum bonū ani-
me operatio ſit ſecundum virtutem. ſi autem plures virtutes: ſecūdum perfectiſſimā
⁊ optimam. Amplius autem in vita perfecta. Vna enim hirundo ver non facit/nec
vna dies. Ita vtiq̄ neq̄ beatum/⁊ felicem: vna dies/neq̄ paucum tempus. circū-
37 ſcribatur quidem igitur bonum ita. ❡ Oportet enim forte figuraliter dicere primū:
deinde poſterius reſcribere. Videbitur autem vtiq̄ hominis eſſe perducere/⁊ parti-
culatim diſponere: que bene habentia in circūſcriptione. Et tempus talium inuētor
⁊ cooperator bonus eſſe. Vnde ⁊ artium facta ſunt additamenta. Omnis enim eſt
apponere quod deficit. Meminiſſe autē ⁊ predictorum oportet/et certitudinem non
in omnibus ſimiliter exquirere. ſed in ſingulis ſecundū ſubiectā materiā/et intantū
inquātū propriū eſt doctrine. Etenim tector/et geometra differēter q̄dē inq̄rūt rectam:
hic q̄dē enī inquātū vtilis eſt ad op⁹/hic autē q̄d eſt: vel quale q̄d eſt. ſpeculator enī
eſt veri. Secūdū eundē itaq̄ modū et in alijs eſt faciēdū: vt nō que extra opera/operi-
bus plura fiāt. Nō expetēdū autē neq̄ cauſā in oībus ſimiliter: ſed (ſufficiēs in qui-
buſdā hoc) quia demonſtrari bene. vtputa circa principia. hoc autē: quia primū et pri
cipiū. Principiorū autē: hec q̄dē inductione cōtēplata ſunt/hec vero ſenſu/hec autem
conſuetudine quadam/et alia autem et aliter. Pertranſire autem tentandum ſingu-
la ſecūdū quod innata ſunt: et ſtudendū qualiter terminentur bene. magnū enim ha-
bent auxiliū ad ſequētia. Videtur enim plus q̄ dimidiū totius eſſe pricipiū: et mul-
ta manifeſta fieri per ipſum/eorum que queruntur. Cap. VIII.

Scrutandũ ergo de ipſo non ſolũ ex concluſione et ex quib⁹ ſermo:ſed et ex 38
dictis de ipſo. Uero quidem enĩ omnia conſonant exiſtentia. falſo aũt cito
diſſonat verũ. ¶ Diuiſis itaqꝫ bonis tripliciter/et his quidem exterius di 39
ctis/his autẽ circa animã et corp⁹:circa aiaꝫ pꝛīcipaliſſime dicim⁹/et maxie
bona. Act⁹ aũt et operatiões aiales:circa animã ponim⁹. Quare bñ vtiqꝫ diceꝛ ſecũ-
dũ hanc opinionẽ antiquã exiſtentem:et confeſſam a philoſophis. Recte autẽ:et quo-
niam act⁹ quidem dicũtur et operationes finis. ita enim et eoꝛum que circa animam
ſũt bonoꝛũ fit:et non eoꝛũ q̃ ſũt exterius. Conſonat autem rationi:et bene viuere/et
bene operari felicem. fere enim bona vita/quedam dicta eſt ⁊ bona operatio. vidẽtur
autẽ et queſita circa felicitatẽ õnia/exiſtere dicto. his quidẽ virtus:his vero pꝛudẽtia/
alijs autẽ ſapientia quedam eſſe videtur. his aũt hec: vel hoꝛũ aliquid cũ voluptate/
vel non ſine voluptate. alij autem ⁊ eã que exterius eſt abundantiã cõpꝛehendunt.
Hoꝛũ autẽ hec quidem multi/⁊ veteres dicũt:hec autẽ pauci/⁊ glorioſi viri. neutros
autẽ hoꝛũ rationabile peccare in vniuerſis:ſed vnũ aliquid vel plura dirigere. Dicẽ-
tibus quidẽ igitur omnẽ virtutẽ vel virtutẽ quandam:concoꝛs eſt ratio. huius enim
eſt ⁊ ſecũdũ ipſam operatio. Differt autẽ foꝛte nõ parũ in poſſeſſione/vel vſu optimũ
Felicitatem in habitu nõ eſſe. exiſtere:⁊ in habitu/vel operatione. habitum enĩ cõtingit nullũ bonũ pficere exiſten
tẽ:vtputa doꝛmienti aut ⁊ aliter qualiter ocioſo. operationẽ aũt non poſſibile eſt. ope-
rabiꝛ enĩ ex neceſſitate/et bñ opabiꝛ. Quẽadmodũ autẽ in olympiadib⁹ nõ optimi/⁊
foꝛtiſſimi coꝛonãtur:ſꝫ agoniſantes. hoꝛũ enĩ quidã vincunt. ita et eoꝛũ qui in vita bo
noꝛũ/⁊ optimoꝛũ ſũt operãtes:recte illuſtres fiũt. ¶ Eſt aũt et vita ipſoꝛũ ſecũdũ ſeip 40
ſã delectabilis. delectari q̃dẽ aialiũ eſt. vnicuiqꝫ autẽ eſt delectabile/ad qđ diciꝛ ami
cus talium. vtputa equus quidem amanti equũ:ſpectaculũ autẽ amanti ſpectaculuꝫ.
eodem autem modo ⁊ iuſta amanti iuſtũ. ⁊ omnino que ſecũdũ virtutem:amantib⁹
autem bonũ:ſunt delectabilia/que natura delectabilia. tales aũt ſunt ſecundũ virtu-
tem operationes. quare ⁊ his ſunt delectabiles/et ſecundum ſeipſas. Nichil autẽ in-
diget voluptate vita eoꝛum quaſi adiuncto aliquo:ſed habet voluptatẽ in ſeipſa. Cũ
dictis enim:nullus eſt bonus qui non gaudet bonis operationibus. neqꝫ enim iuſtũ
vtiqꝫ aliquis diceret/non gaudentẽ iuſta operatione:neqꝫ liberalẽ non gaudẽtẽ libe
ralibus operationibus. ſimiliter autẽ ⁊ in alijs. ſi autẽ ſic:ſecundũ ſeipſas vtiqꝫ erũt
ſecundum virtutem operationes delectabiles. quinimo et pulchꝛe ⁊ bone. ⁊ maxime
vnũquodqꝫ hoꝛum:ſi bene iudicat de his ſtudioſus. iudicat autem vt diximus. Opti
mum ergo ⁊ pulcherrimũ/⁊ delectabiliſſimũ:felicitas. et non diuiſa ſunt hec ſecũdũ
Deliacam ſuperſcriptionẽ. Optimũ/iuſtiſſimũ. deſiderabiliſſimũ autẽ/ſanũ eſſe. de-
lectabiliſſimum vero/quo quis optat/frui. omnia enĩ hec exiſtunt optimis operatio-
nibus. has autem vel vnã harum optimã/dicimus eſſe felicitatẽ. ¶ Uidetur tamen 41
Bona externa ad felicitatẽ nõ nichil cõferre. ⁊ eoꝛum que exterius ſunt bonoꝛũ indigens:quẽadmodũ diximus. impoſſibile enim
vel non facile bona operari:impotentem tribuere exiſtentem. multa quidem enĩ ope-
rata ſunt (quemadmodum diximus) per oꝛgana/per amicos/per diuitias/per ciuileꝫ
potentiam. Quibuſdã autẽ denudati:coinquinãt beatitudinẽ. vtputa nobilitate/bo
na pꝛole/pulchꝛitudine. nõ omnino enim felix:qui ſpecie turpiſſimus/vel ignobilis/
vel ſolitarius ⁊ ſine pꝛole. Amplius autem foꝛte felix minus:ſi cui peſſimi filij ſunt/
vel amici/vel boni exiſtentes moꝛtui ſunt. Quẽadmodũ igitur diximus: videtur in-
digere et tali pꝛoſperitate. vnde in idem oꝛdinant quidã bonam foꝛtunam felicitati:
quidam vero virtutem.

Cap. IX.

Unde ⁊ queritur/vtrũ eſt diſcibile/vel aſſueſcibile/vel aliter qualiter exerci 42
tabile/vel ſecũdũ quãdã diuinã particulã/vł etiã pꝛopter foꝛtunã aduenit.
Siquidẽ igitur ⁊ aliud aliquod deoꝛum eſt donũ hominibus: rationabile
⁊ felicitatem dei datũ eſſe. ⁊ maxime humanoꝛũ quanto optimũ. ſed quidẽ
foꝛte alterius erit vtiqꝫ perſcrutationis magis pꝛopꝛium. ¶ Uidetur autẽ etſi non a 43
deo miſſum eſt/ſed per virtutẽ ⁊ quandã diſciplinam/vel exercitationẽ aduenit:diui
niſſimoꝛum eſſe. virtutis enim pꝛemiũ/⁊ finis:optimũ videtur/⁊ quid diuinũ/et bea
tum. Erit autem vtiqꝫ et multũ cõmune. poſſibile enĩ exiſtere omnibus non oꝛbatis
ad virtutẽ per quandã diſciplinã et ſtudiũ. Si autem eſt ita melius/q̃ pꝛopter foꝛtu-
nã beari:rationabile habere ſic. ſiquidem que ſecundum naturam:vt poſſibile optime

habere/ ſic nata ſunt. ſimiliter autem et que ſecundū artē: et omnem cauſam/ et maxi-
me ſecundū optimam. ¶Maximū autē/ et optimū concedere fortune: valde pernicio-
ſum vtiq; erit. Manifeſtum eſt autē et quod queritur/ ex ratione. dictū eſt enim ani-
44 me operatio ſecundū virtutē qualis quedā. ¶Reliquorū autē bonorum: hec quidem
exiſtere neceſſarium/ hec autē cooperatiua: et vtilia nata ſunt organice. Confeſſa aūt
hec vtiq; erūt et his q̄ a principio. politice autē finē optimū poſuim⁹. hec autē pluri-
45 mū ſtudiū facit: quales quoſdā/ et bonos ciues facere/ et operatores bonorū. ¶Decē-
ter igitur neq; bouē neq; equū/ neq; aliud animaliū aliquod: felix eſſe dicimus. Nul
lum enim ipſorum poſſibile eſt cōmunicare tali operatione. Propter hanc autē cauſā
neq; puer felix eſt. nondum enim opator talium/ propter etatē. dicti autē: propter ſpē
beatificantur. indigent enim (quemadmodum diximus) ⁊ virtute pfecta/ ⁊ vita per-
46 fecta. ¶Multe autem tranſmutationes fiunt/ et omnimode fortune ſecundum vitā.
⁊ cōtingit maxime abundantē magnis calamitatibus incidere in ſenectute: quem-
admodū in heroicis de Priamo narratur. talibus autem vſum fortunis/ ⁊ finientem Priamus
miſerabiliter/ nullus vtiq; felicitabit. Cap. X.
47 VErum igitur nullū alium hominū beatificandū vſq; quo vtiq; viuit: ſed ſe-
48 cundū Solonē autē debitū eſt finem reſpicere? ¶Si autē vtiq; ⁊ ponendū Solon.
ita/ ergo ⁊ eſt felix tunc cū vtiq; morietur. vel hoc omnino inconueniēs: ali-
terq; ⁊ dicentibus nobis operationē quādā felicitatē. Si autē nō dicimus
mortuū felicem/ neq; Solon hoc vult: ſed quoniā tūc vtiq; quis firmiter beatificabit
hominē/ vt iā extra mala exiſtentē/ ⁊ infortunia. habet quidē ⁊ hoc q̄ſtionē quādam.
videtur enī mortuo eſſe: ⁊ malum aliquod/ ⁊ bonum. ſiquidē viuenti/ ⁊ non ſentienti
autē. puta honores/ ⁊ inhonorationes/ ⁊ filiorū/ ⁊ omnino pronepotū proſperitates/
⁊ infortunia. Queſtionem autem ⁊ hec tribuunt. etenī qui beate vixerit vſq; ad ſene-
ctutem/ ⁊ mortuus eſt ſecundū rationē: contingit multas tranſmutationes fieri cir-
ca filios. ⁊ hos quidē ipſorū bonos eſſe: ⁊ potiri vita que eſt ſecundū dignitatē/ hos
autē econuerſo. manifeſtum autem eſt quoniam diſceſſionibus ad patres/ omnifariā
habere ipſos contingit. inconueniens autē fiet vtiq;: ſi ſimul tranſmutatur ⁊ mortu⁹
⁊ fiet aliquādo q̄dē felix/ rurſus autē miſer. inconueniēs autē ⁊ nichil (neq; in quodā
tēpore) ſuperuenire: que ſunt filiorum patribus. Sed reuertendū ad prius queſitū. for-
ſitā enī vtiq; inſpicietur ⁊ quod nunc queſitū eſt/ ex illo. ſi enī finē vtiq; videre opor-
tet/ ⁊ tunc beatificare vnūquēq;/ non vt exiſtentē beatū/ ſed quoniā prius erat: quali-
ter non inconueniēs/ ſi quando felix eſt/ non vere dicetur de eo exiſtere? propter non
velle viuentes felicitare/ propter trāſmutationes/ ⁊ propter permanens quid felicita
tem exiſtimare/ ⁊ nequaq̄ facile tranſmutabile. fortunas aūt multotiens recirculari
circa eoſdē. Manifeſtū enim q̄ ſi ſequamur fortunas/ eundē felicē/ ⁊ rurſus miſerum
dicemus multotiens: Cameleonta quendā felicem enunciātes/ ⁊ debiliter firmatū.
49 ¶Vel fortunas quidem ſequi nequaq̄ rectum. nō enim in his bene vel male: ſed in- Cameleon.
diget his humana vita/ quemadmodū diximus. Domine autē ſunt que ſecūdum vir-
tutē operationes/ felicitatis. contrarie vero: contrarij. Teſtatur autē ſermoni ⁊ quod
nunc queſitum eſt. circa nichil enī ſic exiſtit humanorū operū cōſtantia: vt circa ope-
rationes que ſunt ſecundū virtutē. permanentiores enī ⁊ diſciplinis he videntur eſſe.
earundē autē honorabiliſſime permanētiores: propter maxime intendere/ ⁊ maxime
cōtinue viuere in ipſis beatos. hec enī videtur cauſa vt nō fiat circa eas obliuio. Exi-
ſtet autē vtiq; quod queſitū eſt felici: ⁊ erit per vitā talis. ſemper enim vel maxime
omniū operabitur/ et ſpeculabitur: que ſecūdū virtutē. ⁊ fortunas feret optime/ ⁊ vbiq;
50 omnino prudēter q̄dē. vt vere bonus ⁊ tetragonus ſine vituperio. ¶Multis aūt fa-
ctis ſecundū fortunā/ ⁊ differentibus magnitudine et paruitate: parua quidē proſpe-
ritatum/ ſimiliter autē et oppoſitorū/ manifeſtū q̄ nō faciūt inclinationē vite. Ma-
gna autē ⁊ multa facta quidē bene/ beatiorē vitā faciūt. etenī hec cōdecorare nata ſūt.
et vſus eorum bonus/ ⁊ ſtudioſus fit. Ecōuerſo autē accidētia tribulāt/ et cōturbant
beatū. triſtitias enī inferunt/ et impediunt multis operationib⁹. Verūtamē et in his
refulget bonū. cū vtiq; fert quis faciliter multa/ et magna infortunia non propter do
loris inſenſibilitatē: ſed virilis exiſtens/ ⁊ magnanimus. Si autē ſunt operationes
domine vite/ quēadmodum diximus: nullus vtiq; beatorū fiet miſer. neq; enī ali-

quando operabitur odibilia/et mala. Ut eni vere bonū ⁊ ſapiētē omnes exiſtimam⁹ fortunas decenter ferre/et exiſtentibus ſemper optima operari:quēadmodum ex datis et ducem bonum preſente exercitu vti maxime bellicoſe/et coriorū inciſorē ex datis corijs optimū calceamētū facere.eodē autē modo et alios artifices ōnes. Si autē ita:miſer quidē nequaꝙ̄ fiet vtiqꝫ felix.neqꝫ vtiqꝫ beatus ſi Priamicis īfortunijs incidet neqꝫ vtiqꝫ et facile tranſmutabilis.neqꝫ eni ex felicitate mouebitur facile/neqꝫ a contingentibus infortunijs:ſed a magnis/et multis. Ex talibus nō vtiqꝫ fiet rurſus felix in paruo tēpore:ſꝫ ſiquidē in multo quodam et ꝑfecto:magnorum et bonorū in ipſo factus abundans. ⁋Quid igitur prohibet dicere felicē ſcd̄m virtutē ꝑfectam 51
operantem:et exterioribus bonis ſufficiēter ditatum/non contingēti tēpore/ſed perfecta vita.vel apponēdum:et victurum ſic/et finiturum ſecundum rationē.quia futurum īmanifeſtum nobis.felicitatē autē finē/et perfectum ponimus omnino.ſi aūt ita:beatos dicemus viuentium quibus exiſtunt/⁊ exiſtent que dicta ſunt:beatos autem vt homines. Et quidē igitur de his intantū dictū ſit. Cap.XI.

PRoneporū autē fortunas/⁊ amicorum omniū nequaꝙ̄ quidē cōferre:valde 52
inamicabile videtur/⁊ opinionibus cōtrariū. Multis autē ⁊ omnimodas habentibus differentias accidentibus/⁊ his quidem magis redūdantibus his autē minus:ſecundū vnūquodqꝫ q̇dem diuidere longū/⁊ infinitū videtur. Uniuerſaliter autē dictū/⁊ typo.forſitan vtiqꝫ ſufficienter habebit/ſi vtiqꝫ ⁊ quēadmodum circa ipſum/fortunarū he quidē habent aliquod pōdus ⁊ auxiliū ad vitam he autē leuiores videntur:ita ⁊ que circa amicos ſimiliter omnes. Differt autē et paſſionū vnāquāqꝫ circa viuentes/vel mortuos cōtingere:multo magis ꝙ̄ iniuſta/⁊ mala preexiſtere in tragedijs/vel fieri.ſyllogiſandū vtiqꝫ ⁊ ita differentiā. Magis autē fortaſſis inquirēdū circa eos qui defecerūt:ſi aliquo bono cōmunicāt vel oppoſitis. Uidetur eni ex his ⁊ ſi redundat ad ipſos quodcūqꝫ ſiue bonū ſiue cōtrariū:fragile quiddam ⁊ paruū/vel ſimpliciter vel illis eſſe.ſic autē non tantū/⁊ tale:vt faciat felices eos qui non ſunt/neqꝫ ijs qui ſunt auferat beatitudinē. Conferre quidē igit aliquid videntur ijs qui defecerunt:bone operationes amicorum/ſimiliter autem ⁊ infortunia.talia autē et tā magna vt neqꝫ felices non felices/neqꝫ non felices felices faciant/neqꝫ aliud talium aliquod. Cap.XII.

DEterminatis autem his:ſcrutemur de felicitate vtrū laudabiliū eſt/vel ma 53
gis honorabiliū. ⁋Manifeſtum eni quoniā potētiarū nō eſt. Uidetur aūt 54
omne laudabile in quale quid eſſe/⁊ ad aliquid qualiter habere laudari.iuſtum enim ⁊ virilē/⁊ vniuerſaliter bonū/⁊ virtutē laudamus propter opera/⁊ actus:et fortem/⁊ curſorē/⁊ aliorū vnūquēqꝫ in quale quid natū eſſe et habere aliqualiter ad bonū aliquod/⁊ ſtudioſū. Manifeſtū autē eſt hoc et ex his q̄ circa deos ſunt laudibus.deriſibiles enim videntur ad nos relate.hoc autē contingit:quia ſunt laudes per relationem/vt diximus. Si autem eſt laus talium:manifeſtum quoniam optimorum non eſt laus ſed maius aliquid et melius quemadmodum videtur.deos enim beatificamus et felicitamus/et virorum diuiniſſimos beatificamus:ſimiliter autem ⁊ bonorum.nullus enim felicitatē laudat quēadmodū iuſtum:ſed vt di-
Eudoxus uini⁹ aliquid et melius beatificat. Uidetur autē ⁊ Eudoxus bene attribuiſſe de primitijs voluptati.in nō laudari eni bonorū exiſtentē nunciare exiſtimat:quoniā meli⁹ eſt ladabilibus.talē autē eſſe deū/⁊ per ſe bonum.ad hec eni et alia referri. Laus quidem enim virtutis.operatores eni bonorū ab hac laudantur.laudes autē operū ſimiliter ⁊ corporaliū et animaliū. Sed hoc quidē forte magis ꝓprium certificare ijs qui circa laudes inſudauerunt.nobis autē manifeſtum ex ijs que dicta ſunt quoniā eſt felicitas honorabiliū/et perfectorū. Uidetur aūt ita habere et propter eſſe principiū. hui⁹ eni grā reliqua oīa/oēs opantur.pricipiū autē et cauſaꝫ bonorū honorabile quid/ et diuinum ponimus. Cap.XIII.

SI autē felicitas eſt operatio quedā anime ſecundū virtutē perfectā:de vir- 55
tute ſcrutādū eſt.forte enim vtiqꝫ ita melius et de felicitate cōtemplabimur. Uidetur autē et ſecūdū veritatē/ciuilis circa hāc maxime inſudare.vult eni ciues bonos facere/et legū obauditores. Exemplū autē habemus hoīū:Cre-
Cretenſes Lacedemonii tēſiū/⁊ Lacedemoniorū legiſlatores et ſi q̇ alij tales facti ſūt.ſi vero politice eſt per-

ſcrutatio hec: manifeſtum quoniā fiet vtiqꝫ queſtio ſecundū eā que a principio eſt ele-
56 ctionem. ¶ De virtute autē perſcrutandū humana videlicet. et enim bonū humanū
querebamus/ et felicitatem humanā. Uirtutem autē humanā dicimus nō eam que
57 corporis: ſed eā que anime. ſed et felicitatem/ anime operationē dicimus. ¶ Si autem
hec ita habent: manifeſtum q̄m politicū oportet ſcire aliqualiter q̄ circa aīaꝫ. quēadmo
dū et eū qui oculos curat: et ōne corpus/ et magis quāto honorabilior et melior poli-
tica/ medicinali. ſed et medicorū excellētes m̄lta negociātur circa corporis cognitionē.
Cōtēplādū itaqꝫ ⁊ ciuili/ de aīa. Cōtēplādū autē horū gratia/ et inquātū ſufficienter
habet ad queſita. in plus enī certificare operoſius forte eſt propoſitis. Dicuntur autē
58 de hac et in exterioribus ſermonibus quedā ſufficienter/ et vtendū ipſis. ¶ Puta hoc
quidem irrationale ipſius eſſe: hoc vero rationem habens. Hec autē vtrum determi-
nata ſint quēadmodū corporis particule/ ⁊ omne diuiſibile: vel ratione duo ſint indi-
uiſibilia apta nata quēadmodū ī peripheria curuū et cōcauū/ nichil differt ad preſēs. περιφε-
59 ¶ Irrationalis autē hec quidem aſſimilatur cōmuni/ et plantatiuo: dico autē cauſam ρια.
eius quod eſt nutriri et augeri. talem enim virtutem anime in omnibus que nutriun Circūferentia
tur ponet aliquis vtiqꝫ/ et in embrionibus eādē vtiqꝫ hanc/ et in īperfectis. rationa- ἔμβριον
60 bilius enim q̄ aliquam aliam. ¶ Hec quidem igitur cōmunis quedam virtus et non fetus.
humana apparet. videtur enī ī ſōnis operari maxime particula hec/ et virtus: bonus
autem et malus/ nequaq̄ manifeſti ſunt ſecūdū ſomnū. vnde dicūt nichil differre ſe-
cundū dimidiū vite felices a miſeris. contingit autē hoc decenter. quies enim eſt ſō-
nus anime ſecūdum q̄ dicitur ſtudioſa/ ⁊ praua. verūtamē ſi quo paulatim pertran-
ſeunt quidā motuū: et ita meliora fiunt phātaſmata ſtudioſorū q̄ quorumlibet. Sed
de his quidē igitur ſufficienter/ ⁊ nutritiuū igitur relinquēdū: quoniā humane vir-
61 tutis expers innatū eſt. ¶ Uidetur vtiqꝫ et alia quedā natura anime irrationalis eſ-
ſe: participans quidē aliqualiter ratione. Incontinentis enī ⁊ continentis rationem
habens laudamus: recte enī ⁊ ad optima deprecatur ratio. videtur autē ī ipſis aliud
quid preter rationē innatū: quod aduerſatur/ ⁊ obuiat rationi. firmiter enim quemad
modū diſſolute corporis particule in dexterā preeligētiū mouere: econtrario in ſini-
ſtram praue feruntur. ⁊ in anima ſic. ad contraria enim motus incōtinētiū. ſed in cor-
poribus quidē videmus quod peruerſe motū eſt: in anima vero non videmus. fortaſ-
ſis autem nichil minus et in anima exiſtimandū eſſe aliquid preter rationē cōtrariās
huic/ ⁊ obuiās. qualiter autē alterū: nichil differt. Ratione autē ⁊ hoc videtur par-
ticipare: quēadmodū diximus. obedit igitur rationi quod continentis. amplius autē
forſitā ſubiectius eſt quod ſobrij ⁊ fortis. omnia enim cōſonāt rationi. Uidetur vtiqꝫ
⁊ irrationabile duplex. plantatiuū quidē enī nequaq̄ cōmunicat ratione. cōcupiſcibi
le vero ⁊ vniuerſaliter appetibile participat aliqualiter: ſecundū q̄ exaudibile eſt ei/
⁊ obaudibile eſt rationi. ita vtiqꝫ ⁊ patris ⁊ amicorum dicimus habere rationē: ⁊ nō
quēadmodū mathematicorum. Quoniam autē ſuadetur aliqualiter a ratione irrati-
62 onabile: nunciat ⁊ ſuaſio ⁊ omnis increpatio/ ⁊ deprecatio. ¶ Si autē oportet ⁊ hoc
dicere rationē habere: duplex erit ⁊ rationē habēs. hoc quidē principaliter et in ſeipſo:
63 hoc autē quēadmodū a patre audibile aliq̄d. ¶ Determinatur autē virtus ſcdm dif-
ferentiā hanc. dicim⁹ enī harū has quidē intellectuales: has aūt morales. ſapientiaꝫ
quidē ⁊ intellectū/ ⁊ prudētiā intellectuales: liberalitatē autē/ ⁊ ſobrietatē morales.
Dicētes enī de moribus nō dicim⁹ q̄m ſapiēs ⁊ itelligēs: ſꝫ q̄m mitis ⁊ ſobrius. lau-
damus autē ⁊ ſapiētē ſecūdū habitū: habituū aūt laudabiles/ virtutes dicimus.

¶ Secundus Ethicorū Ariſtotelis. Cap. h.

1 DUplici autem virtute exiſtente: hac quidē intellectuali/ hac autē mo-
rali: ea quidem que intellectualis/ plurimum ex doctrina habet ⁊ ge
2 neratione ⁊ augmentū. ideo experimento indiget ⁊ tempore. ¶ Mo
ralis vero ex more fit: vnde ⁊ nomen habuit parum declinans a mo-
re. Ex quo ⁊ manifeſtum: quoniā neqꝫ vna moralium virtutum na-
tura nobis inſit. nullum enim natura exiſtentiū aliter aſſueſcit. puta
lapis natura deorſum latus/ non vtiqꝫ aſſueſcet ſurſum ferri: neqꝫ ſi
decies milies aſſueſcat quis eum ſurſum iacens. neqꝫ ignis deorſum/ neqꝫ aliud ali-
quid eorum que aliter innata ſūt: aliter vtiqꝫ aſſueſcet. Neqꝫ igitur natura neqꝫ p̄ter

naturam inſunt virtutes/ſed innatis nobis quidem ſuſcipere eas:perfectis autē per
aſſuetudinem. Adhuc quecūq quidem natura nobis aduenīūt:potentias horū prius
ferimus/poſterius autem operationes eorū reddimus.qđ in ſenſibus eſt manifeſtū.
non enim ex multotiens videre/aut ex multotiens audire/ſenſus accepim⁹:ſed econ-
uerſo habentes vſi ſumus/nō vtentes habuim⁹. virtutes aūt accipim⁹/operātes pri-
us : quēadmodū ⁊ in alijs artib⁹.que enim oportet diſcentes facere:hec facientes di-
ſcim⁹.puta edificantes edificatores fiunt/ ⁊ citharizantes citharizte.ſic autem et iuſta
operantes ⁊ iuſti quidem efficimur:temperata aūt temperati/fortia vero fortes. Te-
ſtatur aūt ⁊ hoc quod fit in ciuitatib⁹.legiſlatores enim ciues aſſuefacientes faciunt
bonos:et volūtas q̇dē cuiuſlibet legiſlatoris hec eſt.q̇cūq vero nō bn̄ hec faciūt/pec-
cant.et differt horū ciuilitas a ciuilitate: vt bona a mala. ¶Adhuc autē ex eiſdē ⁊ per 3
eadem ⁊ fit omnis virtus/ ⁊ corrumpitur.ſimiliter autē et ars.ex citharizare enim ⁊
boni ⁊ mali fiunt citharizte:proportionaliter autem ⁊ edificatores/ ⁊ reliqui omnes.
ex bene quidem edificare/boni erunt edificatores:ex male autē mali.ſi eni non ſic ha-
beret/ nichil vtiq opus eſſet docente:ſed omnes vtiq vel fierent boni vel mali. ſic
vtiq et in virtutibus habet.operātes enim que in cōmunicationibus ſunt ad homi-
nes:efficiuntur hi quidē iuſti/hi autē iniuſti.operātes autē que in periculis/ ⁊ aſſuē-
ti timere vel cōfidere:hi quidē fortes/hi autē timidi.ſimiliter autē ⁊ que circa cōcupi
ſcentias habent et iras hi quidē temperati ⁊ mites fiunt:hi autē intemperati ⁊ iracū
di.hi quidē ex ſic in eis conuerſari/hi autē ex ſic/et omnino (et vno vtiq ſermone) ex
ſimilib⁹ opatiōib⁹ habit⁹ fiūt. Propter qđ oportet operatiōes quales reddere. ſecūdū
eni harū differētias ſequūtur habitus.nō parū igitur differt ſic vel ſic ex iuuene cōfe-
ſtim aſſuefieri:ſed multum magis/aut omne. Cap.II.

Quoniam igitur preſens negociū non cōtemplationis gratia eſt quēadmo 4
dū alia. non eni vt ſciamus/quid eſt virtus ſcrutamur/ſed vt boni efficia-
mur.quia nullū vtiq eſſet pficuū eius:neceſſarium eſt ſcrutari ea que cir
ca operationes/qualiter operandū eſt eas.he enim ſunt domine ⁊ huiuſmo
di quales fieri habitus;quēadmodū diximus. ¶Secūdū rectā quidē igit̄ 5
rationem operari cōmune/ ⁊ ſupponatur.dicetur autē poſterius de hoc: ⁊ quid eſt ra
tio recta/ ⁊ qualiter ſe habet ad alias virtutes. Illud autē precōfeſſum ſit/quoniā om
nis qui de operabilibus eſt ſermo/typo ⁊ non ſecūdū certitudinē debet dici/quemad
modū ⁊ in principio diximus:quoniā ſermones ſecundū materiā ſunt expetēdi.que
autem in operationibus/ ⁊ que conferentia:nichil ſtans habent/quēadmodū neq ſa-
na. Tali autē exiſtēte vniuerſali ſermone:adhuc magis qui de ſingulis eſt ſermo/nō
habet certitudinē.neq eni ſub arte/neq ſub enarratione aliqua cadūt. Oportet aūt
ipſos operantes ſemp ea que ad tēpus intendere:quēadmodū et in medicinali ſe ha-
bet/ ⁊ in gubernatiua. ¶Sed ꝙuis exiſtente tali preſente ſermone:tentandū auxilia- 6
ri. Primum igitur hoc ſpeculandū quoniā talia innata ſunt ab indigentia/ ⁊ ſuper-
abundātia corrumpi.oportet enim de immanifeſtis:manifeſtis ſignis et teſtimonijs
vti.quēadmodū in fortitudine/ ⁊ ſanitate videmus.ſuperabūdantia eni gymnaſia/ ⁊
deficientia corrūpunt fortitudinē.ſimiliter autē ⁊ potus ⁊ cibi amplius et minus ef-
fecti:corrūpunt ſanitatē.q̄ autē cōmenſurata ſunt: ⁊ faciunt/ ⁊ augent ⁊ ſaluant. ita
igitur in fortitudine et tēperantia ſe habet/ ⁊ alijs virtutibus.qui eni omnia fugit/ ⁊
timet/ ⁊ nichil ſuſtinet:timidus efficitur. ⁊ qui nichil omnino timet ſ3 ad omnia va-
dit:audax.ſimiliter autē ⁊ qui q̇dem omni voluptate potitur/et neq ab vna recedit:
intemperatus eſt.qui autem omnes fugit quemadmodum agreſtes:inſenſibilis. cor-
rumpitur enim temperantia ⁊ fortitudo a ſuperabundantia et defectu : a medietate
autem ſaluatur. ¶Sed non ſolum generationes ⁊ augmentationes et corruptiones 7
ex eiſdem et ab eiſdem fiunt:ſed etiam operationes in eiſdem erunt.etenim in alijs
manifeſtioribus ita habet : puta in fortitudine. fit enim ex multum cibum ſumere/
et multos labores ſuſtinere:et maxime poteſt hoc facere fortis. ita autem et in virtu-
tibus.ex recedere enim a voluptatibus/efficimur temperati:et effecti/poſſumus ma-
xime recedere ab ipſis.ſimiliter autem et in fortitudine.aſſueti enim cōtēnere terri-
bilia/et ſuſtinere ipſa ; efficimur fortes.et effecti maxime poterimus ſuſtinere ter-
ribilia. Cap.III.

8 Signum autem oportet facere habituũ ſuperuenientem voluptatem vel tri
ſticiam operibus. qui quidem enim recedit a voluptatibus corporalibus/et
hocipſo gaudet: temperatus. qui autem triſtatur/intemperatus. et qui qui-
dem ſuſtinet particula/et gaudet vel non triſtatur: fortis. qui autem triſtatur
9 timidus. circa voluptates enim et triſticias: eſt moralis virtus. Propter voluptatem
quidem enim mala operamur/propter triſticiam autem a bonis recedimus. ¶ Pro-
pter quod oportet duci qualiter confeſtim ex iuuenibus vt Plato aitiquare et gaude- plato
re et triſtari in quibus oportet. recta enim diſciplina hec eſt. Adhuc autem ſi virtu-
tes circa actus ſint/ et paſſiones/omni autem paſſioni et omni actui ſequitur delecta-
tio ⁊ triſticia: ⁊ propter hoc vtiq; erit virtus circa delectationes ⁊ triſticias. Demõ
ſtrant autem ⁊ pene facte per hoc. medicine enim quedam ſunt/ medicine autem per
contraria innate ſunt fieri. Adhuc autem ſicut prius diximus/omnis anime habitus
a quibus innatus eſt fieri deterior et melior: ad hec ⁊ circa hec naturaȝ habet. propter
voluptates enim ⁊ triſticias praui fiunt in proſequendo ⁊ fugiẽdo has: vel quas non
oportet/ vel quando non oportet/ vel vt non oportet/ vel qualitercunq; aliter a ratio-
ne determinatur. Ideoq; determinãt virtutes impaſſibilitates/ quaſdam ⁊ quietes.
non bene autem. quoniam ſimpiciter dicunt: ſed non vt oportet/ ⁊ quando oportet/
⁊ quecunq; alia opponuntur. Supponitur ergo virtus eſſe talis circa voluptates et
triſticias optimorum operatiua: malicia autem contrariorum. Fiet autem vtiq; no-
bis ex his manifeſtum adhuc de eiſdem. Tribus enim exiſtentibus que circa electi-
ones et tribus que in fugis/bono conferente/delectabili/⁊ tribus contrariis/malo/
nociuo/triſti: circa hec quidem omnia bonus/directiuus eſt: malus autem peccans.
Maxime autem circa delectationem. cõmunis etenim hec animalibus ⁊ omnibus
que ſub electione aſſequũtur. etenim bonum ⁊ cõferens: delectabile eſſe videtur. Ad-
huc autẽ ex puero omnibus nobis cõnutritur: propter qđ difficile conterere hanc paſ-
ſionem contemporaneam vite. Regulamus auteȝ ⁊ operationes/hi quidem magis/
hi quidem minus: delectatione ⁊ triſticia. propter hoc igitur neceſſarium eſt circa hec
eſſe omne negocium. non enim parum in operationes bene vel male gaudere/ ⁊ tri-
ſtari. Adhuc autẽ difficilius voluptati repugnare ꝙ ire/quẽadmodũ ait Heraclitus. Heraclitus
circa difficilius aũt ſemper et ars fit ⁊ virtus. etenim bene/melius in hoc. quare ⁊ pro-
pter hoc circa delectationes/ ⁊ triſticias omne negocium ⁊ virtutis / ⁊ politice. quí
quidem igitur bene vtitur his/bonus erit; qui autem male/malus. Quoniam quideȝ
igitur eſt virtus circa delectationes ⁊ triſticias/ ⁊ quoniã ex quibus fit/ab his ⁊ au-
getur ⁊ corrumpitur non ſimiliter factis / ⁊ quoniam ex quibus fit/circa hec ⁊ ope-
ratur: dictum ſit.

Cap. IIII.

10 Dubitaret aũt vtiq; aliq̃s qualiter dicim⁹ q̃m oportet q̃dẽ iuſta operãtes iuſtos
fieri/ tẽperata aũt tẽperatos: ſi enim operãtur iuſta et tẽperata/iã ſunt iuſti ⁊
tẽpati. quẽadmodũ ſi grãmatica ⁊ muſica: grammatici ⁊ muſici. Vel neq;
i artib⁹ ita ſe habet. cõtigit enĩ grãmaticũ q̃d facere/ ⁊ a caſu/ ⁊ alio ſupposi-
to. tũc igitur grãmaticus: ſi grãmaticũ q̃d faciat/ ⁊ grãmatice. hoc aũt eſt ſcðm eã q̃
in ipſo eſt grãmaticã. Adhuc aũt neq; eſt ſimile in artib⁹ et virtutibus. q̃ enĩ ab arti-
bus fiũt: bñ habẽt in eis. ſufficit igitur hec qualiter habẽtia fieri. que aũt ſcðm virtu-
tem fiunt neq; ſi hec qualiter habeãt/iuſte vel temperate operata ſũt: ſed et ſi opans
qualiter habẽs/operetur. primũ q̃dẽ ſi ſciẽs/ deinde ſi eligens/et eligẽs ꝓpter hoc. ter-
tiũ aũt et ſi firme/et imobiliter habeat ſe/et operef. hec aũt ad alias quidem artes ha-
bere nõ cõnumerãtur/ preter ipſũ ſcire. ad virtutes aũt ſcire quidẽ parũ/ aut nichil po
teſt. alia vero non parum/ ſed õnia poſſunt: q̃ ex multotiẽs operari iuſta/et tẽperata
aduenıũt. Res q̃dẽ igiẽ iuſte et tẽperate dicũtur: q̃ñ ſunt tales quales vtiq; iuſtus et
temperatus operabitur. iuſtus aũt et tẽperatus eſt non qui hec operatur: ſed et qui ſic
operatur/ vt iuſti et temperati operantur. Bene igitur dicitur quoniã ex iuſta opera-
rari iuſtus fit: et ex tẽperata/ tẽperatus. ex nõ operari aũt hec: null⁹ curabit vtiq; fie-
ri bonus. Sed multi hec q̃dẽ nõ operantur. ad rationẽ aũt cõfugiẽtes exiſtimant phi-
loſophari / et ſic fore ſtudioſi/ſimile aliquid faciẽtes laborãtibus qui medicos quidem
audiũt ſtudioſe/faciũt autẽ nichil eorũ que precepta ſunt. quẽadmodũ igitur illi neq;
bene habebunt corpus ita curari: neq; iſti animam ita philoſophantes. Cap. V.

Oſt hec autē quid eſt virtus/ſcrutandū.quia igitur que in aīa fiūt tria ſunt 11
paſſiones/potētie/ꝛ habitus:horū vtiqꝫ aliquod erit virtus.Dico aūt paſ=
ſiones qdē:cōcupiſcentiā/iram/timorē/audaciā/inuidiā/gaudiū/amicitiā/
odiū/deſiderium/zelū/miſericordiam:ꝛ vniuerſaliter quibus ſequitur de=
lectatio vel triſtitia. Potentias autē ſecūdū quas paſſibiles horū dicimur:puta ſecū=
dum quas potentes iraſci vel triſtari/vel miſereri. Habitus autē ſecundum quos ad
paſſiones habemus bene vel male:puta iraſci.ſiquidem vehementer vel remiſſe/ma=
le habemus:ſi autē medie/bene.ſimiliter aūt ꝛ ad alia. ¶Paſſiones quidē igitur nō 12
ſunt neqꝫ virtutes/neqꝫ malicie:quoniā nō dicimur ſcđm paſſiones ſtudioſi vel pra=
ui/ſecundū virtutes autē vel malicias dicimur. Et quoniā ſecūdū paſſiones quidē/
neqꝫ laudamur/neqꝫ vituperamur.nō enī laudatur qui timet/neqꝫ qui iraſcitur/neqꝫ
vituperatur qui ſimpliciter iraſcitur:ſed qui qualiter.ſecundū virtutes aūt vel mali=
cias laudamur vel vituperamur.Adhuc autē iraſcimur ꝛ timemus quidē nō ſpōte:
virtutes autē electiones quedā/vel non ſine electione. Adhuc aūt ſecundū paſſiones
quidē moueri dicimur:ſecundum virtutes autē/vel malicias nō moueri/ſed diſponi
qualiter. ¶Propter hec aūt neqꝫ potētie ſunt.neqꝫ enim boni dicimur propter poſſe 13
pati ſimpliciter/neqꝫ mali:neqꝫ laudamur/neqꝫ vituperamur. Et adhuc potētes ſu=
mus natura:boni autem vel mali non efficimur natura.diximus autē de hoc prius.
¶Si igitur neqꝫ paſſiones ſunt virtutes/neqꝫ potētie:relinquitur habitus eas eſſe. 14
Quid quidem igitur genere eſt virtus:dictum eſt. Cap. VI.

Portet aūt nō ſolū ſic dicere qm̄ habit⁹:ſed ꝛ qualis quidē. Dicēdū igitur 15
qm̄ virtus oīs:cuius vtiqꝫ fuerit virtus/ꝛ id bene habēs pficit/ꝛ op⁹ eius
bonū reddit.puta oculi virt⁹:ꝛ oculū facit ſtudioſū:ꝛ op⁹ eius bonū.oculi
enī virtute bn̄ videm⁹.ſīliter aūt ꝛ equi virtus equū ſtudioſū facit:ꝛ bonum
ad currēdū ꝛ ferendū aſcēſorē/ꝛ expectādū bellatores.ſi ita hoc in omnibus ita ſe ha=
bet:ꝛ hoīs virt⁹/erit vtiqꝫ habitus ex quo bonus homo fit/et a quo bene opus ſuum
reddit.qualiter aūt hoc erit:iā qdē diximus.Adhuc aūt hoc erit manifeſtū ſi ſpecula=
ti fuerim⁹ qualis qdē eſt natura ipſius. ¶In ōni itaqꝫ cōtinuo ꝛ diuiſibili eſt accipe= 16
re hoc quidē plus/hoc aūt min⁹/hoc vero equale. ¶Et hoc vel ſecūdū ipſā rē/vel quo 17
ad nos.equale autē mediū qddā eſt ſuperabūdātie ꝛ defectus. Dico vtiqꝫ rei quidē
mediū quod equaliter diſtat ab vtroqꝫ extremorū:quod eſt vnū ꝛ idē ōnibus.ad nos
aūt qđ neqꝫ abundat/neqꝫ deficit.hoc aūt eſt neqꝫ vnū:neqꝫ idē oibus.puta ſi decem
multa/duo aūt pauca:ſex accipiūtur media ſecūdū rē (equaliter enim excedunt et ex=
cedūtur)hoc autē mediū eſt ſecūdū arithmeticā proportionē.Quod aūt ad nos:nō ita
Milo ſumēdū. nō enī ſi alicui decē minas comedere multū/duas autē paucū: magiſter ſex
minas percipiet.eſt enī hoc forſitā ꝛ multū ſumēti vel paucū. Miloni quidē paucū:
dominatori aūt gymnaſiorū multū.ſimiliter aūt ꝛ in curſu/ꝛ ī paleſtra.Ita vtiqꝫ om
nis ſciēs/ſupabūdātiā ꝛ defectū fugit:mediū aūt querit/ꝛ hoc deſiderat. mediū aūt
nō rei:ſꝫ quo ad nos. ¶Si vtiqꝫ oīs ſciētia ſic opus bn̄ perficit ad mediū reſpiciēs:ꝛ 18
in hoc ducēs opa vnde cōſueuerūt dicere bene habētibus operibus/quoniā neqꝫ au=
ferre eſt/neqꝫ apponere. vt ſupabūdātia quidē ꝛ defectu corrūpēte:bene medietate au
tē ſaluāte.Boni autē artifices(vt diximus) ad hoc reſpiciētes operātur. virt⁹ aūt ōni
arte certior/ꝛ melior eſt:quēadmodū ꝛ natura.medij vtiqꝫ erit cōiectatrix.Dico aūt
moralē.hec enī eſt circa paſſiones ꝛ operationes:in his aūt eſt ſupabūdātia / ꝛ defe=
ctus/ꝛ mediū:puta ꝛ timere/ꝛ audere/ꝛ cōcupiſcere/ꝛ auerti/ꝛ iraſci/et miſereri:ꝛ
vniuerſaliter delectari/ꝛ triſtari/eſt ꝛ magis et min⁹/et vtraqꝫ nō bn̄.qn̄ aūt opꝫ et
in qbus/et ad quos/ꝛ cui⁹ gratia/et vt opꝫ.et mediū/ꝛ optimū/qđ eſt in virtute. ſi=
militer autē et circa operationes eſt ſuperabūdātia/et defectus/et mediū. Virt⁹ aūt
circa paſſiones et opationes eſt.in qbus aūt ſupabūdātia vicioſa eſt:et defect⁹ vitu=
peratur/mediū aūt laudatur/et dirigitur.hec aūt ambo/virtutis.Medietas igr̄ qdā
eſt virt⁹/cōiectatrix exiſtēs medij. ¶Adhuc peccare qdē multis modis dicitur. malū 19
Pythagorici enī īfiniti (vt Pythagorici extimauerūt)bonū aūt finiti.dirigere aūt vno modo.ideo
hoc quidē facile:hoc aūt difficile.facile quidē nō cōtingere ſignū:difficile aūt cōtige=
re.et ppt̄ hoc malitie quidē ſuperabūdātia et defectus:virtutis autem medietas.bo
ni quidē ſimpliciter;multifarie aūt mali. ¶Eſt ergo virt⁹:habitus electiuus ī medie= 20

tate cõſiſtẽs:quo ad nos determinata ratione/et vt vtiq͡ʒ ſapiẽs determinabit. medi=
etas aũt duarũ maliciarũ:hui⁹ quidẽ ſecũdũ ſuperabũdãtiã/hui⁹ aũt ſcðm defectũ.
Et adhuc hic has quidẽ deficere:has aũt ſuperabũdare ab eo qð oportet/et in paſſio=
nib⁹ ⁊ in operationib⁹/virtutẽ aũt mediũ ⁊ inuenire ⁊ eligere. Propter qð ſcðʒ ſub
ſtãtiã quidẽ ⁊ rationẽ quid eſt eſſe dicẽtẽ:medietas eſt virtus. ſecũdum optimũ autẽ
21 et bene:extremitas. ¶ Nõ aũt ſuſcipit omnis operatio/neq͡ʒ omnis anime paſſio me=
dietatẽ. quedã eni cõfeſtim nominata: conuoluta ſũt cũ malicia. puta gaudiũ de ma
lo/inuerecũdia/inuidia/et in operationib⁹ quidẽ:adulteriũ/furtũ/homicidiũ. hec eni
oĩa et que talia ſũt dicũtur ſcðm ſeipſa mala eẽ/ſʒ nõ ſuperabũdãtie ipſorũ/neq͡ʒ de=
fectus/ nõ eſt igitur vnq͞ circa hec dirigere:ſed ſemꝑ peccare. neq͡ʒ eſt bene vel nõ be=
ne circa talia l eo quod vt oportet/ ⁊ qñ/et quõ /puta adulterari:ſed ſimpliciter facere
quodcũq͡ʒ horũ/peccare eſt. Simile igitur attribuẽti ⁊ circa iniuſta facere ⁊ timere/et
incõtinẽtẽ eẽ:eſſe medietatẽ ⁊ ſuꝑabũdãtiã ⁊ defectũ. erit enl ſic ſuꝑabũdãtie/ ⁊ de=
fectus medietas/et ſuperabũdãtie ſuꝑabundãtia/ ⁊ defectus defectionis. Quẽadmo=
dũ igitur tẽperantie ⁊ fortitudinis nõ eſt ſuperabũdantia/et defectus/propter medi=
um eſſe aliqualiter extremũ:ita neq͡ʒ illorũ medietas/neq͡ʒ ſuperabũdantia/ ⁊ defe=
ctus. ſed vt vtiq͡ʒ operatũ eſt:vicioſuʒ eſt. vniuerſaliter ergo:neq͡ʒ ſuꝑabũdãtie/neq͡ʒ
defectus medietas eſt:neq͡ʒ medietatis ſuperabundantia/ ⁊ defectus. Cap. VII.
22 Oportet autẽ non ſolũ vniuerſaliter dici:ſed in ijs que ſunt ſecundũ ſingula
aptare. in ijs enim qui circa operationes ſunt ſermonibus : vniuerſales qui=
dẽ inaniores ſunt:particulares autẽ veriores. circa ſingularia enim opera=
23 tiones:oportunum autẽ in his concordare. ¶ Sumendũ igitur hoc ex de=
ſcriptione. Circa timores ergo et audacias fortitudo medietas. ſuperabundantiũ aũt
qui q̃dẽ in timiditate:Innominatus eſt. multa autẽ ſũt innominata. q̃ aũt in audere ſu=
perabundat audax. q̃ vero in timere quidẽ ſuperabundat/ in audere aũt deficit:timi=
dus. Circa delectationes autẽ/ ⁊ triſticias nõ oẽs:minus aũt ⁊ circa triſticias/medi=
etas quidẽ tẽperãtia/ſuperabundãtia vero intẽperãtia. deficiẽtes aũt circa delectati=
ones nõ multũ fiunt. ꝓpter qð nomẽ ⁊ iſti nõ ſunt ſortiti:ſint autẽ inſenſibiles. Cir
ca dationẽ aũt pecuniarũ/ ⁊ acceptionẽ medietas quidẽ liberalitas:ſuꝑabũdantia au
tẽ ⁊ defect⁹ ꝓdigalitas/ ⁊ illiberalitas. cõtrarie autẽ ⁊ he ſuꝑabũdãt/ ⁊ deficiũt. pro=
digus q̃dem in tributione ſuꝑabundat:in acceptione aũt deficit. illiberalis aũt in ac=
ceptione quidẽ ſuꝑabundat/in tributione vero deficit. nũc quidẽ igiť typo et in capi=
tulo dicim⁹:cõtẽti hoc ipſo. poſteri⁹ aũt:certius de his determinabiť. Circa pecunias
aũt/ ⁊ alie diſpoſitiões ſũt. medietas quidẽ magnificẽtia. magnificus eni differt a li=
berali: hic q̃dẽ circa magna/hic aũt circa parua. ſuꝑabũdãtia aũt apirocalia ⁊ banau=
ſia/defectus vero paruificẽtia. differũt aũt he ab his q̃ circa liberalitatẽ:quõ aũt dif=
ferũt/ poſterius dicetur. Circa honorẽ q̃dẽ ⁊ inhonorationẽ medietas q̃dẽ magnani=
mitas:ſuꝑabũdãtia aũt chaunotes q̃dã dicta/defectio aũt puſillanimitas. Sicut au=
tẽ dixim⁹ habere ad magnificẽtiã liberalitatẽ circa ꝑua differẽtẽ:ita ſe habet q̃dã ⁊
ad magnanimitatẽ circa honorẽ exñtẽ magnũ:hec aũt circa ꝑuũ exñtẽ. eſt eni vt opʒ
appetere honorẽ: ⁊ magis q͞ opʒ ⁊ minus. Diciť aũt q̃ ſuꝑabũdat q̃dẽ deſiderijs phi=
lotimus:q̃ aũt deficit aphilotimus:medius aũt innominatus eſt/innoiate aũt ⁊ di
ſpoſitionis. verũtamẽ philotimi philotimia. vñ cõtẽdũt extremi de media regione.
nos aũt ⁊ qñq͡ʒ mediũ philotimũ vocamus:eſt aũt quãdo aphilotimũ. ⁊ eſt qñ lauda
mus philotimũ. eſt aũt quando aphilotimũ. propter quã aũt cauſã hoc facim⁹ : in his
que deinceps dicetur. nunc autẽ de reliquis dicamus ſecundum enarratum modũ.
Eſt autem et circa iram ſuperabundãtia/defectus/ ⁊ medietas . fere autem innomi=
natis exiſtentibus ipſis medium/manſuetum dicentes/medietatem manſuetudinẽ
vocamus. extremorũ autẽ q̃ quidẽ ſuperabundat iracundus ſit/malicia autẽ iracũdia.
qui autẽ deficit/inraſcibilis quidem:defectio autem inraſcibilitas. Sunt autẽ ⁊ alie
tres medietates:habentes quidẽ quãdam ſimilitudinẽ adinuicẽ/differẽtes vero abin
uicẽ. omnes quidẽ eni ſunt circa verborũ/et operationũ cõmunionem. differunt autẽ
quoniã hec q̃dẽ eſt circa verũ qð eſt in ipſis/hec autẽ circa delectabile. huius autẽ hec
quidẽ in luſu/hec autẽ in omnib⁹ que ſecũdũ vitã. Dicendũ igitur de his: vt magis
cognoſcamus quoniã in õnibus medietas eſt laudãda. extrema autẽ neq͡ʒ recta neq͡ʒ

Circa delectatiões aũt ⁊ triſticias nõ oẽs
iſup text⁹ grecus hʒ pẽtheſim
lſertã/ nõ circa
corpeas ⁊ eas
maxĩe q̃ circa
tactũ/ min⁹ aũ
tẽ circa triſti=
cias,
απειροκα
λια
Circa decorũ
ruditas. hone=
ſti inexperien=
tia. Inſolẽtia
Inexpertibili=
tas.
βαρατυσια
ſorditas.
Ventoſitas.
Χαυνοτης
Lẽtitudo. La
xitas.
φιλοτιμος
Ambitioſus
αφιλοτιμος
Remiſſus. Ap=
petitione hono
ris vacuus
φιλοτιμια.
Ambitio

ειρωρεια Diſſimulatio ευρωρ Diſſimulator. ειτραπε λοσ Comis. Dext Urban⁹ Feſtiuus. ευτραπελια Comitas Dexteritas. Urbanitas. βωμολοχια ſcurrilitas βωμολοχοσ ſcurra αγκρικοσ Ruſtic⁹. Agreſtis αγροικεια Ruſticitas. καταπληξ Stupidus νεμεσισ Judignatio επικαιρε κακια Maliuolẽtia. νεμεσιτικοσ Indignans επιχαρτο κακοσ Maliuolus

laudabilia/ſed vituperabilia ſunt. ſunt quidẽ igitur ꝛ hoꝛũ plura innominata. tentan
dũ autem quod in alijs/ipſis nomina fingere manifeſtationis gratia/ ꝛ boni quod cõ
ſequit. Circa verũ quidẽ igr̃ medius quidẽ verus quis ꝛ medietas veritas dicatur.
fictio autem/que quidem ad maius iactantia/ ꝛ qui habet eam iactator: que autem ad
minus ironia ꝛ iron. Circa delectabile autẽ: quod quidem in ludo medius quidẽ eu-
trapelos/ ꝛ diſpoſitio eutrapelia. ſuperabundantia autẽ bomolochia: qui autẽ habet
eã bomolochus. qui autem deficit agricos quis: ꝛ habitus agricia. Circa reliquum
autẽ delectabile quod in vita/qui quidẽ delectabilis eſt vt opoꝛtet amicus ꝛ medie-
tas quidẽ amicitia. qui autẽ ſuperabundat: ſi quidem nullius gratia/ placid⁹. ſi autem
vtilitatis alicui⁹ ſui/ blãditoꝛ. qui aũt deficit ꝛ in õnibus indelectabilis/ litigioſus
quis ꝛ diſcholus. ¶ Sunt autem in paſſionibus/ ꝛ in his que ſũt circa paſſiones: me- 24
dietates. verecundia quidem enim virtus non eſt: laudatur autẽ ꝛ verecundus. ꝛ in
his enim hic quidem dicitur medius. qui autẽ ſuperabundat vt catapleꝝ: qui omnes
verecundatur. qui autem deficit vel nequaꝙ̃ verecundatur: inuerecundus. medius
autẽ verecundus. Nemeſis autẽ medietas inuidie ꝛ epichere. ſũt autẽ circa triſticias
ꝛ delectationes: in ijs que accidũt ꝓximis factas. nemeſiticus eni q̇dẽ triſtaṫ de indi-
gne bene operantibus. inuidus autẽ ſuperexcedens hũc: in õnibus triſtatur. epichar-
tocacus autem tãtũ deficit a triſtando/ vt et gaudeat. ſed de his quidẽ igitur alias tẽ-
pus erit. De iuſtitia aũt quia nõ ſimpliciter dicitur poſt hec diuidẽtes/ de vtraq; di-
cem⁹ qualiter medietates ſũt. ſimiliter autẽ ꝛ de rationalibus virtutibus. Cap. VIII.
TRibus autẽ diſpoſitionibus exiſtentibus: duabus quidẽ malicijs hac qui- 25
dẽ ſcd̃m ſuperabundantiã/ hac autẽ ſcd̃m defectũ/ vna autẽ virtute medie-
tate oĩs õnib⁹ opponitur aliqualiter. extreme quidẽ eni ꝛ medie/ adiuicẽ cõ
trarie ſunt: media autẽ extremis. Queadmodũ eni equale ad minus quidez
maius ad maius aũt min⁹: ita medij habitus ad defectus quidẽ ſuperabũdãt/ ad ſup-
abundantiã aũt deficiũt ꝛ in paſſionibus/ et in operationibus. foꝛtis eni ad timidum
quidẽ audax videtur: ad audacẽ autem timidus. ſimiliter autẽ et tẽperatus ad inſen-
ſibilẽ quidẽ intẽperatus: ad intẽperatũ aũt inſẽſibilis. liberalis autẽ ad illiberalẽ qui-
dẽ pꝛodigus: ad pꝛodigũ autẽ illiberalis. Propter quod pꝛoijciũt mediũ extremi alter
ad alterũ. et vocant foꝛtẽ: timidus quidẽ audacẽ/ audax autẽ timidũ. ꝛ in alijs pꝛopoꝛ-
tionabiliter. ¶ Si autẽ oppoſitis adinuicẽ his maioꝛ cõtrarietas eſt extremis adinui- 26
cẽ/ ꝙ̃ ad mediũ. lõgius eni hec diſtãt abinuicẽ ꝙ̃ a medio. queadmodũ magnũ a par-
uo/ ꝛ paruũ a magno: ꝙ̃ ambo ab equali. Adhuc ad mediũ quidẽ quibuſdã extremis
ſimilitudo quedã videtur. vt audacie ad foꝛtitudinẽ/ ꝛ ꝓdigalitati ad liberalitatem.
extremis autẽ adinuicẽ plurima diſſimilitudo. que autẽ plurimũ diſtant abinuicem:
cõtraria determinãtur. quare magis cõtraria/ que plurimũ diſtant. ¶ Ad mediũ aũt 27
opponitur: in his quidẽ magis defectio/ in his autẽ ſupabũdãtia. puta foꝛtitudini q̇-
dẽ nõ audacia/ ſupabundãtia exiſtẽs: ſ; timiditas defectus exiſtẽs. tẽperãtie autẽ nõ
inſẽſibilitas defectus exiſtens: ſed intẽperãtia ſuperabũdãtia exiſtẽs. Propter duas
autẽ cauſas hoc contingit. vnã quidẽ que eſt ex ipſa re: in eſſendo enim ſimili⁹/ ꝛ pꝛo-
ximius alter extremoꝛũ medio. nõ hoc quidẽ ſed cõtrariũ/ opponimus medio magis.
puta quia ſimilius eſſe videtur foꝛtitudini audacia/ ꝛ pꝛoximius/ ꝛ diſſimilius timidi-
tas: hanc magis opponimus. diſtantia enim plus a medio/ cõtraria magis eſſe vidẽ-
tur. vna q̇dẽ igitur cauſa hec ex ipſa re. Alia aũt ex nobiſipſis. ad que eni ipſi magis
nati ſum⁹ aliqualiter: hec magis cõtraria medio videtur. puta ipſi magis nati ſumus
ad delectationes: ideo facilius mobiles ſum⁹ ad intẽperãtiã/ ꝙ̃ ad tẽperãtiã. hec igi-
tur magis contraria dicimus: ad que augmentum magis fit. ꝛ propter hoc intẽperã
tia ſuperabundãtia exiſtens/ magis contraria eſt temperantie. Cap. IX.
QUoniã quidẽ igitur eſt virt⁹ moꝛalis medietas/ ꝛ qualiter/ ꝛ quoniã eſt me- 28
dietas maliciarũ duarũ/ hui⁹ q̇dẽ ſcd̃m ſupabũdantiã/ huius aũt ſcd̃m defe-
ctũ/ ꝛ quoniã talis eſt q; cõiectatrix medij eſt: qd̃ eſt ꝛ in paſſionib⁹/ ꝛ opa-
tionib⁹: ſufficiẽter dictũ eſt. Ideo ꝛ difficile eſt ſtudioſũ eſſe. i vnoquoq; eni
mediũ accipere difficile. puta circuli mediũ nõ cuiuſlibet: ſ; ſcientis. ſic aũt et iraſci
q̇dẽ cuiuſlibz ꝛ facile ꝛ dare argẽtũ/ et cõſumere. cui autẽ/ ꝛ quãtũ/ et qñ/ ꝛ cuius gr̃a/
qualiter: nõ adhuc cuiuſlibet/ nec facile: quod bene eſt/ et rarũ/ ꝛ laudabile/ ꝛ bonum.

29 ¶ Propter qđ oportet cōiectantē mediū: primū quidē recedere a magis cōtrario. quē- Calypſo
admodū ⁊ Calypſo monebat hoc: extra fumū quidē ⁊ vndā cuſtodi nauē. extremorū
enī hoc quidē eſt peccatū maius/ hoc autē minus. quia igiť mediū attigere ſūme dif-
ficile: ſecūdū ſecūdā autē nauigationē aiūt minima ſumēda malorū: hoc autē erit ma
xie hoc modo quo diximꝰ. Intēdere autē opꝫ et ad q̄ ipſi facile ſumus mobiles. alij
enim ad alia apti nati ſumus. hoc autē erit notū ex delectatione/ ⁊ triſticia facta circa
nos. in cōtrariū autē noſipſos attrahere oportet. multū enī abducentes a peccando in
medium veniemus. quod tortuoſa lignorum dirigentes faciūt. In omni autē maxie
obſeruandum delectabile/ et delectationē. nō enī non accipientes iudicamus eā. qđ
igitur plebis ſenes patiebātur ad Helenā: hoc opꝫ pati ⁊ nos ad delectationē/ ⁊ l oī- ſenes grecorū
nibꝰ illorū dicere vocē. ſic igiť abijciētes ipſā minus peccabimus. hoc igitur faciētes helena.
vt in capitulo dicamus: maxime poterimus mediū adipiſci. Difficile aūt forſitā hoc/
⁊ maxie in ſingularibꝰ. nō enī facile determinare qualiter/ ⁊ q̇bus/ et in q̇bus ⁊ quā-
tū tēpus determinādū. etenī nos q̄n̄qꝫ quidē deficiētes laudamus/ ⁊ māſuetos dici-
mus. q̄n̄qꝫ aūt grauātes/ viriles vocamꝰ. Sed q̇ quidē parū a bene trāſgrediť: nō vi-
tuperatur neqꝫ ad maius/ neqꝫ ad minus. ſed qui plus/ iſte enī nō latet. Hic aūt vſqꝫ
quo/ ⁊ iquātū vitupabilis: nō facile ſermone determinare. neqꝫ enī aliđ aliq̇d ſēbiliū.
talia aūt i ſinglaribꝰ/ ⁊ l ſēſu iudiciū. hoc q̇dē igiť tantū oſtēdit q̄m medius habitꝰ in
ōnibus laudabilis. Declinare autē oportet quandoqꝫ quidē ad ſuperabūdantiā/ q̄n̄qꝫ
autem ad defectum. ſic enim facile medium/ ⁊ quod bene: adipiſcemur.

¶ Tertius ethicorum Ariſtotelis. Cap. I.

1 Virtute itaqꝫ et circa paſſiones ⁊ opationes exiſtēte: ⁊ l volūtarijs qui-
dē laudibꝰ ⁊ vituperijs factis/ in inuolūtarijs aūt venia/ q̄n̄qꝫ autem
et miſericordia. volūtarium et inuolūtariū neceſſariū forſitā determi-
nare: de virtute intendentibꝰ. Utile autem ⁊ legiſlatoribus ad hono-
2 res/ ⁊ penas. ¶ Uidētur autē inuoluntaria eſſe que violenta/ vel pro-
pter ignorantiā facta. Uiolentum autē: eſt cuius principiū extra/ tale
exiſtēs in quo nichil cōfert qui operať/ vel qui patitur. puta ſi ſpiritus
3 tulerit alicubi: vel homines dn̄i exiſtentes. ¶ Quecūqꝫ autē propter timorē maiorū
malorū operata ſūt/ vel propter bonū aliqđ/ puta ſi tyrānꝰ precipiat turpe aliq̇d ope-
rari dn̄s exiſtēs parētū/ ⁊ natorū/ et facientes quidē ſaluabūtur/ nō facientes aūt mo-
4 riētur: dubitationē habet vtrū volūtaria ſint/ aut inuolūtaria. ¶ Tale aūt aliq̇d acci-
dit ⁊ circa eas qui in tēpeſtatibus quidē iactationes. ſimpliciter quidē enī nullus ia-
ctat voluntarius: in ſalutē autē ſuiipſius/ ⁊ reliquorū/ oēs intellectū habētes. Mixte
quidē igiť ſunt tales operationes. aſſimilātur aūt magis volūtarijs. volūtarie enī fiūt
tunc cū operantur. finis aūt operationis ſcđm tēpus eſt. ⁊ volūtariū itaqꝫ ⁊ inuolun-
tariū q̄n̄ opatur: dicendū. Operať aūt volēs. etenī principiū mouēdi organicas ptes
in talibꝰ operationibꝰ: in ipſo eſt. quorū autē in ipſo eſt principiū: in ipſo eſt opari vel
nō. volūtaria itaqꝫ talia ſūt/ ſimpliciter aūt forſitā inuoluntaria: nullꝰ enī vtiqꝫ eli-
5 geret ſcđꝫ ſeipſū taliū aliq̇d. ¶ In opatiōibꝰ autē talibus q̄n̄qꝫ ⁊ laudātur: q̄n̄ turpe
aliq̇d/ vel triſte ſuſtinēt pro magnis ⁊ bonis. cū aūt ecōuerſo: vituperātur. turpiſſima
enī ſufferre ꝓ nullo bono aut modico: praui. In aliq̇bꝰ autē laus quidē nō fit/ ſꝫ venia:
q̄n̄ propter hec talia opatur aliq̇s q̄ nō oportet/ q̄ humanā naturā excedūt/ ⁊ q̄ nullus
vtiqꝫ ſuſtineret. Quedā aūt fortaſſis nō eſt cogi: ſed magis moriēdū patiētem duriſſi-
ma. etenī Eurypidis Alcmeona deriſoria vidētur cogentia matrē occidere. Eſt autē Eurypides.
difficile q̄n̄qꝫ iudicare quale ꝓ quali eligendū/ ⁊ q̇d pro quo ſuſtinendū. Adhuc autē Alcmeon
difficilius imorari cognitis. vt enī in multis eſt/ q̄ quidē expectantur/ triſtia: q̄ aūt co
gūtur/ turpia. vnde laudes ⁊ vitupia fiunt circa coactos/ vel nō. Qualia q̇dē igiť di-
cēdū violēta: vel ſimplr quidē quādo cauſa l his q̄ exterius eſt/ ⁊ qui opatur nichil cō-
fert. Que aūt ſcđꝫ ſeipſa quidē inuolūtaria ſūt/ nūc aūt pro his volūtaria: quorū autē
et pricipiū i opante/ ſcđm ſeipſa quidē iuolūtaria ſunt/ nunc autē pro his voluntaria.
Magis autē aſſimulātur voluntarijs. operationes enī in ſingularibus: hec aūt volū-
taria. Qualia aūt pro qualibꝰ eligēdū/ nō facile eſt tradere. multe enī differētie ſūt in
6 ſingularibꝰ. ¶ Si q̇s autē dicat delectabilia/ ⁊ bona violenta eſſe/ cōgūt enī exteriꝰ
exiſtētia: oia vtiqꝫ ſic erūt violenta. horū enī gratia oēs oia operanť. Et q̇ q̇dē vi ⁊ no

vi.

lentes cū triſticia. q̄ autē ꝓpter bonū/cū dilectione. Ridiculū aūt cauſari q̄ exterius:
ſʒ nō ipſū bene venabilē exiſtētē a talibus. Et bonorū quidē ſeipſū/turpiū aūt dele-
ctabilia. Videt̃ vtiq̄ʒ violentū eſſe cuiꝰ extrinſecꝰ ꝑcipiū/nichil cōferēte vim paſſo.
¶ Qđ autē ꝓpter ignorātiā/nō volūtariū quidē oē eſt: inuoluntariū autē qđ triſte/ et 7
in penitudine. qui eni ꝓpter ignorātiā operatur quodcūq̄ʒ/ nichil triſtatus in opatio-
ne: volēs quidē nō opatus eſt qđ nō ſciuit. neq̄ʒ rurſum nolēs: nō triſtatꝰ de eo qđ ꝓ-
pter ignorātiā. qui quidē i penitudine/ nolēs videtur. qui aūt nō penitet/ qꝛ alter ſit:
nō volēs. qꝛ eni differt: melius eſt habere nomē ꝓpriū. ¶ Aliđ aūt videtur et propter 8
ignorātiā operari: ab eo qđ eſt ignorantē facere. ebrius enim/ vel qui iraſcitur/ nō vi-
detur propter ignorantiam operari: ſed propter aliquid eorū que dicta ſunt/ nō ſciens
autē ſed ignorās. ignorat quidē igit̃ ōnis malus: que oportet operari/ et a quibꝰ fugiē-
dū. ⁊ propter tale pctm̄: iniuſti/ ⁊ vniuerſaliter mali fiūt. ¶ Inuoluntariū quidē vult 9
dici nō ſi quis ignorat qđ cōfert. nō enim que in electione ignorātia: cauſa inuolun-
tarij ſed malicie. neq̄ʒ que vniuerſalis. vituperatur eni propter hāc aliquis. ſed que in
ſingularibꝰ i quibꝰ/ ⁊ circa q̄ opatio. i his eni miſericordia/ ⁊ venia. horū eni aliquod
ignorās: inuolūtarie opat̃/ ¶ Forſitā igit̃ nō malū determinare hec: ⁊ q̄/ et quot ſūt/ 10
⁊ q̇s vtiq̄ʒ ⁊ q̇d/ ⁊ circa quid/ vel in quo opatur/ qñq̄ʒ aūt ⁊ quo puta inſtrumento. ⁊
gratia cuiꝰ: puta ſalutis. et qualiter/ puta quiete vel vehemēter. ¶ Oia quidē igitur 11
nullus vtiq̄ʒ ignorabit inſanus. manifeſtū aut ꝙ neq̄ʒ opantē/ qualiter eni ſeipſum?
quid autē operatur ignorabit vtiq̄ʒ aliquis. puta dicētes aiunt excidere ipſos/ vel nō
ſcire quoniā ineffabilia erāt. quēadmodū myſtica Eſchili. vel mōſtrare volēs dimit-
αισκυλοσ Eſcylus poeta tere/ vt qui telū. exiſtimabit vtiq̄ʒ aliquis ⁊ filiū oppugnatorē eē: quēadmodū Me-
rope. ⁊ rotūdari lanceatā haſtā/ vel lapidē pumicē eſſe: ⁊ in ſalutē percutiēs/ occidit
Merope mulieris nomē vtiq̄ʒ. ⁊ oſtēdere volēs quēadmodū pugiles: percutiūt vtiq̄ʒ. Circa omnia vtiq̄ʒ hec
ignorantia exiſtente: in quibꝰ operatio/ qui horū aliquid ignorat: nolēs videt̃ operari
⁊ maxime in principaliſſimis. principaliſſima autē vidētur eſſe in quibus operatio/
⁊ cuiꝰ gratia. Secūdū talē vtiq̄ʒ ignorantiā inuolūtario dicto: adhuc oportet opera-
tionē triſtē eſſe/ et in penitudine. ¶ Exiſtente aūt inuolūtario qđ vi/ ⁊ ꝓpter ignorā- 12
tiā: voluntariū videbit̃ vtiq̄ʒ eſſe cuiꝰ principiū in ipſo ſciēte ſingularia/ in quibꝰ eſt
operatio. ¶ Forſitā eni non bñ dicitur inuoluntaria eſſe que ꝓpter irā/ vel ꝓpter cō- 13
cupiſcētiā. Primū q̇dē eni nullū adhuc aialiū aliorū volūtarie operabit̃/ neq̄ʒ pueri.
Deinde vtrū nichil volūtarie operamur eorū q̄ propter cōcupiſcētiā/ vel irā? vel bo-
na quidē volūtarie/ mala autē nō volūtarie: ſed ridiculū/ vna cauſa exiſtēte. Incōue-
niēs autē forte inuolūtaria. dicere que oportet appetere. oportet aūt et iraſci in quibuſ-
dā/ ⁊ cōcupiſcere quedā. puta ſanitatē/ vel diſciplinā. Vidētur aūt inuolūtaria qui-
dē triſtia eſſe: que autē ſecundū cōcupiſcētiā/ delectabilia. Adhuc aūt quid differunt
in eſſendo inuolūtaria/ que ſecūdum cogitationē/ vel iram peccantur? fugienda enim
ambo. Videntur autem non minus humane eſſe irrationabiles paſſiones: quare ⁊
operationes hominis ab ira/ ⁊ cōcupiſcentia. inconueniens igitur ponere inuolunta-
ria hec.

Cap. II.

DEterminatis aūt volūtario/ ⁊ inuolūtario. de electione ſequitur ptranſire. 14
maxīe eni ꝓpriū videt̃ virtuti eſſe: ⁊ magis mores iudicare electiōe ꝙ ope-
ribꝰ. Electio vtiq̄ʒ volūtariū eē videt̃. ¶ Nō idē aūt ſʒ in plꝰ volūtariū ele- 15
ctioni. volūtario eni/ ⁊ pueri ⁊ alia aialia cōmunicāt: electione autē nō. ⁊
repētina volūtaria q̇dē dicimꝰ: ſcđm electionē autē nō. ¶ Dicentes aūt ipſā cōcupi- 16
ſcētiā/ vel irā/ vel volūtatē/ vel quādā opinionē: nō vidētur recte dicere. Nō eni cō-
mune electio et irrationabiliū/ cōcupiſcētia aūt ira. Et incōtinēs/ cōcupiſcēs q̇dē ope-
ratur: eligēs autē nō. cōtinēs aūt econuerſo eligēs quidē/ ꝯcupiſcēs aūt nō. Et electio-
ni quidē cōcupiſcētia contrariat̃: concupiſcētia aūt concupiſcētie nō. Et cōcupiſcētia
quidē delectabilis/ et triſtis: electio aūt neq̄ʒ triſtis neq̄ʒ delectabilis. Ira aūt adhuc
minꝰ. nequaꝙ eni q̄ ꝓpt̃ irā ſcđm electionē eſſe vidētur. Sʒ neq̄ʒ volūtas: ꝙuis ꝓpi-
υποκριτησ hyſtrio fictor qua eſſe videat̃. Electio eni nō eſt ipoſſibiliū. ⁊ ſi quis dicat eligi/ videbit̃ vtiq̄ʒ inſi-
piēs eſſe. volūtas aūt eſt ipoſſibiliū: puta imortalitatis. Et volūtas quidē eſt/ ⁊ circa
ea q̄ nequaꝙ ꝑ ipſū opata ſūt vtiq̄ʒ. puta hypocritā vincere aliquē/ vł athletā. eligit
αθλητησ pugil autē talia nullus/ ſed quecūq̄ʒ putat fieri ꝑ ipſū. Adhuc autē volūtas quidē eſt magis

finis/electio autē eorū que ſuntad finē:puta ſanitatē volumus/eligimꝰ autē ꝑ que ſa
ni erimus.et felices eſſe volumus/eligimꝰ autē dicere nō cōgruit. Uniuerſaliter au=
tē videt̄ electio circa ea que in nobis ſunt. Neq3 opinio iā vtiq3 erit.opinio quidē eni
videtur circa oīa eſſe:et nichil minꝰ circa eterna/et impoſſibilia/et ea que ī nobis. Et
falſo/et vero diuidit̄:et nō malo et bono.electio aūt his magis. vniuerſaliter q̄dē igit̄
opinioni nō idē forſitā:neq3 dicit aliquis. Sed neq3 cuidā.in eligēdo eni bona vł ma
la quales q̄dē ſumꝰ:ī opinādo aūt nō. Et eligimus q̄dē accipere/vel fugere/vel aliq̄d
taliū.opinamur aūt q̄d eſt/vel cui cōfert/vel qualiter.accipere aūt/vł fugere nō mul=
tū opinamur. Et electio q̄dē laudatur in eſſendo cuius oportet magis vel recte:opi=
nio aūt in eſſēdo et vere. Et eligimꝰ quidē q̄ maxime ſcimꝰ bona exiſtētia:opinamur
aūt que nō multū ſcimus. Et videtur nō idē et eligere optima/ꝛ opinari.ſed quidam
opinari quidē melius:propter maliciā autē/eligere nō que oportet. Si aūt preſit opi=
nio electi/vel ſubſequatur:nichil differt.nō eni hoc ītēdamꝰ ſ3 ſi idē eſt opinioni cui=
17 dā. Quid agitur/vel quale q̄d eſt/quoniā dictorū nichil:volūtariū q̄dē videtur.vo
luntariū autē nō omne eligibile:ſed certe ꝓconſiliatum.electio eni cū ratione et itel=
lectu.ſubſignificare autē videtur ꝛ nomē:vt ens p̄e aliis eligibile. Cap.III.

18 Conſiliātur aūt/vtrū de omnibꝰ/ꝛ ōne cōſiliabile eſt/aut de q̄buſdā nō eſt
19 cōſiliū. Dicēdū autē forſitā cōſiliabile/nō pro quo cōſiliabitur vſq3 aliq̄s
inſipiens vel īſanus:ſed pro quibꝰ intellectū habēs. De eternis autē nullꝰ
cōſiliat̄:puta de mūdo/vel diametro/vel coſta/quoniā incommēſurabiles.
Sed neq3 de iis que in motu/ſemꝑ aūt ſcđm eadē factis:ſiue ex neceſſitate/ſiue ex na
tura/vel ꝓpter aliquā aliā cauſā.puta ſolis verſionibꝰ/ꝛ ortibꝰ. Neq3 de iis que ali=
as aliter:puta ſiccitatibꝰ/ꝛ imbribus. Neq3 de iis q̄ a fortuna:puta theſauri inuētione.
Sed neq3 de humanis ōnibus.puta qualiter Scythe optime cōuerſētur:nullus vtiq3 Scythe
20 Lacedemoniorū cōſiliat̄.nō eni fiet vtiq3 eorū ꝑ nos aliq̄d. Conſiliamur aūt de iis Lacedemonū.
que ī nobis et operabilibus.hec aūt ſūt ꝛ reliqua. Cauſe eni videntur eſſe natura/ꝛ ne=
ceſſitas/ꝛ fortuna.adhuc aūt et intellectus:ꝛ ōne q̄d ꝑ hoīem.hoīm aūt ſinguli cōſi=
21 liant̄ de iis que ꝑ ipſos opabilibus. Et quidē circa certas ꝛ ꝑ ſe ſufficiētes diſcipli=
narū nō eſt cōſiliū:puta de litteris.nō eni dubitamus qualiter ſcribēdū:ſed q̄cūq3 fi=
unt ꝑ nos. Nō ſimiliter aūt ſemꝑ de iis cōſiliamur:puta de iis q̄ circa medicinalem/ꝛ
negociatiuā/ꝛ circa gubernatiuā magis q̄ circa gymnaſticā/quāto minus certifica
ta eſt.ꝛ adhuc de reliq̄s ſilr̄. Magis aūt et circa artes/q̄ circa diſciplinas.magis eni
circa ipſas dubitamus. Cōſiliari aūt op3 ꝛ de iis q̄ vt ſepius/īcertis aūt q̄lit̄ euenīēt/
ꝛ ī q̄bꝰ īdeterminatū. Cōſiliatores aūt aſſumimus ī magna diſcredentes nobiſipſis
velut nō ſufficiētibus dino ſcere. Cōſiliamur aūt nō de finibus:ſed de iis q̄ ad fines.
neq3 eni medicus cōſiliatur ſi ſanabit/neq3 rhetor ſi ꝑſuadebit/neq3 politicꝰ ſi pacē
faciet neq3 reliquorū aliq̄s de fine. Sed ponētes finē aliquē:qualiter/ꝛ ꝑ q̄ erit/intē=
dūt.ꝛ ſi ꝑ plura q̄dē videatur fieri:ꝑ q̄d facillie ꝛ optie/intēdūt.ſi aūt ꝑ vnū:ꝓcurat̄
qualiter ꝑ hoc erit/ꝛ illud ꝑ q̄d/quouſq3 veniāt ad primā cauſā q̄ inuētiōe vltima eſt.
Qui eni cōſiliatur:videtur q̄rere/ꝛ reſoluere dicto modo queadmodū diagramma. Diagramma.
22 Videtur aūt q̄ſtio quidē nō oīs eſſe cōſiliū:puta mathematice.cōſiliū autē omne/ Deſignatio
q̄ſtio.ꝛ q̄d vltimū eſt in reſolutione:primū eſſe in ḡnatione. Et ſi quidē īpoſſibile iue= linearum.
niāt/diſcedūt.puta ſi pecuniis indiget/has aūt nō poſſibile eſt tribui.ſi aūt poſſibile Menſula py=
videatur:incipiūt operari.poſſibilia aūt:q̄ per nos fiūt vtiq3.que eni per amicos:per thagore.
nos aliqualiter fiūt.p̄ncipiū eni ī nobis. Querūtur aūt quādoq3 q̄dē īſtrumēta:q̄nq3
aūt neceſſitas horū ſimiliter aūt ꝛ in reliq̄s quādoq3 quidē per q̄d:q̄nq3 aūt qualit̄ vł
ꝓpter quid. Videt̄ aūt (queadmodū dictū eſt) homo eſſe principiū operationū:cōſiliū
aūt de operabilibꝰ ab ipſo. Operationes aūt aliorū gratia nō igitur vtiq3 cōſiliabilis
23 finis/ſed que ad fines. Neq3 vtiq3 ſingularia:puta ſi panis/hoc vel digeſtū eſt vt
24 oportet.vel factū eſt vt oportet.ſenſus eni hoc certificat. Si aūt ſēper cōſiliabitur:
in infinitū veniet. Cōſiliabile aūt/et eligibile idem. verūtamen determinatū eſt iam
eligibile. Quod eni cōſilio ꝓiudicatū eſt eligibile eſt.quieſcit enim vnuſquiſq3 que=
rēs/qualiter opabitur:quando in ſeipſū reducet principiū/ꝛ ipſū ī antecedēs.hoc eni
eſt quod eligitur. Manifeſtū aūt hoc et ex antiquis vrbanitatibus quas Homerus eſt
imitatus.reges enim que eligebāt/annūciabant plebi. Exiſtēte aūt eligibili/cōſilia= Homerus

bili/deſiderabili eorũ que in nobis:et electio vtiq₃ erit conſiliabile deſideriũ eorũ que in nobis.ex cõſiliari enĩ iudicãtes:deſideramus ſecundũ cõſiliũ. Electio quidẽ igitur typo nunc:non vt conſuetum eſt dicere ſecundũ ſubſcriptionẽ/ſed vniuerſaliter dicta ſit/et circa qualia eſt/et quoniã eorum que ad fines. Cap.IIII.

VOluntas autẽ quoniã quidẽ finis eſt/dictũ eſt. videtur autẽ his q̃dẽ ꝑ ſe boni eſſe:his autẽ apparẽtis boni.cõtingit autẽ voluntabile per ſe bonũ dicẽtibus:nõ eſſe voluntabile quod vult qui nõ recte vult.ſi enĩ erit voluntabile/⁊ bonũ.erit autẽ ſi ſic cõtingit:quãdoq₃ malũ. Rurſus autẽ voluntabile apparẽs bonũ dicẽtibus/nõ eſſe natura volũtabile:ſed vnicuiq₃ qđ videtur.alij autẽ aliđ videtur.⁊ ſi ſic/cõtigit cõtraria. Si aũt vtiq₃ hec nõ placẽt:ergo dicẽdũ ſimpliciter quidẽ et ſecundũ veritatẽ:volũtabile eſſe ꝑ ſe bonũ/vnicuiq₃ autẽ quod videtur. ¶Studioſo quidẽ igitur quod ſecundũ veritatẽ eſt:prauo aũt quod cõtingit. quẽad- 25
26
modũ et in corporibus bene diſpoſitis quidẽ.ſana ſunt ſcđm veritatẽ talia exiſtentia. infirmis autẽ altera.ſimiliter autẽ amara/⁊ dulcia/⁊ calida/⁊ grauia:et aliorum ſingula. Studioſ⁹ enĩ ſingula iudicat recte/et in ſingulis ei verũ apparet.ſcđ₃ enĩ vnũquẽq₃ habitũ ꝓpria ſũt ⁊ bona/⁊ delectabilia. Et differt plurimũ forſitã ſtudioſ⁹ ob verũ in ſingulis videre.quẽadmodũ regula ⁊ mẽſura eorũ exiſtẽs. Multis aũt deceptio ꝓpter delectationem videtur fieri.nõ enĩ exiſtẽs bonũ videtur.⁊ deſiderãt igitur delectabile vt bonũ:triſtitiã autẽ vt malum fugiunt. Cap.V.

EXiſtente igitur volũtabili quidẽ finis/cõſiliabilib⁹ aũt ⁊ eligibilib⁹ eorũ q̃ 27
ad finẽ:que circa hec operationes ſcđm electionẽ/erũt vtiq₃ ⁊ voluntarie. ¶Virtutum autem operationes circa hec/in nobis autem eſt virtus. Si- 28
militer ⁊ malicia.in quibus enĩ in nobis oꝑari:⁊ nõ oꝑari: et ĩ quib⁹ nõ/et etiã. quare ſi oꝑari bonũ exiſtens in nobis eſt:⁊ operari in nobis erit malũ exiſtens. et ſi nõ oꝑari bonũ exiſtẽs in nobis/et oꝑari malũ. Si aũt in nobis bona oꝑari/⁊ mala:ſimiliter aũt ⁊ nõ oꝑari/hoc aũt erat et bonos ⁊ malos eſſe:in nobis erit decentes et prauos eſſe. ¶Dicere autẽ ꝙ nullus volẽs malus/neq₃ nolẽs beatus:aſſimilatur 29
hoc quidẽ mẽdaci/hoc aũt veraci.beatus enĩ null⁹ nolẽs/malicia aũt volũtariũ. Vel in nũc dictis dubitãdũ.⁊ hominẽ nõ dicẽdũ eſſe principiũ neq₃ genitorẽ oꝑationũ/ quẽadmodũ ⁊ natorũ. Si autẽ hec videtur/et nõ habemus in alia principia reducere p̃ter ea q̃ in nobis/quorũ ⁊ principia in nobis:⁊ hec in nobis/⁊ volũtaria. His autem videtur teſtificari et ꝓpria q̃ a ſingulis/⁊ ab ipſis legiſlatorib⁹.puniũt enĩ ⁊ cruciãt oꝑantes mala/quotquot nõ vi/aut ꝓpter ignorãtiã cui⁹ nõ ipſi cauſa. bona aũt operãtes honorãt. velut hos q̃dẽ ꝓuocãtes/hos aũt ꝓhibẽtes. Quis ad ea q̃ neq₃ ĩ nobis ſũt neq₃ volũtaria/nullus ꝓuocat oꝑari. vt nichil ante op⁹ exiſtẽs ſuadere.puta non calefieri/vel dolere/vel eſurire:vel aliud quodcũq₃ taliũ.nichil enĩ minus patiemur hec. Etenĩ ĩ ipſo ignorãte puniũt ſi cauſa videatur eſſe ignorãtie/puta ebrijs duplices ĩcrepatiões.pricipiũ enĩ in ipſo.dñs enĩ eſt ei⁹ qđ eſt nõ inebriari/hoc aũt ignorantie cauſa.⁊ ignorantes aliquid eorũ que in legibus que oportet ſcire/⁊ nõ difficilia ſũt/ ſimiliter aũt et in alijs quecũq₃ per negligẽtiã ignorare videtur/vt in ipſis exiſtente nõ ignorare.eius enĩ quod eſt diligentes eſſe domini.ſed forſitã talis aliq̃s eſt vt non diligẽs ſit:ſed eius quod eſt tales fieri ipſi cauſa viuẽtes remiſſe.et ei⁹ quod eſt iniuſtos vel incõuenientes eſſe/hi quidẽ mala faciẽtes/hi aũt in potationibus ⁊ in talibus degentes. Que enĩ circa ſingula:tales operatiões faciũt.hoc aũt manifeſtũ eſt ex me-
αγωνια ditantibus ad quãcũq₃ agoniã vel operationem. perficiunt enĩ operantes. ignorare
Exercitatio quidẽ igitur quoniã ex operari circa ſingula habitus fiunt:pene eſt inſẽſibilis. Adhuc
Solicitudo autẽ irrationabile iniuſta faciẽtem nõ velle iniuſtũ eſſe.aut ſtuprantẽ incõtinẽtẽ eſſe. ſi autẽ nõ ignorãs aliquis operatur ex q̃b⁹ erit iniuſt⁹:volẽs iniuſt⁹ vtiq₃ erit. ¶Nõ 30
tamẽ ſi velit iniuſt⁹ exiſtẽs:requieſcet/⁊ erit iuſt⁹.nõ enĩ q̃ egrotat/ſanus.⁊ ſi ſic cõtingit/volẽs egrotat:incõtinenter viuens ⁊ inobediẽs medicis.tũc quidẽ igitur inerat ei nõ egrotare.emiſſo autẽ/nõ adhuc.quẽadmodũ neq₃ dimittẽdi lapidẽ/adhuc ipſũ poſſibile eſt reſumere:ſed tamẽ in ipſo erat mittere et ꝓijcere principiũ enĩ in ipſo.ſic aũt ⁊ iniuſto/⁊ incõtinenti .ex principio quidẽ inerat tales nõ fieri:propter qđ volẽtes ſunt.factis aũt/nõ adhuc ineſt nõ eſſe. Nõ ſolũ aũt anime malicie volũtarie ſunt/ ſed quibuſdã ⁊ q̃ corporis/quos et increpam⁹.propter naturã quidẽ enĩ turpes nullus

increpat:ſed eos qui ꝓpter deſidiam ⁊ negligentiã.ſimiliter aũt ⁊ circa imbecillitatẽ
et turpitudinẽ ⁊ orbitatẽ.nullus enim vtiqꝫ improperabit ceco natura.vel ex īfirmi-
tate/vel ex plaga/ſed magis miſerebiť.cũ autẽ qui ex vini potatione/ vel alia incõti-
nentia:omnis vtiqꝫ increpabit.earũ aũt que circa corpus maliciarũ/que in nobis/in-
crepanť:que autẽ nõ in nobis/non.ſi autẽ ſic/⁊ in alijs que increpanť vtiqꝫ malicie:
31 in nobis vtiqꝫ erunt. ¶Si autẽ quis dicat quoniã omnes deſiderant apparẽs bonũ:
phantaſie autẽ nõ dñi:ſed qualiſcũqꝫ eſt vnuſquiſqꝫ/talis finis videť ei. Si quidem
igiť vnuſquiſqꝫ eſt habitus ſibi qualiter cauſa:⁊ phãtaſie erit qualiter cauſa ipſe. Si
autẽ nullus ſibi cauſa eſt eius qđ male facere/ſed ꝓpter ignorantiã finis hoc operať/
propter hoc exiſtimãs fore ſibi optimũ:finis autẽ deſideriũ non ſpontaneũ/ſed inna-
ſci oportet.quẽadmodũ viſũ habentẽ quo iudicat bñ/et quod ſecundũ veritatẽ:bonuꝫ
deſiderabit.⁊ eſt bene natus/cui hoc bñ innatũ eſt/quod eni maximũ/⁊ optimũ.⁊ qđ
ab alio nõ poſſibile accipere neqꝫ diſcere ſed quale innatũ eſt tale habebit. ⁊ quidẽ bñ
32 et optime hoc innatũ eſſe:ꝑfecta ⁊ vera erit vtiqꝫ bona natiuitas.¶Si vtiqꝫ hec ſũt
vera/quid magis virtus ꝙ malicia erit volũtariũ:ambob⁹ eni ſimiliter ⁊ bono ⁊ ma
lo finis natura:vel qualitercũqꝫ videť/et iacet.reliqua autẽ ad hec referẽtes/ operanť
qualitercũqꝫ.ſiue vtiqꝫ finis nõ natura vnicuiqꝫ videť qualitercũqꝫ/ſed ꝗ ⁊ apud ip-
ſum eſt:ſiue finis naturalis/in reliqua autẽ operando voluntarie ſtudioſũ/ virtus ta-
men voluntariũ eſt/nichilminus ⁊ malicia voluntariũ vtiqꝫ erit.ſimiliter enĩ ⁊ ma-
lo exiſtit quod ꝓpter ipſũ in operationib⁹/⁊ in fine.ſi igiť ⁊ quẽadmodũ dicitur vo-
luntarie ſũt virtutes (etenĩ/habituũ concauſe qualiter ipſi ſumus /et in quales quidẽ
exiſtẽdo finem talẽ ponim⁹) volũtarie ⁊ malicie vtiqꝫ erunt.ſimiliter enĩ vtraqꝫ ſũt.
33 ¶Cõmuniter igiť de virtutibus dictũ eſt nobis/⁊ genus typo/ quoniã medietates
ſunt et quoniã habitus/et a quibus fiũt/qm̃ harũ operatiue ⁊ ſecundũ ſeipſas : et qm̃
in nobis et voluntarie fiunt/ vt vtiqꝫ recta ratio ꝑcipiet.nõ ſimiliter aũt operationes
voluntarie ſunť ⁊ habitus.operationũ quidẽ enim a principio vſqꝫ ad finẽ domini ſu
mus/ſcientes que ſecundũ ſingula.habituũ aũt a principio ſumus.eorũ que ſecundũ
ſingula aũt/adiectio nõ cognita:quẽadmodũ in egrotationibus.ſed quoniam in no-
bis erat ſic vti vel nõ ſic:vtiqꝫ propter hoc voluntarij.Reſumentes autẽ de vnaqua-
qꝫ dicemus que ſunt/et circa qualia et qualiter.ſimul aũt erit manifeſtũ et quot ſunt/
et primum de fortitudine. Cap.VI.

34 Quoniam igiť medietas eſt circa timores ⁊ audacias/iã et prius dictũ eſt.ti-
menius autẽ terribilia.hec autẽ ſunt (vt ſimpliciter ſit dicere) mala. ꝓpter
quod et timorẽ determinant expectationẽ mali.timemus igiť oẽs/mala: pu
ta malã opinionẽ/inopiã/egritudinẽ/inimicitiã/⁊ mortẽ. Sed nõ circa om
nia videtur fortis eſſe.quedã eni et oportet timere/et bonũ.quod aũt non/malũ.puta
malã opinionẽ.qui quidẽ eni timet/decens et verecũdus.ꝗ autẽ nõ timet:inuerecun
dus.diciť autẽ a quibuſdã fortis ſecundũ methaphorã/habet enĩ aliquid ſimile forti: μεταφορα
impauidus eni quis ⁊ fortis.inopiã autẽ forſitan nõ oportet timere/ neqꝫ egritudinẽ Tranſlatio
neqꝫ vniuerſaliter quecũqꝫ nõ a malicia/neqꝫ ꝓpter ſeipſũ.ſed neqꝫ is qui circa hec
impauidus/fortis.dicim⁹ autẽ et hunc ſecundũ ſimilitudinẽ.quidã eni in bellicis pe
riculis timidi exiſtentes liberales ſunt:et ad pecuniarũ emiſſionẽ bene audenter ha-
bent. Neqꝫ ſi quis iniuriã circa pueros vel vxorem timet/ vel inuidiam/ vel aliquid
talium/timidus eſt.neqꝫ ſi audet flagellandus:fortis. ¶Circa qualia igiť terribiliuꝫ
35 fortis/ vel circa maxima:nullus eni magis ſuſtinet ꝑicula ꝙ fortis.terribiliſſimũ aũt
mors.terminus enĩ.⁊ nichil adhuc mortuis videtur bonũ vel malum eſſe. ¶Videbi
36 tur autẽ vtiqꝫ neqꝫ circa mortẽ que in omni/fortis eſſe.puta in mari/ vel ĩ egritudini-
bus.in quibus igitur:vel in optimis:tales autẽ qui in bello.in maximo enim ⁊ op-
timo periculo. Concordes autem ⁊ his ſunt honores in ciuitatibus ⁊ apud monar- μοναρχης
chas. ¶Principaliter autem dicetur vtiqꝫ fortis/qui circa bonã mortem impauidus/ Unus princi-
37 et quecũqꝫ mortem inferunt repentina exiſtentia.talia autẽ maxime que circa bellũ. patus Rex
Sed adhuc ⁊ in mari / et in egritudinibus intimidus / qui fortis. non ſic autem vt Princeps
marinarij.hi quidem enim deſperant ſalutem/et mortem talem aſpernantur.hi autẽ
bene ſperantes ſunt propter experientiam. Similiter autem et viriliter agũt: in qui-
bus eſt fortitudo/aut bonum mori,in talibus autem corruptionibus neutrum exiſtit,

Cap.VII.

TErribile autē non omnibus quidē idē. dicimus autem quid ⁊ ſuper homi= 38
nē/ hoc quidem igiť terribile ōni intellectū habenti. qđ autē ſecundū hominē
differt magnitudine/ et in eo quod magis et minus. ſimiliter autem ⁊ auſibi
lia. ¶ Fortis aūt inſtupeſcibilis vt homo. timebit quidē igiť ⁊ talia: vt opor 39
tet autē/ et vt ratio ſuſtinebit boni gratia. hic enim finis virtutis. Eſt autem magis et
minus hec timere/ et adhuc nō terribilia vt talia timere. fit autē peccatorum hoc qui=
dem quoniā qđ nō oportet/ hoc autē quoniā non vt oportet/ hoc vero quoniā nō quan
do/ vel aliquid taliū. ſimiliter autē ⁊ circa auſibilia. Qui quidē igiť que oportet/ ⁊ cu=
ius gratia ſuſtinet: ⁊ timet/ ⁊ vt oportet et quādo/ ſimiliter aūt ⁊ audet: fortis. ſecūdū
dignitatē enī/ ⁊ vt vtiq; ratio: patiť ⁊ operatur fortis. ¶ Finis autē oīs opationis eſt 40
qui ſecundū habitū. et forti aūt fortitudo bonū/ talis autē finis. determinať autē vnū=
quodq; fine. boni vtiq; gratia fortis ſuſtinet: ⁊ operať que ſecundū fortitudinē. ¶ Su 41
perabundātiū aūt qui ǭdem in pauiditate: innoiatus. dictū eſt autē a nobis in priori=
bus quoniam multa ſunt innoiata. erit autē vtiq; aliquis inſanus/ vel ſine ſenſu do=
Celte loris/ ſi nichil timeat: neq; terre motū/ neq; inundationes quēadmodū aiunt Celtas.
Qui autem in audēdo ſupabundat circa terribilia/ audax. videť autem ⁊ ſuperb9 eſſe
audax/ et fictor fortitudinis. vt igitur circa terribilia ille ſe habet/ ſic iſte vult videri. ī
quibus igiť poteſt/ imitať. propter quod ⁊ ſunt multi ipſorū audaces timidi. in his au=
tem audientes: terribilia nō ſuſtinent. Qui autē in timendo ſupabūdat: timidus. ete=
nim que nō oportet/ ⁊ vt nō oportet/ ⁊ talia omnia ſequūtur ipſū. deficit autē audēdo.
¶ Sed in triſticijs ſupabundans magis manifeſtus eſt. Deſperans vtiq; quis timid9. 42
omnia enī timet. fortis autē ꝯtrarius. in audēdo enī bone ſpei eſt. ¶ Circa hec quidē 43
igitur eſt timidus ⁊ audax/ ⁊ fortis. differenter autē habent ad hec. hi quidē enim ſu=
perabundant/ ⁊ deficiunt: hic autem medio modo ſe habet ⁊ vt oportet. Audaces ǭdē
preuolantes ⁊ valentes ante pericula: in ipſis autē diſcedunt. fortes autē in operatio=
nibus acuti/ prius autē quieti. Quēadmodum autē dictum eſt fortitudo medietas eſt
circa auſibilia/ ⁊ terribilia in quibus dictū eſt: et quoniā bonū deſiderat et ſuſtinet/ vť
quoniam turpe/ nō. ¶ Mori autē fugientē inopiam/ vel cupidinem/ vť aliquid triſte: 44
non fortis ſed magis timidi. mollicies enī fugere laborioſa. et nō quoniā ſuſtinet bo=
num: ſed fugiens malū. eſt quidem igitur fortitudo tale quid.

Cap.VIII.

DIcūtur autem et alie ſecundū quinq; modos. Primū quidē politica. maxīe 45
autē aſſimilatur. videntur enī ſuſtinere pericula ciues ꝑpter eas (que legib9)
increpationes et opprobria/ et ꝑpter honores. et ꝑpter hoc fortiſſimi videnť
homerus eſſe apud quos timidi inhonorati: fortes vero honorati. Tales autē et Home
Diomedes rus facit/ puta Diomedē et Hectora: Polydamas michi primū redargutiones repo=
hector polydamas net. et Diomedes. Hector enim aliquando dicet in Troianis cōtionans/ Titides au=
Troiam tē a me. Aſſimilatur autē hec maxime ei que prius dicta eſt: quoniā ꝑpter virtutē fit.
ꝑpter verecundiā enī et boni deſiderium. honoris enim gratia/ ⁊ fuge opprobrij tur=
pis exiſtentis. Ponet autē vtiq; aliquis ⁊ a principibus coactos in idē. deteriores au
tem: quādo nō ꝑpter verecundiā/ ſed ꝑpter timorē id operantur ⁊ fugientes nō tur=
pe/ ſed triſte. cogunt enī dñi quēadmodū Hector. quē autem ego ſine bello timentem
intelligam: nō ſibi ſufficiēs erit fugere canes. Et qui ꝑcipiunt ⁊ ſi recedant ꝑcutien=
tes: idē operantur. et qui añ muros/ foueas ⁊ talia ꝑordinant: oēs enī cogunt. oportet
autem nō ꝑpter neceſſitatē fortē eſſe: ſed quoniā bonū. ¶ Videtur autē et experiētia 46
Socrates que circa ſingula: fortitudo eſſe. vnde Socrates exiſtimauit ſcientiā eſſe fortitudinem.
ΙΔΙΩΤΗΣ tales autem alij quidē in alijs: in bellicis autē milites. videnť autē multa inania eſſe
Durus belli: que maxime conſpexerunt iſti. videnť vtiq; fortes. quoniā nō ſciunt alij / qualia
plebeus ſunt. deinde facere/ ſed nō pati maxime poſſunt ex experientia: et cuſtodire/ et percu=
Indoctus tere/ potentes vti armis. et talia habentes qualia vtiq; erūt et ad facere/ et ad pati for
tiſſima: quēadmodum inermibus armati pugnant ⁊ athlete idiotis. etenim in talib9
agonibus nō fortiſſimi/ pugnaciſſimi ſunt: ſed maxime potētes et corpora optima ha
bentes. Milites aūt timidi ſunt quādo ſuperextenditur periculū. et deficiunt multitu
dinibus/ et ꝑparationibus. primi enim fugiunt: ciuilia autē ꝑmanentia moriunť. qđ
et in Hermeon cōtigit. his quidē enim turpe fugere: et mors tali ſalute eligibilior. hi

autē et ex principio periclitabantur vt meliores exiſtētes: cognoſcentes aūt fugiunt/
47 mortē magis turpi timētes.fortis autē nō talis. ¶Et furorē autē ſuper fortitudinem
inferunt.fortes eni eſſe videnł/et qui ꝑpter furorē quēadmodū fere in vulnerantes fe
rūtur quoniā ⁊ fortes furoris ſpeciē habent.impetuoſiſſim⁹ eni furor ad pericula. vñ
et Homerus. virtutē immitte furori/⁊ virtutē per furorē erige:⁊.auſterā autē per ſin homerus
gulas nares virtutē/⁊ ebulliuit ſāguis.oia eni talia videnł ſignificare furoris erecti-
onem ⁊ impetū.Fortes quidē igitur ꝑpter bonū operanł:furor autē cooperał eis. Fe
re autē ꝑpter triſtitiā.ꝑpter vulnerari eni/vel ꝑpter timere:quia ſi in ſylua eſſent vł
in palude nō aduenirent.nō vtiq; ſunt fortes:a dolore ⁊ furore impulſe ad periculū/
nichil periculorū preuidentes.quia ſic et aſini fortes eſſent eſurientes.ꝑcuſſi enim nō
deſiſtunt a paſcua.ſed et adulteri ꝑpter concupiſcentiā/⁊ audaciā multa operanł.nō
vtiq; ſunt fortia per dolorē vel furorē/impulſa ad periculū.naturaliſſima autē videł
(que ꝑpter furorē) eſſe:⁊ ꝑaccipiens electionē/et cui⁹ grā fortitudo.⁊ hoies vtiq; ira-
ti quidē dolent:punientes autē delectanł.qui autē ꝑpter hoc:pugnaces quidē nō for
tes autē.nō eni ꝑpter bonū neq; vt ratio:ſed ꝑpter paſſionē.ſimile autē habent ali-
48 quid. ¶Neq; vtiq; bone ſpei cōfidentes exiſtentes:fortes.ꝑpter multotiēs eni ⁊ mul
tos viciſſe/cōfidunt in periculis. Cōſimiles autē quoniā ambo audaces.ſed fortes q-
dem propter ꝑdicta audaces/hi autē ꝑpter exiſtimare meliores eſſe ⁊ nichil contrapa
ti.tale autē faciūt ⁊ inebriati.bñ ſperantes enim fiunt.quādo autē ipſis nō accidūt ta
lia fugiunt.fortis autē erat terribilia homini exiſtentia/⁊ nō apparentia ſuſtinere:qm̄
bonū.et turpe/nō. Propter quod et fortioris videł eſſe in repentinis timoribus ⁊ ipa
uidum ⁊ inturbatū eſſe/ꝙ in ꝑmanifeſtis.ab habitu enim magis/vel quoniā minus
ex ꝑparatione.ꝑmanifeſta quidē igitur et ſi ex ratione et ex cogitatione aliquis ꝑeli-
49 gat:repentina autē ſecundū habitū. ¶Fortes autē videntur ⁊ ignorantes.et ſunt nō
longe ab ijs qui bone ſpei:deteriores autē quanto dignitatē nullā habent.illi autem
propter quod ⁊ permanent per aliqđ tēpus:hi aūt decepti ſi cognouerunt quoniā ali- Argei
ud eſt ꝙ ſuſpicanł/fugiunt qđ Argei patiebanł incidentes Laconib⁹ ⁊ Sicyonijs. et Lacones
fortes vtiq; dicti ſunt quales quidam exiſtimati fortes. Cap. VIIII. Sicyonii

50 Circa audacias aūt ⁊ timores fortitudo exiſtens nō ſimiliter circa ambo eſt/
ſed magis circa terribilia.in his eni ⁊ imperturbat⁹/⁊ circa hec vt oportet ha
bens:fortis magis ꝙ circa audacias. In ſuſtinendo vtiq; triſticias vt dictū
eſt:fortes dicuntur.ꝑpter qđ et fortitudo triſte.et iuſte laudał.difficilius eni
51 triſticias vt dictū eſt ſuſtinere/ꝙ a delectationib⁹ abſtinere. ¶Sed ⁊ adhuc videbitur
vtiq; eſſe/qui ſecundū fortitudinē finis delectabilis:ab his autē que circa finē euane-
ſcere.quale ⁊ in gymnaſticis agonibus fit.pugilib⁹ enim finis quidē delectabilis/cu
ius gratia corone ⁊ honores.ꝑcuti autē doloroſū ſi carnales.et triſte ois labor. ꝑpter
multa autē hec eſſe/paruū exiſtens cuius grā:nichil delectabile videł habere. ſic vti-
q; tale eſt ⁊ qđ circa fortitudinē.mors quidē ⁊ vulnera triſtia forti/⁊ nolenti erūt.ſu-
52 ſtinet autē hec qm̄ bonū vł qm̄ turpe nō. ¶Et quāto vtiq; magis virtutē habeat ōnē/et
felicior ſit:magis in morte triſtior erit.tali eni maxie viuere dignū/⁊ iſte maximis bo
nis priuatur ſciēs:triſte aūt hoc/ſed nichilminus fortis. forſitan aūt ⁊ magis fortis/
53 qm̄ bonū in bello pro illis eligit. ¶Nō vtiq; autē in omnibus virtutibus delectabi-
54 liter operari exiſtit:ꝑterꝙ inquātū finē attingit. ¶Milites aūt nichil forſitan prohi-
bet nō tales eſſe optimos:ſed eos qui minus quidem fortes/aliud autem bonum nul-
lum habentes.parati quidē enim iſti ad pericula/et vitā ad parua lucra permutantur.
De fortitudine quidem igitur in tātum dictum ſit .quid autem eſt/ nō difficile typo
accipere:ex ijs que dicta ſunt. Cap. X.

55 Poſt hec autē de tēperantia dicamus. videnł eni irrationabilium partiū he
eſſe virtutes. Quoniā quidē igił medietas circa delectationes temperantia/
dictū eſt nobis.minus eni et nō ſimiliter eſt circa triſtitias/in his aūt ⁊ intē
56 perantia videł. Circa quales igł delectationū/nunc determinem⁹. ¶De-
terminanł aūt animales ⁊ corporales puta amor honoris/amor diſcipline.vterq; eni
horū gaudet cuius amatiuus eſt nichil patiente corpore ſed magis mente. Qui autē
circa tales delectationes:neq; tēperati/neq; intemperati dicunł. Similiter autē ne-
q; qui circa alias q̄cunq; nō corporales ſunt.amatores eni fabularū/et narratores/ et

de contingentibus conterentes dies:garrulos/intẽperatos autẽ nõ dicim⁹/neqꝫ con
triſtatos in pecunijs vel amicis.circa corporales erit vtiqꝫ tẽperantia. ¶Nõ omnes 57
autem neqꝫ has.q̇ eni gaudent ijs que per viſum/puta coloribus/et figuris/⁊ ſcriptu
ra:neqꝫ tẽperati/neqꝫ intẽperati dicunt.Quis videatur vtiqꝫ eſſe ⁊ vt oportet gau-
dere in his:et ſecundũ ſuperabũdantiã et defectum. Similiter aũt et in ijs q̇ circa au

ὑποκρισις
hyſtrionatus
ſcenica pronũ-
ciatio

ditum.ſupabundanter enim gaudentes melodijs ⁊ hypocriſi/nullus intẽperatos di-
cit.neqꝫ eos qui vt oportet/tẽperatos. Neqꝫ eos qui circa odorẽ:pter ſecundũ accidẽs.
gaudentes eni malorũ vel roſarũ vel thymiamatũ odoribus:nõ dicimus intempera-

θυμιάματα
Odorabilis e-
vaporatio
Suffitus
ſuffumigium

tos.Sed magis eos qui vnguẽtorũ et pulmentorũ.gaudẽt eni his intẽperati:quoniã
per hec fit eis rememoratio concupiſcibiliũ.videbit autẽ vtiqꝫ aliquis ⁊ alios quando
eſuriunt gaudẽtes ciborũ odoribus.talibus autẽ gaudere intẽperati:huic eni concu-
piſcibile hoc.Nõ eſt autẽ neqꝫ in alijs animalibus ſecundũ hos ſenſus delectatio/p-
ter ſecundũ accidens.neqꝫ eni odoribus leporũ canes gaudent ſed cibatione.ſenſum
autẽ odor fecit.neqꝫ leo voce bouis ſed comeſtione.quoniã autẽ ppe eſt per vocem ſen
ſit/⁊ gaudere vtiqꝫ hac videt.ſimiliter autẽ neqꝫ videns neqꝫ inueniens ceruũ vel a-
greſtẽ caprã/ſed quoniã cibũ habebit. Circa tales vtiqꝫ delectatiões tẽperantia ⁊ in-
temperantia eſt/quibus reliqua aialia cõmunicant. ¶Unde ſeruiles ⁊ beſtiales vi- 58
dent.he autẽ ſunt tactus et guſt⁹. ¶Videt vtiqꝫ ⁊ guſtu in parũ/vel nichil vti. gu 59
ſtus eni eſt iudiciũ ſaporũ:quod faciunt qui vina pbant et pulmenta cõdiũt.nõ mul-
tum autẽ gaudent his vel nõ intẽperati:ſed vſu/qui fit oĩs per tactu ⁊ in cibis ⁊ in

Philoxenus

potibus/et venereis dictis.Propter qđ ⁊ orauit quidã Philoxenus Erixius pultiuo-
rax exiſtens/guttur ipſius lõgius gruis fieri:vt delectaret tactu. ¶Cõmuniſſim⁹ au 60
tem ſenſuũ tactus:ſcđm quẽ intẽperantia.⁊ videbit vtiqꝫ iuſte exprobrabilis:qm̃ nõ
ſecundũ ꝙ hoies ſumus exiſtit/ſed ſcđm ꝙ aialia.talibus vtiqꝫ gaudere ⁊ maxime di
ligere/beſtiale.etenim liberaliſſime earũ que per tactũ delectationũ/ablate ſunt: pu-
ta q̇ in gymnaſijs per contritionẽ/et calefactionẽ facte.nõ eni circa omne corpus intẽ
perati tactus:ſed circa quaſdam partes.

Cap.XI.

Concupiſcẽtiarũ autẽ/he quidẽ cõmunes eſſe:he aũt pprie ⁊ appoſite.puta q̇ 61
cibi quidẽ naturalis.omnis eni concupiſcit quando indigens fuerit: ſiccũ vl
humidũ cibum.quandoqꝫ autẽ ambos. ⁊ lectũ (inquit Homerus) iuuenis
et creſcens. talẽ autem/vel talẽ/nõ adhuc omnes/neqꝫ eoſdem:pp̄ter quod
videntur noſtra eſſe.ſed adhuc habet aliquid naturale.alia enim alijs ſunt delectabi-
lia:et quedam quibuſdã delectabiliora cõtingẽtibus. ¶In naturalibus quidẽ igit cõ 62
cupiſcentijs pauci peccant/⁊ in vnũ:in plus.comedere quidẽ eni que cõtingũt/ vl bi
bere vſqꝫquo vtiqꝫ ſupimpleant:ſupabundantie eſt ſcđm naturã multitudine.reple-

γαστρίμαργος
Ingluuioſus
Uẽtre furens

tio enim indigentie:naturalis cõcupiſcentia. pp̄ter qđ dicũtur iſti gaſtrimargi vt p-
ter indigentiã replentes eã.tales aũt fiũt qui multũ beſtiales. Circa pprias aũt dele-
ctatiões multi ⁊ multipliciter peccãt.eorũ eni q̇ amatores dicunt taliũ/vel in gaudẽ
do quibus nõ oportet/ vel vt magis/ vel vt multi vel nõ vt oportet:ſecũdũ omnia au-
tem intẽperati ſupabundant.eteni gaudẽt quibuſdã quib⁹ nõ oportet.odibilia eni.
et ſi quibuſdam oportet gaudere taliu:magisꝙ̃ oportet/⁊ vt multi gaudent. ¶Circa 63
delectationes quidẽ igit ſupabundãtia/quoniã intemperantia/et vituperabile:mani
feſtum.Circa triſtitias autẽ nõ quẽadmodũ in fortitudine in ſuſtinendo dicit tempe-
ratus/neqꝫ intẽperatus in nõ:ſed intẽperatus quidẽ in triſtando magisꝙ̃ oportet/
quoniã delectabilia nõ adipiſcit.et triſtitiã autẽ facit ei delectatio.tẽperatus autẽ
in nõ triſtari abſentia:et in abſtinere a delectabili.Intẽperatus quidẽ igit concupi-
ſcit delectabilia oia:vel que maxime/⁊ ducitur a ꝯcupiſcentia/vt pre alijs hec eligat.
propter qđ triſtatur/et nõ adipiſcens/et concupiſcens.cũ triſtitia eni cõcupiſcẽtia.in-
cõuenienti autẽ aſſimilat/pp̄ter delectationẽ triſtari. ¶Deficientes aũt circa delecta- 64
tiones ⁊ minus ꝙ̃ oportet gaudentes/nõ multũ fiunt.nõ eni humana eſt talis inſenſi-
bilitas.eteni reliqua animalia diſcernunt cibos:et his quidẽ gaudent/ his autẽ non.
ſi autẽ huic nichil eſt delectabile/nec differt alterũ ab altero:longe vtiqꝫ erit ab homi
num natura eſſe.nõ ſortitus eſt autẽ talis nomẽ pp̄ter non multum fieri. ¶Tẽpera- 65
tus autẽ medie circa hec ſe habet.neqꝫ eni delectat quibus intẽperatus maxie:ſed ma
gis triſtatur.neqꝫ vniuerſaliter quib⁹ non oportet/neqꝫ vehementer tali modo nullo.

necꝫ abſentib⁹ triſtatur:necꝫ concupiſcit/ vel menſurate.necꝫ magis ꝙ oportet:necꝫ
quando nõ oportet:necꝫ vniuerſaliter talium nullo. Quecunqꝫ autem ad ſanitatem
vel ad bonã habitudinẽ delectabilia exiſtentia:hec appetit menſurate/ ⁊ vt oportet. et
talia delectabilia nõ ĩpedimenta his exiſtẽtia:vel ꝓter bonũ/ vel ſuper ſubſtantiam.
ſic enim habens magis diligit tales delectationes ꝙ dignum ſit.temperatus autem
non talis/ ſed vt recta ratio. Cap.XII.
66 Voluntario autẽ magis aſſimilatur intẽperantia ꝙ timor. hec quidez enim
propter delectationẽ:hic autẽ propter triſtitiã.quorũ hoc quidẽ deſiderabi-
le:hoc autẽ fugibile. Et triſtitia quidẽ ſtupefacit ⁊ corrũpit naturã habẽtis:
67 delectatio autẽ nichil tale facit. ¶ Magis aũt volũtariũ/ ꝓpter qđ ⁊ expro-
brabili⁹. eteni aſſueſieri facile ad hec. multa eni taliũ in vita:et aſſuetudines ſñ ꝑicu-
lo.in terroribus autẽ econuerſo. Videť autẽ vtiqꝫ voluntariũ nõ ſimiliter timor eſſe
ijs que ſecundũ ſingula.hec quidẽ enim ſine triſtitia/ hec autẽ propter triſtitiã ſtupefa
ciunt: vt arma proijciant/et alia difformiter faciant.ꝓpter quod et videnť eſſe violẽ-
ta. Intẽperantia autẽ econuerſo.que quidẽ ſecundũ ſingula/ voluntaria:cõcupiſcenti
68 enim ⁊ appetenti.totũ autẽ minus.nullus enim concupiſcit intẽperatus eſſe. ¶ No-
men autẽ intẽperantie ⁊ ad puerilia peccata ferimus:habent eni quandã ſimilitudi-
nem.vtrũ autẽ ab vtro vocať:nichil ad ea que nunc/ differt.manifeſtũ aũt quoniã po
ſterius a priori. Non male autẽ videť tranſlatũ eſſe.puniri eni oportet turpia appetẽ-
tem/ ⁊ multã augmentationẽ habentẽ.tale autem maxime cõcupiſcentia/ ⁊ puer. ſe-
cundũ concupiſcentiã eni viuunt pueri/ ⁊ maxime in his delectabilis appetit⁹. ſi igiť
non erit bene perſuaſibilis/et ad dominans ⁊ ad multũ veniet.inſatiabilis enim de-
lectabilis appetitus.et vndiqꝫ inſipiẽti ⁊ concupiſcentie operatio auget conatũ. et ſi
69 magne et vehementes ſint: ⁊ cogitationẽ percutient. ¶ Propter quod oportet menſu
ratas eſſe/et paucas/et rationi nichil contrariari.tale autẽ bene ꝑſuaſibile dicimus ⁊
punitũ.quẽadmodũ enim puerũ oportet ſecundũ ꝑceptũ pedagogi viuere:ſic ⁊ cõcu-
piſcibile rationi cõſonare.intẽtio enim ambobus bonũ.et concupiſcit temperat⁹ que
oportet/et vt oportet/ ⁊ quãdo:ita autem ordinat ⁊ ratio. Hec igitur nobis dicta ſint
de temperantia. ¶ Quartus Ethicorũ Ariſtotelis:antique traductionis. Cap.I.
1 Dicamus deinceps de liberalitate. Videtur autez eſſe circa pecunias
medietas. laudatur eni liberalis nõ in bellicis/nec in quibus tempe-
ratus/rurſus necꝫ in iudicijs:ſed circa dationẽ pecuniarũ et ſumpti-
onẽ.magis autẽ in datione. Pecunias autẽ dicimus oĩa:quorũcunqꝫ
2 dignitas nummiſmate menſuratur. ¶ Eſt autẽ ⁊ prodigalitas ⁊ illibe-
ralitas circa pecunias ſupabundantia ⁊ defectus. Et illiberalitatem
quidẽ copulamus ſemꝑ: magis ꝙ oportet quidẽ circa pecunias ſtudẽ-
3 tibus. ¶ Prodigalitatẽ aũt inferimus quãdoqꝫ cõplectentes intẽperatis hoĩbus.incõ
tinentes eni ⁊ per intẽperantiã conſumptores: ꝓdigos vocamus.ꝓpter quod et pra-
4 uiſſimi videnť eſſe.multas eni ſimul malicias habent. ¶ Nõ autẽ ꝓprie appellantur.
vult enim prodigus eſſe qui vnũ aliquod malũ habet/ corrũpere ſubſtantiã.prodigus
enim qui ꝓpter ſeipſum ꝑditus. videť aũt perditio quedã ipſius eſſe/et ſubſtantie cor
5 ruptio: vt viuere per has exiſtente. ſic vtiqꝫ ꝓdigalitatẽ accipimus. ¶ Quorũ autẽ eſt
aliqua vtilitas:his contingit bene vti ⁊ male.diuitie aũt ſunt vtiliũ. vnoquoqꝫ autẽ
optime vtitur/qui habet circa ſingula virtutẽ.et diuitijs aũt vteť optime/ qui habet
6 circa pecunias virtutẽ. iſte autẽ eſt liberalis. ¶ Vſus autẽ videť eſſe pecuniarũ conſũ
ptio et datio:acceptio aũt et poſſeſſio cuſtodia magis.ꝓpter qđ magis eſt liberalis da
re quib⁹ oportet/ ꝙ accipere vnde oportet/ ⁊ nõ accipere vñ nõ oportet. Virtutis eni
magis bñ facere ꝙ bene pati/ ⁊ bñ operari magis ꝙ turpia nõ operari. non immanife-
ſtũ autẽ quoniã dationẽ quidẽ ſequitur bene facere ⁊ bona operari.ſumptionẽ aũt bñ
pati:et non turpe operari. Et gratia dãti/et non accipienti:ſed et laus magis. Et fa-
cilius nõ accipere/ ꝙ dare.ꝓpriũ eni minus emittunt ꝙ nõ accipiũt alienũ. Sed li-
berales dicunť qui dant:qui vero nõ accipiunt nõ in liberalitatẽ laudanť. ſed nõ mi
nus in iuſtitiam.qui autẽ accipiunt/nõ laudanť multũ. Amanť aũt maxime liberales
7 eorũ qui ĩ virtute. vtiles eni.hoc autẽ in datione. ¶ Que autẽ ſecundũ virtutẽ opera-
8 tiones/bone ⁊ boni gřa. ⁊ liberalis igiť dabit boni gřa. ¶ Et recte/quibus enĩ opor-

tet/ ⁊ quecū et quādo/et alia quecū ſequūtur rectā dationē. ❡ Et hoc delectabili= 9
ter vł ſine triſtitia. quod eni ſcđm virtutē/delectabile vel non triſte. ❡ Qui autē dat q=
bus nō oportet/vel non boni gr͂a/ſed ꝑpter aliā cauſam: non liberalis/ſed alius quis
dicetur. Neq qui triſte dat. magis vti eligit pecunias bona operatione. hic autez
non eſt liberalis. ❡ Neq accipiet vnde non oportet. neq eni eſt nō honorātis pecunias 10
talis acceptio. nō vti erit neq petitiuus. non eni eſt bn̄facientis/bn̄ficiari faciliter. 11
❡ Unde autē oportet accipiet: puta a proprijs poſſeſſionibus nō vt bonū/ſed vt neceſ
ſariū/ vt habeat dare. ❡ Neq nō curabit ꝓpria/ volens per hec quibuſdā ſufficere. ne= 12
 quibuſlibet dabit/ vt habeat dare quibus oportet/ ⁊ quādo/ ⁊ vbi bonū. ❡ Libera= 13
lis autē eſt vehemēter ſuꝑabundare in datione: vt derelinquat ſibijpſi minora. nō re=
ſpicere eni ad ſeipſum: liberalis. ❡ Secundū ſubſtātiā vti liberalis dicił. non eniz 14
in multitudine datorū quod liberale/ſed in dātis habitu. hic autē ſecundū ſubſtantiā
dat. nichil aūt ꝓhibet liberaliorē eſſe minora dantē/ſi a minoribus det. ❡ Liberalio= 15
res autē eſſe videntur nō qui acquiſierūt: ſed qui ſuſceperūt ſubſtantiā. inexperti eniz
indigentie. ⁊ oēs diligunt magis ſua opera: vt parentes vel poete. ❡ Ditari autē nō 16
facile liberalē: neq acceptiuū exiſtentē/neq cuſtoditiuū/emiſſiuū autē. et nō honorā
tem: ꝑpter ipſas diuitias: ſed gratia dationis. Propter qđ ⁊ accuſant fortunā. quoniā
maxime digni exiſtētes nequaꝙ ditanł/contingit autē nō irrationabiliter hoc. non
eni poſſibile pecunias habere nō curātem vt habeat quēadmodū neq in alijs. Nō ta=
men dabit quib⁹ nō oportet/neq quādo nō oportet/neq quecū alia talia. nō eniz
adhuc operabił ſecundū liberalitatē. ⁊ in hoc ꝯſumens nō vti habebit in que opor=
tet ꝯſumere. quēadmodū eniz dictū eſt: liberalis eſt qui ſcđm ſubſtātiā expēdit/ ⁊ in q
oportet. ❡ Qui aūt ſuꝑabundat ꝓdigus: propter quod tyrannos dicimus prodigos. 17
multitudine eni poſſeſſionis nō videł facile eſſe dationibus ⁊ expēſis ſuꝑabundare.
❡ Liberalitate vti medietate exiſtēte circa pecuniarū dationē ⁊ acceptionē: libera= 18
lis ⁊ dabit et expendet in que oportet/ ⁊ q oportet/ſimiliter in magnis ⁊ paruis / et
hoc delectabiliter. Et accipiet vn̄ oportet/ ⁊ quecū oportet. vtute eni circa ābo exi=
ſtente medietate/faciet vtra vt oportet. ſequił eni ſequenti dationi acceptio talis.
nō talis autē contraria eſt. ſequētes quidē igł fiunt ſimul in ipſo: contrarie aūt mani=
feſtū ꝙ nō. ❡ Si autē preter oportunū ⁊ bene habens contingat ipſū cōſumere: triſta 19
bitur. moderał autem/ ⁊ vt oportet. virtutis eni eſt delectari ⁊ triſtari in quibus opor
tet/ ⁊ vt oportet. ❡ Sed et bene cōmunicatiuus eſt liberalis in pecunijs. poteſt eni in= 20
iuſta pati nō honorans pecunias. ⁊ magis grauatus ſi quidē quod oportet nō conſum
Symonides pſit: ꝙ triſtatus ſi non oportunū aliquid conſumpſit/ et Symonidi nō placens. Pro=
digus aūt et in his peccat. neq eni delectał in quibus oportet/neq vt. oportet/ neq
triſtał vt oportet. erit autē procedentibus manifeſtius. ❡ Dictū autem eſt nobis qm̄ 21
ſuperabundātie et defectus ſunt ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas: et in duobus/ in datione
et in acceptione. et expenſas enim in datione ponimus. Prodigalitas quidē igitur in
dando ⁊ nō in accipiendo ſuꝑabundat/in accipiendo autē deficit. illiberalitas aūt in
dando deficit/et in accipiendo ſuꝑabundat: niſi in paruis. ❡ Que quidē igitur ꝓdiga 22
litatis/ nō multū coaugentur. nō enim facile eſt ex nulla parte accipientē oībus dare.
velociter eni derelinquit ſubſtantia dātes idiotas: qui videntur ꝓdigi eſſe. ❡ Quare 23
talis videbił vti nō paruo melior eſſe illiberali. bn̄ ſanabilis eni eſt ⁊ ab etate/ ⁊ ab
egeſtate. Et ad mediū poteſt venire. habet enim que liberalis. etenī dat et nō accipit.
neutrū autē vt oportet/neq bene. ſi autē hoc aſſueſcat/ vel qualiter aliter trāſmutet:
erit vti liberalis. dabit eni quibus oportet/ et accipiet vnde oportet/et non accipiet
vnde non oportet. propter qđ et videtur omnino non eſſe prauus ſecundum morem.
non enim mali neq inutilis ſuperabundare dantem / ⁊ non accipientem: inſipien
tis autē. Secundū autem hunc modū prodigus videł eſſe multo melior illiberali. et
ꝓpter eaq dicta ſunt/ et qm̄ hic quidē prodeſt multis: hic autē nulli/ſ neq ſibiipſi. ſed
